UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Sexti Julii Frontini, Viri Consularis, Quæ Exstant

Frontinus, Sextus Iulius

Amstelodami, 1661

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1185

Visual Library

D 2
211

Ex Officina


SEXTUS JULIUS
FRONTINUS.
ROB. KEUCHENIUS
S. F. JCTUS.
NOTIS ET EMENDATIONI
BUS ILLUSTRAVIT.
AMSTELODAMI,
Ex Officinâ JOANNIS à WAESBERGE A°. 1661.

FR

ROD

NOT

A

Ex Officina

SEXTI JULII

FRONTINI,

VIRI CONSULARIS,

Quæ Exſtant.

ROBERTUS KEUCHENIUS,

S. F.

NOTIS ET EMENDATIONIBUS

ILLUSTRAVIT.

MUSEUM IN ELBERFELD

AMSTELODAMI,

Ex Officinâ JOANNIS à WAESBERGE,

ANNO M. DC. LXI.

P

GE

EQUIT
CHÆ
MENS
LARI.
AC. S
GATO
AC. C
TERA
CT

RO

memorata,
lucem fœner
da sequimur,

VIRO.
PERILLUSTRI.
GERHARDO.
SCHAEP.

EQUITI. CORTENHOEVIÆ. TOPARCHÆ. AUGUSTÆ. AMSTELODAMENSIUM. REIPUBLICÆ. CONSULARI. AD. SERENISSIMOS. DANIÆ. AC. SUECIÆ. REGES. OLIM. LEGATO. BATAVORUM. ACADEMIÆ. AC. GYMNASIO. CURATORI. LITERARUM. OMNE. GENUS. DOCTO. MAGIS. DUBIUM. AN. LITERATORUM. OMNIUM. STUDIOSO.

ROBERTUS. KEUCHENIUS.

S. P. D.

QUo altius imperatorias artes ac rerum bellicarum gloriam intueor, Vir Illustris; eo majorem sui venerationem ejus exempla Græcis Latinisque Scriptoribus memorata, & ab ipsa quasi prudentia & antiquitate lucem fœnerantur. Nempe vetusta solum ut miranda sequimur, præsentia verò secura negligimus, aut

ita, ut par eſt, non æſtimamus. Ut jam præclara tot alia conſervandis imperiis donata prætereamus, maximum & egregium eorum fulcrum eſt, belli & pacis conſilium. Quicquid uſpiam facto memorabile & exemplo illuſtre conſecutum eſt, pro publica ſalute ſuſceptum. Tot commiſſa læta, triſtia, ambigua, bella civilia & externa, cladium ac triumphorum mutuæ vices, calamitates, ambitioſa & coacta prælia, quibus antiqua ſæcula fatigata ſunt, non alio fini deſtinantur. Ac profectò quid ipſis armis illuſtrius eſt, quid imperiis utilius, quàm ſolertia ducum conſilia & inſtituta? quibus ut gerenda bella muniuntur, ſic illa ſervantur. Utrumque famam populis conciliat, ac ſupra cæteros attollit. Quippe conſiliis & aſtu, ut graviſſimus hiſtoricorum Tacitus loquitur, res externas moliri, cum non aliud adverſus validiſſimas gentes utilius ſit; non tam in armis prudentiâ deſtitutis, quàm callido & juſtiſſimo dolo publicam ſalutem judicamus.

Ac primò quidem hoſtium conſilia tam exploranda ſunt, quàm ſuorum occultanda. Utroque belli ſtatus & imperium ſtabilitur. Providi ducis eſt, priusquam incipiat, conſultare diu; dein maturo conſilio tanto ocyus hoſtem aggredi, quanto longius de incepto cogitaverit. Nullus cunctationi locus dandus in eo, quod non poteſt laudari, niſi peractum. Nam & ſilentio non minus fortiſſimorum agmina, quàm valida vi ſternuntur. Ubi de eventu ſolicitudo inceſſit, obvelandæ ſunt deſtinationes, nec ſpe aut metu divulgandæ. Illud autem prudentiæ militaris eſt, ea providere, quæ clam penes hoſtiles exercitus inſtruuntur, ſuis tandem palam damnoſa

mnoſa ſunt, ni prævideantur. Non ut inevitabile quid definiatur (quod extra Ducem eſt) ſed ea omnia animo prævideantur, quæ forſan eventura. Ut non in unum, quod ignorat, ſed in omnia, quæ ſcire debet, paratus ſit. Ita res ſcilicet evenient, ut prævidebit; nec prævidebit aliter ac evenêre. Sic ex impendenti & ancipiti rerum ſtatu fortuita, non quidem quæ neceſſaria incumbunt, exploramus. Maximè autem utile eſt, quo genere exercitus confligendum ſit, antea diſcernere. Cum veteranis, ut inopinatam ſtragem avertas, adverſus hoſtium tyronem exercitum, ſolâ acie decertandum eſſe, verè prudentiſſimi duces judicarunt. Ubi autem de augendo promovendoque limite velitandum eſt, ancipiti conflictu; ſua tantum pro ſalute publicâ cuſtodienda ſunt, & hoſtis præliorum ſucceſſibus inſolens, morâ avertendus. Ita laudatiſſimo Fabii exemplo inſidiator Hannibal, & vaferrimi Pœnorum eluduntur. In utroque, temperamento & prudentia opus eſt. Temperamento, ne in alio peccemus, dum alterum declinamus; prudentia, ut quid ſuis factu opus ſit videamus. Qui moratur, cum res poſcit, jam feſtinat: qui feſtinat, cum oportet, ſatis diu moratus eſt. Unum illud verè Martium & imperatorium: Lentè feſtinandum. In bello ambages multæ ſunt & implexæ: illud arduum, varium, & mutationibus obnoxium. Plurimi ducum in ipſo initio impingunt, aut, ſi rem bene geſſerint, in conſummanda deſtituuntur. Ita autem gerenda eſt, ut bellandi neceſſitas & utilitas expoſcit. Quibusvis incommodis adverſorum vires infringere, jus & æquum ſuadet, ſalus publica flagitat. Sic in

traducendo exercitu per infesta & hostibus obsessa loca, justissimo dolo agendum est. Plurimum captivis securos exercitus communimus, & immensum agmen obsistente nullo trajicimus. Hîc autem, dum vanâ specie ludificamus hostem, inopinato quo tuto consilio evadimus, & prudentiam magis quam calliditatem desideramus. Sic in militiâ versantibus agendum id quod agitur, & nisi seriò agatur, non cœpisse præstat. Ultimum est vi suâ concitatissimum, pugnare fortius, cum desperando impelleris. Eo tot validorum strategematum machinamento salva & secura, jam ad eversionem inclinans respublica sæpius evasit. Nihil in bello tam ingeniosum est, quam necessitas. Illa audendi animos addit egentibus, & formidolosos quoslibet minus degeneres ostentat. Quin eorum, quibus exsequendo incœpto, necessariis auxiliis & armis exutis deficimur; uberrimam aliorum usu messem suppeditat. Sic destitutis navigiis constrata tabulamenta junxêre, quîs elephantos transportarent; & mulierum coma pro restibus usi sunt, necessario & callido invento. In distringendo hoste bello licet ignominias ulcisci, devastare regiones ad exitium, populatione plebeis agris minus inhibita, ut ad discordiam superiorum plebs commota irritetur. Quod optimo documento & successu suo perfecit acerrimus ille Coriolanus. Et exemplum istud adeò duces nonnullos movit, ut non veriti fuerint pari instituto id imitari. Nihil enim concitando vulgo tam validum est, quam populare damnum; dum potentiores indultu suo ab eadem sorte liberantur. Ars illa magis efficax est quam ingenio-

sa,

ſa, cui non alio remedio, quam publicandis eminentium poſſeſſionibus, ne ſuſpecta civibus fides ſit, ſuccurritur. Nec milites aliquando minus quam cæteri plebejorum tumultuantur. Fluxa eorum fides, & periculum in ſingulis. Is enim habitus animorum eſt, ut peſſimum facinus audeant pauci, plures velint, omnes patiantur. Adeò ut in perniciem ducis conſurrecturi videantur, ni ſanitas conſilio reſtituatur efferatis. Non inſtituenda hîc quæ diſciplina jubet, ſed affectu & moderatione potius diſſimulanda, donec animi funeſtorum conſopiantur. Sic Manlius, Sylla, Cæſar, prudentiſſimi duces ſuorum diſſidia diſcuſſêre. Et quamvis initia ſeditionum ſuffocanda ſint, quæ adultæ & provectæ altius vix poſſunt cohiberi; nihil tamen conſurgente tam vaſta bellua, niſi conſenſu & obſequente mora decernitur. Animo hîc opus eſt, mulcendique vulgum artes & auctoritas. Ut ſine cunctatione concedantur, quæ ſtatim tribui poſſunt. Tandem è medio tollendi auctores, &, ut in imperio, ſummorum papaverum capita ſunt amputanda. Eo autem allaborandum eſt optimo duci, ut intempeſtivam pugnæ poſtulationem inhibeat. Quippe juncta hoſtium inſuperabilia ſunt, & inconſulta ſuorum, magis invalida. Nec tam integri exercitus, quàm diviſæ Romanorum copiæ attenuabantur. Arcenda igitur à militibus pugnandi libido, & quaſi Deus ex machina adhibendus, quo flagitantes avertantur. Si parere recuſant & imperium detrectant, hoſtium eluſionibus ultrò incitantur. Quanto major æmulandi vis eſt, cum præcipuæ fortitudinis teſtimonio aut pudore coguntur, ne penes alios virtutis gloria ſit!

Sed jam bellum ingruit. In ipſo prælio plurimum intereſt, quo tempore locove committas. Difficile eſt, ubi debellandum hoſtem habes, cum cœli injuria luctari. Pars autem victoriæ, illum bello locum delegiſſe, ubi terra & cœlum favere gerenti intelliguntur. Sæpe etiam alienam ſtultitiam opperiri ſalubre fuit, & quando hoſtis imprudentiâ ruat, vel ad extimas fugas prolabatur. Pravi ſunt, qui contemnendis quàm cavendis hoſtibus meliores. Maximæ prudentiæ eſt, donec potiorem ad opprimendum dolum arbitreris, vim differre. Si in anguſtiis confligendum, explicata phalanx ſuis impedimento eſt, & ad pugnandum inhabilis. Edita & proclivia facilè ipſo decurſu ſubeuntes hoſtes avertunt. Quorum aciem ut turbando perrumpas, tuam ſic primò dirigere debes, prout adverſis cohortibus officit. In eo plurimùm ratio & conſilium, propriæ ducis artes, valent. Ordinare, reducere, circumvenire, validiſſimis militibus exercitum communire, eoſdemque in dextro cornu collocare, commutare inſtructionis ordinem, & ad omne momentum reſpondere, cum neceſſariæ confligentium formæ ſint, ita virtutibus imperatoriis artes digniſſimæ. In evadendo per latebras, effuſos adoriri ſummum decus habetur, incautos aggredi, ut inſidioſum, ſic honorificum. Ubi autem deducendi ſunt hoſtes, abeundi poteſtas & via fugæ non danda ſolum, ſed & munienda eſt. Quippe fractæ vires acriores ſunt; & ſi clauſæ circumveniuntur, ex deſperatione prælium redintegrant. Morientibus inſtare, turpium belluarum eſt; fugientibus hoſtibus, degenerum bellatorum. Quod egregio & verè regio præcepto memo-

memoriæ tradidit Epirotarum Pyrrhus. Adversa sæpius dissimulanda sunt: nam & militum animos, & maximas vires infirmant. Quare & quodam veluti naufragio, tanquam ad rupes & scopulos allisæ plerorumque destinationes perduntur.

In oppugnandis urbibus subitus impetus & repentina suorum exhortatio, valida præsidia sunt. Obsessi, dum nihil metuunt, sæpe inopinantes opprimuntur. Iis omnis cura & industria est circa curam suorum. Igitur bonis simul & cautis imperatoribus omnia tuta timenda sunt. In custodiis vigilum, salus & munimenta sunt oppidorum. Quare, prudenter hercle, negligentiam eorum veriti, variis signis usi sunt ostendendis; facibus imprimis, ad quarum lumen ab oppidanis visum, dum sollicitè morantur, par elatum est, & suspectæ noctis periculum evitatum. Et quamvis effecto satis hæc tuta sint, consuetudine tamen & per errorem sæpe propugnantes falluntur. Si bello pares sunt, calamitate superantur; frumentorum inopiâ, morâ, fame, cæteris ærumnis, quibus fractæ vires & commeatus egentes contabescunt. Quos oppugnantium robur subigere non valuit, inopia sæpe compulit ad deditionem. Clam igitur introducenda auxilia sunt, &, si aditus patet, commeatus suggerendi. Plurimùm autem sub specie fallendi sunt instantes, & dissimulanda quæ maxumè desunt. Sic extremâ jam fame panes, frumenta, cætera residua, quîs abundare videbantur, in hostem jactaverunt. Illud tamen quandoque commodo fuit urgentibus, ut quos longiore obsidio fatigare non possent, permansuro dederentur. Alio etiam consilio urbes denudantur,

tur, & præsidiis vacuatæ, cum expugnari non possunt, dum alias aggrediuntur, occupantibus cessêre. Quin averso flumine, cum ab aquando prohibentur, ad deditionem aut exitium compulsi sunt. Pavor exinde obsessis, & ut ad propulsandum hostem, sic sibi consulendum imbellis. Gravescentibus in dies malis amplius affecti miserrimè marcent & succumbunt. Hoc inter dura & aspera, quibus animi obsessorum suffocantur.

Hæc quasi compendia sunt artis militaris, queis imperatorum consilia & instituta valescunt. Nunc, quæ disciplinæ propriora, velut residua, expedienda sunt. Eâ enim neglectâ res adversariorum augentur. Quod illustri ratione vidit ille Scipio, qui ad Numantiam, eandem superiorum ducum socordia collapsam denuo restauravit. Ab eo tempore renovata legibus & edictis adolevit. Adeò quidem, ut parentibus Romanis disciplina castrorum carior fuerit, quàm salus liberorum. Cavendi autem, ne nimium acerbi sint in puniendo duces, aut in indulgendo languentes. Solent enim inexorabiles in suppliciis & imperiosi, ad contumaciam & seditionem milites suos adigere. Quod Severi cognomentum quibusdam imperatoribus addidit. Et cum vires armis constare debeant, remissum & nimis indulgentem imperatorem res militaris haudquaquam admittit. Inanis est species clementiæ, cui non obstat rigor salutaris. Is usu salubris est, & misericordia melior apparet. Cujus disciplinæ cum tam illustris effectus sit, ut parva suorum manus prudenter assuefacta, innumerabiles hostium copias profligare valeat; maxi-

mè

mè utilem & bello necessariam optimi duces judicabunt. Erigit eam continentia imperatorum, & æqualitate laborum accendit. Sic inter militem & ipsum nihil præter virtutem interest.

Qui de tantis exemplis, Vir Amplissime, scripserunt, atque in iis adstruendis industriam suam imprimis exercuerunt; hos inter est, quem illustri Tuo nomini tutelari decernimus, SEXTUS JULIUS FRONTINUS. Audendi animum facit à dignate Consularis imperii splendor, quo sub Vespasiano ille florentissimæ Romæ Præturam Urbanam gessit: Tu maximæ & Potentissimæ BATAVORUM Urbis, atque adeò universæ Belgarum reipublicæ prudentissimo regimini admotus es: ut fas sit utrumque pari præsidio nomen inter se comparari. Non jam de præclarâ Tuâ in eruditos benevolentiâ loquar, quâ literis ac industriæ mercedem condignis beneficiis persolvis, solidamque gloriam nullâ adulatione libatam, bonorum omnium suffragio accensu condecoras. Possem equidem in virtutes istas ire, munificentiam ingenuâ devotione extollere. Sed laudes has tam ægrè admittis, quam cæteri mortales lubenter audiunt. Quæ major profectò virtus est, modestiâ quam ostentando commendari malle. Hinc inter curas & conatus meos admiranda gratia Tua non tam sibi locum quærit, quam adepto gloriatur. Tuum erit æstimare, quem voles extollere: mihi perpetui gloria obsequii relicta est. Nosces ex aliquo saltem ingenii monumento, humillimum, quo in Te feror, cultum. Nam mihi neque honestum silere, neque proloqui expeditum, quo voto Ampli-

plissimum nomen Tuum sanctissimâ religione hactenus coluerim; & imposterum devotissimo affectu & obsequio memorandum induxerim. Deus Ter Optimus Maximus Te quàm diutissimè reipublicæ Orbis universi supereminentissimæ, BATAVORUM ACADEMIÆ, Literarum ac Literatorum omnium voto, majore indies virtutis ac felicitatis incremento perennare sinat, & tandem claritudine nominis in animis posterorum æternâ seram immortalitatem duit. ARNHEMI GELRORUM, anno natæ Salutis cIↃ IↃC LXI. Kalendis Martiis.

LECTO-

LECTORI S.

QUÆ *illustrando à me* FRONTINO *data sunt, paucis habe. Veterem Cod. MStum qui alter Arcerianus fuit, nobis suppeditavit vir Nobiliss. & Conjunctiss.* PET. HEIMBACHIUS, *Serenissimi Electoris Brandenburgici Consiliarius ac Historiographus. Quem librum passim MStu nostrum laudamus, rarò Arcerianum: optimæ & antiquissimæ notæ exemplar, sed ab imperito literione descriptum. Ex eo, cum Scriverianis exaratis fermè consentiret, veteres lectiones quam accuratissimas eruimus; & non tam judicio nostro quam Latinitate probatas adoptavimus. Adhoc veteri libro Parisiensi, qui instar chirographi fuit, usi fuimus; adeò in multis cum MSStis concordat. Primam fuisse omnium editionum, quæ exierunt typis procusæ, nescio, an ausim adfirmare. Anteriorem certè non vidi. Prodiit autem anno* cIↃ IↃ XIII. *cum Vegetio & Solino. Textum ipsum quam accuratissimum exhibemus, lectionibus tamen ex conjecturâ minus receptis, aut aliorum authoritate firmatis. Nihil autem hic, quod indubitatum est, adstruimus; cum inter Grammatici virtutes sit, ut ille ait,* ALIQUA NESCIRE. *Varias conjecturas Lugduno-Batavorum ad nos transmisit vir optimus & incomparabilis* JOAN. FREDERICUS GRONOVIUS; *quas passim laudatas inseruimus. In Aquæductuum libello, cæterisque Fragmentis editionem Scriverianam sequimur, aut ejus editionis accuratissimas schedas, quas vir eruditissimus & humanissimus* JOACHIMUS I. F. BORGESIUS, *in Academiâ Groningana Professor, pro incomparabili suo in eruditos affectu nobis obtulit; adjunctis aliis, quas cum Basilien-*

si-

liensibus & prioribus Germanicis contulerat. Fuit autem, cum de dedolandis hisce notis consilium caperem; &, si sors velificaretur, ad incudem revocarem. Quosdam hic nominatim tangere nolui, aut aliorum operam carpere, ut meam commendarem. Αὐτὸ τὸ πρᾶγμα δείξει. *Hoc tamen adfirmo, correctoris incuriâ quædam exhiberi, quæ in autographo minus comparuerunt. Ea, prout emendanda sunt, ad calcem libri congessimus. Non hic prolixè commentamur, sed Notas quasdam & emendationes concinnamus; breves illas, & nostro more modoque factas: magis ut de varietate lectionis & fide veri constaret, quam ut abundè hic omnia explicarentur. Et in tantum contentus fui, ipsum* FRONTINUM *repræsentare. Nam, ut diffunderem me, & exempla cum historiis compararem, non est visum operæ pretium. Quod rectius hercle vero facient magistri in ludo & umbra, ne publicè τῷ ἀκριβείᾳ ἐκθεατρίζειν necessum habeamus; aut cum iis furere, qui nullum amplius librum prodire patiuntur, nisi ingentibus commentariis onustum,* ὡς ἂν ἄχθος εἶναι ἡμιόνων πολλῶν. *Eam curam tamen Q. Sereno Sammonico illustrando, brevi polliceor. Vale, & quisquis es, nobis veniam propter studium conatumque nostrum rependе.*

DE

DE FRONTINO

JOANNES MARIA CATANÆUS,

Commentario in Epistolas C. Plinii Cæcilii Secundi, libro IV. *Epist.* VIII.

SEXTUS JULIUS FRONTINUS, Vir Consularis, Præturam Urbanam gessit, Vespasiano iterum ac Tito Coss. ac eo ejurante Domitianus Præturam cepit. Frontinus igitur curam Britanniæ ac molem sustinens, magnam quantum licebat validam & pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorumque difficultatem eluctatus. Aquarum Præfectus à Nerva creatus, libellum de Aquæductibus Urbem influentibus edidit. Auguratum gessit. Secessu Terracinensi oblectabatur. Rei militaris peritus, Trajano libros Strategematicos dicavit. Scripsit longè plura, quæ simul cum aliis communi literarum jacturâ olim intercidêre. Summus Jurisconsultus Secundo interdum respondit. Martialem ac cæteros Scriptores fovit. Moriens vetuit sibi sepulchrum construi.

STEPHANUS VINANDUS PIGHIUS

ANNALIUM ROMANORUM

LIBRO XIIX. AD ANNUM URBIS DCCCXXI.

SEX. JULIUS : : F. : : N. FRONTINUS, Urbanam jurisdictionem obtinuit. Is idem, cujus extant libri Strategematum, & de Aquæductibus, Jurisprudentia & rei militaris peritia clarus. Hoc anno Præturam gessisse suspicor, cum Kal. Januariis proximis, posteaquam ipse Senatum (aberant enim novi Consules, Vespasianus & Titus) convocasset, abdicavit, ut auctor est Tacitus : alioquin vix uno die Prætorem fuisse dicendum erit, nisi forsan ante Kal. Januarias novi Prætores Magistratum tunc inibant : quod nus-

quam

quam hactenus legi. Locum Taciti habes Histor. lib. IV. *Interea Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierant, mœsta ac multiplici metu suspensa civitate*, &c. Addit deinde, *Kal. Januar. in Senatum quem JVLIVS FRONTINVS Prætor Vrbanus vocaverat*, &c.

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS ROBERTO KEUCHENIO, Viro Eximio S. P. D.

FEriæ sunt & publicæ privatæque scholæ dant respirare. Licet jam dare operam amicis, licet meminisse & FRONTINI tui, quando eum frivolis nostris putas juvari. Lib. I. cap. V. num. XXVI. *qui deducti frequentiori mugitu speciem remanentium præberent hostium.* Stevvechius conjicit, *qui edito.* Ego malim, *qui relicti.* Cap. VIII. num. IX. *Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum commeatibus, Hannibali Venticium Termum dimisit, ipse subventurus.* Fortassis: *ad excipienda auxilia cum commeatibus Hannibali venientia Minucium Thermum immisit.* Est enim *Thermus Minuciæ* gentis cognomen. Cap. XI. num. II. *ut præsentari merces proditoribus posset.* Scripsit haud dubiè auctor *repræsentari.* Vide de pecunia veteri. Lib. II. cap. I. num. XI. *interfectis omnibus impedimentis.* Scriverius *interceptis.* A quo illum absterrere debuit Stevvechius ad hunc locum. Adjiciemus ejus observatis pondus, ne in posterum negligantur. *Impedimenta* igitur non modo sunt sarcinæ, sed interdum vehicula cum sarcinis & jumentis; aliquando ipsa jumenta. Cæsar lib. 7. cap. 45. de bello Gallico: *prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris mulorumque produci, èque iis stramenta detrahi, mutionesque cum cassidibus equitum specie ac simulatione, collibus circumvehi jubet.* Ubi malè Ciacconius, *jumentorum.* Lib. I. de bello civili: *desiderati sunt eo die sagittarii circiter ducenti, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus.* Curtius lib. IX. c. X.

Quum

Quum Indiæ præfecti, sicut erat imperatum, equorum jumentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quæ sub imperio erat, regione misissent, quibus deerant impedimenta, restituit. Ubi pari errore Freinshemius conjicit, *ad impedimenta:* ut intelligantur equi & jumenta ad impedimenta vehenda. Quasi hi equi & jumenta non sint ipsa *impedimenta.* Tacitus I. Annal. cap. XLV. *ut jam jamque iturus, legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit naves.* Non sunt sarcinæ, ut idem Freinshemius interpretatur: neque enim illæ *conquiri* dicuntur, sed jumenta & vehicula. Suetonius hoc ipsum dicit, *vehiculis comprehensis*, cap. 38. Eidem sic *impedimenta*, Caligula cap. LI. *propere versus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis stipatos reperit.* Lege XXVIII. Cod. Theodosii de erogatione militaris annonæ: *A Provinciarum rectoribus caveatur, ut tam numeris quàm familiis, nec non & impedimentis, præter eas annonas, quæ adarantur, id tantum in specie tribuatur.* Hoc est, militibus, servis, jumentis. Frontini lib. II. cap. III. num. XVIII. *intraque eos, appropinquantibus quadrigis, ante signa nostra aciem recepit.* Lego, *quadrigis, antesignanorum aciem recepit.* Eodem cap. num. XXIII. *jussit suos equites, simul atque ad impedimenta ventum esset, equis disilire.* Nullus hic locus impedimentis. Scribe: *simul atque ad impedita ventum esset*, id est, ad silvas. Sic cap. II. *planiciem, in quâ dimicaturus erat, arboribus prostratis impedivit.* Sequitur in eodem loco: *quo genere consecutus est, ne quis non locus ejus victoriam miraretur.* Scripsit auctor: *ne quis locus ejus victoriam moraretur.* Ut ille: *pugnæ nodumque moramque.* Sed hoc video præcepisse Modium. Cap. IV. num II. *F. Rutilius Maximus quarto consul in Samnio.* Immo *Fabius Rullianus Maximus.* Num. IV. *Attilius Glabrio Consul.* Immo *Acilius.* Mox: *M. Porcius Cato, qui tum tribunus militum à populo factus in exercitu erat.* MS. codex: *qui tum, jam consularis, tribunus militum.* Adstipulantur Plutarchus & Livius, hoc differentes, quod ille χιλιαρχῶν, hic *consularem legatum* adfuisse Acilio scribit. Num. XII. *Cræsus prævalido hostium equitatui camelorum gregem opposuit.* Utrum

error est auctoris, an scripsit: *Cyrus prævalido hostium equitatui.* Cyri enim hoc ingenium, & ei camelorum copia: hostis autem ejus Cræsus & Lydi, teste Herodoto. Cap. V. num. II. *non aciem tantum superavit, sed etiam castris exsuit.* Lego, *acie.* Eodem cap. num. XXIII. *ut ad primum nostrum incursum per nota refugerent vada.* Lege ex MS. *nostrorum.* Statim: *Hos consul & adortus temere & secutus, jejunum exeratum in maximo frigore transitu fluminis rigere fecit.* Idem MS. *in maximo frigore transitu fluminis rigefecit.* Verbum elegantissimum, dignissimumque, quo sermo Latinus augeatur: sic dictum, ut *calefacere, frigefacere.* Eodem cap. num. XXIX. in fine: *utrumque ex sententia cessit.* Additur in MS. *namque ad fortuitum incendium sine armis procurrentes adortus cecidit.* Quod quanti sit æstimabis. Num. XXXI. *cum deinde Pompejani securi servatique pabulo de reditu cogitarent.* MS. *curatique.* Neutrum satis placet. Mallem *gravatique* vel *satiatiq;*. Num. XXXVI. *adeò debellavit, ut destituti Labieno provincia excederent Parthi.* Lege, *destituto*, id est, destituentes & deserentes Labienum, ducem eum adversus Romanos sequi jam recusantes. Num. XLIV. *Alcibiades dux Atheniensium in Hellesponto adversus Numidarum & Lacedæmoniorum ducem.* Scribendum, *adversus Mindarum Lacedæmoniorum ducem.* Cap. VII. num. XII. *Quo instinctu assecutus est, ut protenus barbari tollerentur.* Scribo: *pellerentur*; inde scilicet, ubi obsidebant aquationem. Cap. IX. num. V. *in quendam ex Megistanis, quos ceperat, animadvertit.* MS. edebat: *in Vodundum ex Megistanis.* Quasi nomen id Satrapæ esset. Cæterum eodem genere loquendi cap. XI. num. I. MS. *quam obsides è principibus acciperet*, hoc est, quosdam principum. Vulgò *à principibus.* Sed avocor, & jam clamant alii, sibi quoque me servire oportere. Itaque vale & his fruere, & si quid horum ab aliis anticipatum est, pro non dicto à me dissimula. LUGDUNI in BATAVIS a. d. III. Cal. Januar. Gregor. cIↃ IↃ C. LXI. anni, qui tibi feliciter nascatur, & decurrat.

IN

IN
ROBERTI KEUCHENII
Viri Clarissimi
ANIMADVERSIONES
AD SEXTUM JULIUM FRONTINUM.

ARTES *Pelasgas, Lector, illustres dolos,*
Laudata belli furta, legitimum nefas,
Fucos viriles, fortitudinem vafram,
Fraudes venustas, nobiles versutias
Et laureatas, ipsa queis victorias
Debere victrix Roma cum posset suas,
Non hæsitavit, quantus olim sæculo
Donavit autor, penè tantus sæculo
Autor redonat: Vix utri plus debeas,
Prisco an recenti, ritè definiveris.
Tantum fatere; Munus hoc non JULII
Post se latentis esse, sed KEUCHENII
Tibi otioso devoventis hanc quoque
Industriam, quod obrutum longo situ,
Et penè sic inutilem, sic noxium,
Ut ipsa fraus legentibus fraudi foret,
Clarum, expolitum, de tenebris erutum,
In Sole postum, & explicatum denique
Semel explicata fronte FRONTINUM *legis.*

CONSTANTER.

IN FRONTINUM

à Clarissimo Doctissimoq; Viro,

ROBERTO KEUCHENIO,

Recensitum ac notis illustratum,

EPIGRAMMA.

QUEM Pallas, quem Diva Themis sibi vendicat, & qui
Pegaseas largis imbribus hausit aquas:
Nuper adorando cecinit qui carmine Regem,
Quem soliis Angli restituêre suis:
Jam nunc FRONTINI doctâ Strategemata, Lector,
Illustrata manu dat tibi KEUCHENIUS.
Quam reddes, meritæ quæ par sit gratia laudi?
Quam, quæ sit tanto gloria digna Viro?
Da lauros, frontemque hederis ac tempora cinge,
Quæ quondam doctæ præmia frontis erant;
Atque istos gratus mecum venerare labores,
Si tibi frons, doctos si reverenter habes.

J. WESTERBAEN.

DE

DE
SEXTO JULIO FRONTINO,

Illustrato ab elegantissimi ingenii Viro

ROBERTO KEUCHENIO,

JCto.

Et Poëta Elegantissimo.

IN *militaris areâ prudentiæ*
FRONTINUS *illustratus à* KEUCHENIO
Iurisperitus à perito juris est.
Hujus laboris indolem GELRIS *suis*
Mavortio quadrare populo credidit.
FRONTINE *frontem jam serenus explica,*
Postliminiique jure pristinum togæ
Iubar Quirinæ gloriosus vendica,
Adoreâque consulari nobilis
Victoriosos Martis expedi dolos,
Orbemque demerere literarium:
Et Gratiarum corculo KEUCHENIO
Exolve gratus, quas meretur, gratias,
Qui virgulæ acrimoniâ Censoriæ
Notavit, expunxitque sciolorum nefas,
Purumque putum reddidit temet tibi.

J. WITTEN.

MICHAEL WOLFERDUS

Salutem & officia transcribit

Clarissimo & Consultissimo VIRO,

DN. ROBERTO KEUCHENIO, JCto.

Amico suo.

QUID statuam de Tuis in FRONTINUM animadversionibus, à me jam aliquoties desiderasti. Nihil equidem hactenus respondi; quod arbitrarer, satis mihi fore temporis ad perscribendum sententiam meam; imo etiam citra calculum meum vestras curas & labores, pretia ferentes secum sua, satis apud Eruditos æstimatum iri. Cæterum cum denuo instes, non possum non tuo subscribere desiderio. Hoc itaque tibi persuasum esse velim, quantum ego subinde chartalas tuus inspexi, in quibus consignaveras, quæ existimabas factura ad genuinum Autoris sensum eruendum, adeoque FRONTINUM sibi ipsi restituendum, plurima observavi, quæ non levis industriæ, sed multi ocii & accurati judicii speciem præbebant. Me judice multa extricasti, quæ ab aliis intacta erant relicta, aut saltem non pro veritate satis videbantur esse excussa. Scilicet ingenii tui dexteritatem & in hoc quoque opere abundè demonstras, &, quantum possis in re literaria profundius investiganda, passim doces; & quam fructus longè uberiores successu temporis

poris Reipublicæ ſis allaturus, ingentem ſpem facis. Deus tantum id tibi largiatur, ut honeſtam occaſionem propediem conſequaris, quo exſpectationi omnium bonorum de te tuisque ſtudiis cumulatiſſime ſatisfacias. De viribus difficultas nulla eſt, tantum detur Sparta exornanda: non dubito, quin Viri eruditi de tuis meritis optime ſint conteſtaturi. En judicium meum de Te doctiſſimisque tuis in FRONTINUM notis. Deus te diu incolumem & ſalvum præſtet, quod ex animo voveo. Vale. HARDERVICI, d. 8. Martii. An. M. DC. LXI.

SCAZON.

NUPER Nepotis *vidimus recensitas*
KEUCHENIANÆ *mentis arduo chartas*
Labore successuque nisibus digno:
FRONTINIANA *jam nitore donantur*
Prisco, ac avito scripta prodeunt vultu,
Dum noster acris ingeni applicans curas
Obstetricantes squalido rejectoque
Tanti parentis fœtui, decus primum
Restaurat, atque proprio ore FRONTINUM
Sistit loquentem bellicantium mores;
Mavortium quam sæpius Strategema
Usuique cessit tecta mentis argutæ
Fraus & via hostes jure justa fallendi.
Mirare Belgium *Viri renascentis*
Illustre nomen, erutumque felici
Partum tenebris omine invito fastis.
Laudato curam, qua tibi licet pulsa
Erroris umbra & atra nocte nævorum
FRONTINIANA fronte, *veste Romana*
Videre; quin repende debitum tantæ
Menti decus dignumque muneri munus.

festinò

WOLFERDUS.

AD

AD

Clarissimum & Eruditissimum Virum,

DN. ROBERTUM KEUCHENIUM, J. C.

FRONTINUM

Nova editione tersiorem plenioremque Orbi literato exhibentem.

INCLYTE Vir, quem sorte pari sibi vindicat Hellas,
Et Latium, & Musæ, nec minor una Themis;
Quàm bene post variâ perfusum luce NEPOTEM
FRONTINUS propriam percipit æger opem!
Ille quidem Modii scalprum, falcemque SCRIVERI
Passus, & abstersâ squale Latinus erat:
Ast tua FRONTINUM sibi reddit cura, reditque
Quod circumspectos fugerat ante viros.
Te duce mox licitas fraudes & bellica furta
Dux non suspensâ Martius aure bibet.
Te monstrante suos agnoscet Roma colonos,
Et Latii priscis finibus arva reget.
Virgo tuis lymphas manibus deducet in Urbem
Purius, & vincet posthuma Roma sitim.
Sic, sibi qui quondam vetuit monumenta locari,
FRONTINUS famæ dat monumenta tuæ.

JOACH. BORGESIUS. I. F.
In Academ. Groning. Prof.

Ad

Ad Clarissimum Virum,

DN. ROBERTUM KEUCHENIUM,

Cum post

ANGLIAM SUAM TRIUMPHANTEM,

Animadversiones FRONTINIANAS

ederet.

VIR *erudite, Vir diserte, flos vatum,*
Fax litteratæ gentis, arbiter legum;
Inauspicatam nuper atque abortivam
Enixa prolem Musa, me Poëtarum
Sacro inserebat ordini. Sed admirans
Tuum videbam carmen, & coturnatos
Ipsaque dignos Mantua legens versus,
Cœpi invidere: sic sumus. Verecundo
Tamen rubore tinxerat pudor vultum,
Meque ipse carpens, quis Deus rudem, dixi,
Vatem Poëtis miscet? An novus Phœbum
Midas lacessit? an sibi insolens confert
Porcus Minervam? Provocavit infelix
Deas Arachne: risui fuit Romæ
Quondam Bathillus: non habet locum Codrus
Inter Poëtas. Confitemur inviti,
Sed confitemur; cedimus, triumphati
Pudet laboris, & dolens suas Author
Damnat Camœnas. Te Britannus & Belga
Stupet canentem; grandiore Tu plectro
Æquas tiaris barbiton. Renascentem
Vitam Rosarum restituta Libertas,
Te Vate, laudat; Carolumque Majestas
Investit ostro, purpuraque submittunt
Cervicem Atlantes. Debeat tuis multum
Chartis Caledon, debeat suo multum
Cum Rege Monckius: tot eruditorum
Dum scripta volvis, eruis fatiscenti

Mundo

Mundo salutem, & obligas tibi cunctos,
Quotquot supersunt, Orbis Imperatores.
Rector Tuedæ, gentis Arbiter magnæ,
Cui purpuratus verticem sacrum murex
Ter implicavit; sive, dum vacat, doctum
Legis poëma, semper æstimas magni
Vatem Sicambrum, buccinam tuæ laudis:
Seu militares otiosus observas
Tecum labores; militem hæ docent chartæ,
Hic consularis explicata Frontini
Ars enitescit, hic pias sago fraudes
Commendat architectus & faber belli.
Mars gaudet arte, robori dolos addit
Infracta virtus. Consciam timet vestem
Prudens Metellus, indicat voluntatem
Fractum papaver. Transeuntibus frustra
Opponit Indum Porus: hac Alexander
Intentat iras parte, tutior miles
Hac parte transit. Sæpe Manlius vires
Mentitur auctas: nunc timore non-vero
Afris Maharbal cedit, & soporatos
Bibens liquores hostis, occidit ferro
Redeunte Pœni. Lelius Iubæ regnum
Legatus intrat, & Syphacis arcanos
Videt recessus, sordidâque sub veste
Latet tribunus. Omnia omnium Regum
Rudimenta, cunctas Orbis unus expressit
Fredericus artes, qui dedit Scholam mundo,
Qui disciplinæ militaris exemplo,
Qui jure belli, fraudibusque laudatis
Æternitati consecravit ingentes
Belgarum honores. Eminent suos inter
Socios Sicambri: fortiter manu pugnat
Ferox Batavus; fortitudini doctas
Adjungit artes, copulatque Gradivo
Gelrus Minervam. Scriptor, ecce, FRONTINUS

Excm-

Exempla dictat; ecce, Vir, decus grande
KEUCHENIORUM, *antiquitatis interpres,*
Dat intricatis lumen & facem Scriptis.
Cur gaudet orbis? usui Sicambrorum
Civis laborat, Belga parturit Belgis;
Et fœderato charta, dividens lucrum,
Famulatur Anglo: quique Carolum nuper
Versu secutus, miscuit lyras sceptro;
Idem Autor, eruditus Autor, Autorum
Nulli secundus, Carolo salutari
Inservit ausu. Dignus est, honorato
Præsens sedili, fata qui reformatæ
Ter magna gentis, imperique momenta
Curet Senator, qui suo parans Regi
Mutos magistros, subministrat absenti
Consulta sceptro: quique jam diu famæ
Infert theatro nomen, audiat belli
Magnus Sacerdos, & legant librum Reges.

J. van AELHUISEN.

SEXTI

SEXTI JULII

FRONTINI,

V. C.

STRATEGEMATA.

SEXTUS. JULIUS.

FRONTINUS.

PROOEMIO.

AQUÆDUCTUUM.

NULLUM. OMNIS. ACTUS. CERTIUS. FUNDAMENTUM. CREDIDERIM. QUAM. QUÆ. FACIENDA. QUÆQUE. VITANDA. SINT. POSSE. DECERNERE.

[1] SEXTI JULII FRONTINI IN TRES PRIORES STRATEGEMATICΩN LIBROS,

PRÆFATIO.

* CUM ad adſtruendam rei militaris ſcientiam, unus ex numero ſtudioſorum ejus acceſſerim, eique deſtinationi, quantum cura noſtra valuit, † ſatisfeciſſe viſus ſim; deberi adhuc inſtitutæ arbitror operæ, ut ſolertia ducum

1 SEXTI IVLII FRONTINI] Cum multa ſint, quæ caſtigando Frontino dicenda conducant; pauca, quæ didicimus, docebimus. Hîc enim ferè decrevimus tantum variarum lectionum numerum recenſere, & receptarum à nobis rationem reddere. Unus manuſcriptus, quem bona fortuna pridem ad nos detulit, habuit prænotatum lemma diverſum ab omnibus rubricis & epigraphis; *SEXTI IVLII FRONTONIS Vir. Coſt. STRATEGICON.* Aſſerere hunc titulum Frontino nolui, quem in nullis quidem aliis exemplaribus, at ab antiquis authoribus mutuatum cognovi: *SEXT. IVL. FRONTONIS.* Itaque ſic vocatur à Martiale lib. I. epigrammatum, & auctore, qui Divi Adriani imperio τὰ τακτικὰ conſcripſit, capite primo. Καὶ περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον τακτικῆς ἐντύχομεν Συγγραφεῦσι, Στρατοκλεῖ τε Ἑρμείᾳ, καὶ Φρόντωνι τῷ καθ' ἡμᾶς ὑπατικῷ ἀνδρί. Ubi Φρόντων nominatur, qui in procœmio Φροντίνος eidem Scriptori, & pleriſque omnibus *Frontinus.* Indiciumque nominis etiamnum proſtat in antiquo lapide de claſſe Miſenenſi & Ravenenſi: IIS. QUI. MILITAVERUNT. IN. CLASSE. MISE-

cum facta, 1 quæ à Græcis una στρατηγηματικῶν appellatione comprehensa sunt, expeditis amplectar commentariis. 2 Ita enim consilii quoque & providentiæ exemplis succincti

NENSI. QUÆ. EST. SUB. JULIO. FRONTONE. &c. Notabis *Iulium* ibi tantum prænominari sine SEXTI nomine. Sed ita Romanis historicis appellatur, Tacito, Plinio nepote, & aliis: quanquam palam dissentiant super hoc & isto Frontino quidam literiones intempestivè seduli. Vix putem. Omninò autem legendum: SEXTI. JULII. FRONTINI. Quo nomine quid notius? Vetus inscriptio in arâ quâdam votivâ Sexto Jul. Frontino apud Coloniam Trajanam olim posita, & à me lustrata.

——— UNONI.
——— RVÆ. PRO.
——— SEXTI. JUL.
——— ONTINI.

Suppletis lacunis ita hanc restituimus: J. O. M. JUNONI. MINERVÆ. PRO. SALUTE. SEXTI. JULII. FRONTINI. Ita etiam verè scripsit Frontinus, quam vis in descriptis nostris membranis aliter rescripserit ingeniosus interpolator, qui sequentia suopte etiam arbitrio concepit & exaravit, *Vir. COST. Strategicon.* Secundam voculam an hoc modo reperias ἀντὶ τοῦ *consularis* in notis Romanorum vocabulorum, ignoranter dixero. Dioni quidem in Nerva memoratur ὁ Φρόντων ὕπατος, & Æliano Φροντίνος τῶν ἐπισήμων ὑπατικῶν, sive, ut ab aliquo primum exaratum est, *Frontinus, Vir Consularis*: nam illud *COST* non designat ex veteri scribendi forma *Virum consularem*; quod iste, quisquis exscripsit, ineptè nobis supposuit. Nunc ad ipsum auctorem accingamur.

* *Cum ad adstruendam*] Veteres membranæ legunt, *instruendã*, cum optimo codice Parisiensi. Sed utraque lectio Frontiniana est, & ab auctore recepta. Hoc eodem prooemio: *adjuvari me ab his, qui aliquid illi adstruent, non argui credam.* altero libri secundi: *dispositis primo libro exemplis, instructuris ducem in his, &c.* Est autem *adstruere*, instruere. Glossæ veteres: *adstruere*, ἀναδιδάσκειν, διδάσκειν.

† *Satisfecisse visus sim*] Ita libri vulgati & deteriores. Optimus tamen Parisiensis, qui hic inter bonum & iniquum est, editum habuit *nisus*. ἀρχαϊκώτερον illud pro *nixus*. Sic apud Tacitum lib. I. Annalium: *Seque inferre munitoribus nisi*: & aliquanto post; *enisæque legiones &c.* Vide Valerium Probum.

1. *Quæ à Græcis una* στρατηγηματικῶν *appellatione comprehensa sunt*] Scripti codices, quos accuratissimus Scriverius inspexit, cum editionem suam formaret, στρατηγημάτων eidem exhibuerunt; quod ipse non damnavit, at in textum immisit. Eodem modo legebatur in optimis nostris membranis, quarum opera sæpissimè usus sum. Infra: *ut parent gratiam* στρατηγηματικῶν *&* στρατηγημάτων.

2. *Ita enim consilii quoque & providen-*

cti duces erunt, unde illis excogitandi gerendique similia facultas nutriatur. Præterea continget, ne de eventu trepidet inventionis suæ, qui probatis eam experimentis comparabit. Illud neque ignoro, neque inficior etiam, rerum gestarum scriptores indagine operis sui hanc quoque partem esse complexos: & ab auctoribus, exemplorum quicquid insigne aliquo modo fuit, traditum. Sed (ut opinor) occupatis velocitate consuli debet: 1 longum est enim singula & sparsa per immensum corpus historiarum prosequi: & hi, qui notabilia excerpserunt, ipso velut acervo rerum, confuderunt legentem. Nostra sedulitas impendet operam, ut quemadmodum res poscet, ipsum quod exigitur, quasi ad interrogatum exhibeatur: circumspectis enim generibus, præparavi oportuna exemplorum veluti consilia. 2 Quo magis autem discreta, ad rerum varietatem aptè collocarentur, 3 in tres libros ea diducimus.

IN

videntiæ] Perperam *prudentiæ* habuit adscriptum ora libri Parisiensis. Omnes calamo exarati, & excusi *providentiæ* legunt, uno consensu: quod & rectum est. Tria parandæ artis militaris fundamenta sunt, quæ leviter attingere videtur Frontinus in efformando bono Imperatore. Primum est ἀφὶ τ ὑπομνημάτων & τ ὁν τάκτων καταστκευῆς, historiæ nimirum πραγματικῆς lectitatio, & diligens rerum earum observatio. Alterum probatis experimentis comparatur, ἀφὶ τ ἐπ' αὐτῶν τ πραγμάτων ἕξεως & τελεότῆς. Tertium verò quasi ad interrogatum exhibetur, videturque continere τ μεθοδικὸν τρόπον & τὶ πεῖρα τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν παραδοσιν. Tactici solent appellare *doctrinam umbraticam*. Triplex ratio est disciplinæ polemicæ, lectio historiæ, opera magistri, & usus.

1. *Longum est enim singula & sparsa per immensum corpus historiarum prosequi*] Infra Aquæductuum libello: *Ea, quæ ad universam rem pertinentia contrahere potui, more jam per multa mihi officia servato, in ordinem & velut in corpus deducta in hunc commentarium contuli.* Græci σωμάτιον similiter vocant. Σωμάτιον Ἰλιάδος, & σωμάτιον Ὀδυσσείας. Longino τοῖς ὕψοις.

2. *Quo magis autem discreta, ad rerum varietatem aptè collocarentur, in tres libros ea diducimus.*] Quidam libri legunt hoc modo: *quo magis autem discreta rerum collocarentur varietate, aptè in tres libros, &c.* Concinnius, quàm vulgo excusi.

3. *In tres libros ea diducimus.*] Unde pronum est suspicari, tres tan-

IN PRIMO ERUNT EXEMPLA, QUÆ COMPETANT PROELIO NONDUM COMMISSO.

IN SECUNDO, QUÆ AD PROELIUM ET [1] CONFECTAM PACATIONEM PERTINEANT.

TERTIUS, INFERENDÆ SOLVENDÆQUE OBSIDIONIS HABEBIT ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΑ.

quibus deinceps generibus suas species attribui. Huic labori non injustè veniam paciscar, ne me pro incurioso reprehendat, qui præteritum aliquod à nobis repererit exemplum. Quis enim ad percensenda omnia monumenta, quæ utraque lingua tradita sunt, sufficiat? [2] unde multa transire mihi ipse permisi; quod me non sine caussa fecisse scient, qui aliorum libros eadem promittentium legerint. Verùm facile erit, sub unaquaque specie suggerere. Nam cum hoc opus, sicut cetera, usus potius aliorum, quàm meæ commendationis caussa

tum Strategematum libros initio conscribere decrevisse auctorem, quod & anteà quibusdam non mediocriter doctis visum fuit, & aliis rationibus obnoxium est. His postea quartum adjecit, ut arguunt verba ista, quibus in librum quartum præfatur: *Multa lectione conquisitis strategematibus, &c.* Quare frustra est diligentissimus Stevvechius, qui quartum istum librum esse opus *de re militari* negat, & alios plures à Strategico conscriptos latè suspicatur; quod quamvis non negem postremum istud, saltem aliud est, quo prius evincam; cum majus otium erit. Longè quidem plura scripsit hic auctor, quæ simul cum aliis communi literarum jacturâ olim intercidere.

1. *CONFECTAM PACATIONEM*] Sic omninò legendum, nec quicquam mutamus. Aliàs tamen editum fuit, *pactionem*, testante Sciverio, cujus vocis τὸ ξένον antea mirabamur. Cicero libro III. Officiorum: *Regulus non debuit conditiones, pactionesque bellicas & hostiles perturbare perjurio.* Idem ferè retinent antiquæ membranæ à nobis inspectæ, nisi quod *pacionem* exhibeant, mendosè magis quàm δρχαϊκῶς. Vix puto è penu Frontiniana.

2. *Vnde multa transire*] Vetus Parisiis editus immittit voculam, & *transire*: quod videtur παρέλκειν. Statim in eodem libro; *quaque*, pro *unaquaque specie* nimis jejunum, nec probum.

1. Qua

caussa aggressus sim, adjuvari me ab his, qui aliquid illi adstruent, non argui credam. Si qui erunt, quibus volumina hæc cordi sint, meminerint, ut parent gratiam στρατηγικῶν & στρατηγμάτων per quam possimus similem naturam discernere. Nam tum omnia, 1 quæ à duce providè, utiliter, constanter, 2 magnificè fiunt, 3 στρατηγικὰ habebuntur, si in specie eorum sunt στρατήγματα. Eorum proprie vis in arte solertiaque posita proficit, tam ubi cavendus, quàm ubi opprimendus hostis sit. Qua in re cum verborum quoque illustris exstiterit effectus, ut factorum, ita dictorum exempla posuimus. Et Species eorum, quæ instruant ducem in his quæ ante prœlium gerenda sunt:

INDEX

1. *Quæ à duce providè*] Et hæc innuunt, suprà *providentia* legendum, repugnantibus glossis oræ Parisiensis editionis adscriptis. Eodem codice paullo post τὸ *magnificè* præpositum est, quod nos retento meliorum ordine jubemus sequi. Lege Leonem Imp. περὶ στ. εἶον δεῖ εἶναι τὸν στρατηγόν.

2. *Magnificè fiunt*] Additum est in eodem P. & *partiuntur*: quod si non rectè positum fuit, saltem de glossemate suspicimus.

3. Στρατηγικὰ *habebuntur*] Correctorum sphalmata agnosco ex hac connexione distortâ, quam P. exhibuit, in quo pro geminis vocibus receptis intrusæ duæ aliæ, *gratiam habebunt*; & mox *gratia* pro στρατήγματα legitur. Unde unde tam mendosa scriptura? Sed respexit forsan ad præcedentem periodum imperitus ille, quisquis fuit, qui tam malam manum admovit emendandis operis, & suâ incuriâ vitium lectionis repræsentavit. Nobis placet, ut edidimus ad aliorum normam; & approbo quorundam censuram, qui non tam στρατηγικῶν, quàm sinceræ lectionis & emendatæ gratiam habebunt.

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De occultandis consiliis.*

CAP. II. *De explorandis consiliis hostium.*

CAP. III. *De custodiendo statu belli.*

CAP. IV. *De traducendo exercitu per loca hostium infesta.*

CAP. V. *De evadendo ex locis difficillimis.*

CAP. VI. *De insidiis in itinere factis.*

CAP. VII. *Quemadmodum ea quibus deficimur videantur non deesse, aut usus eorum expleatur.*

CAP. VIII. *De distringendis hostibus.*

CAP. IX. *De seditione militum compescenda.*

CAP. X. *Quemadmodum intempestiva postulatio pugnæ inhibeatur.*

CAP. XI. *Quemadmodum incitandus sit ad prœlium exercitus.*

CAP. XII. *De dissolvendo metu, quo milites ex adversis omnibus conciderunt.*

SEXTI

SEXTI JULII FRONTINI, VIRI CONSULARIS, STRATEGEMATICΩN LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De occultandis Consiliis.

EXEMPLUM I.

1 M. Porcius Cato, devictas à se Hispaniæ civitates existimabat 2 in tempore rebellaturas, fiducia murorum. Scripsit itaque singulis, ut diruerent munimenta, minatus bellum, nisi confestim obtemperassent: epistolasque universis civitatibus eodem die reddi jussit. Unaquæque urbium sibi soli credidit imperatum. Contumaces conspiratio potuit

1 M. *Porcius Cato*] In Vet. Paris. est *Portius*. Sed prior est originalis γραφὴ. Ut ab ove Ovii, asino Asinii: Sic à porco Porcii, non Portii. Ita minutissima etiam sunt ἀρχαῖα; ac vilia mihi aurea.

2 *In tempore rebellaturas*] Lib. II. cap. I. *existimavit ardori cedendum in tempore:* id est, opportunè, in occasione. De Celtiberis loquitur Hispaniæ populis, apud quos CCCC. simul urbium muros, quæ intra Bethini amnem sitæ erant, uno die solo æquavit. Historia refertur à Polybio & Appiano in Hispanicis. Addam Plinium, seu quisquis auctor est, de Vir. Illustr. à quo hæc verbotenus ferè desumpta: *Consul Celtiberos domuit; Et ne rebellare possent, literas ad civitates singulas misit, ut muros diruerent: quum una-*

potuit facere, si omnibus idem denuntiari [1] notum fuisset.

II. [2] Himilco dux Pœnorum, ut in Siciliam [3] inopinatus appelleret classem, [4] non pronunciavit quo proficisceretur, sed tabellas, in quibus scriptum erat, quam partem peti vellet, universis gubernatoribus dedit signatas; præcepitque, ne quis legeret, [5] nisi vi tempestatis à cursu prætoriæ navis abductus esset.

III. C. Lælius [6] ad Syphacem profectus [7] legatus, quosdam ex tribunis & centurionibus, per speciem servitutis

quæque sibi soli imperari putaret, fecerunt: id est, confestim obtemperaverunt. August. Nertucius in monumento hujus triumphi: PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES. S. P. Q. R. IMPERIUM. DEOR. NUMINE. ET. MILITUM. FORTITUDINE. ET. TUERI. ET. REGI.

1. *Notum fuißet*] *Notum tunc fuisset*, Par. Cod.

2. *Himilco dux Pœnorum*] Sequimur lectionem optimorum & doctissimorum virorum Casauboni & Scriverii, quæ est *Himilco*, non *Hamilcar*; ut malè in V.P. editum. Et mirum est, à vulgatis illud hactenus retentum; & à Plantino recusum. Qui historiam sive strategema ex Polyæno novit, lib. V. ep. 2. de correctione non dubitabit. Nec aliter video pridem legisse Schefferum de milit. navali veterum, lib. III. c 3.

3. *Inopinatus*] Scriptum fuit in in meo *inopinanter*; cujus margini, ne quid dissimulem, alius adscripsit *inopinans*, pro *inopinatus*: quod vix Latinum censeo. Alii omnes *inopinatus*. Glossæ *inopinanter*: ἀπροσδοκήτως. Certè aut *inopinatus* scribendum, aut *inopinanter*. Exempl. 8. *Sub quibus inopinato bello affusus*. cap. IV. *inopinatus Thermopylas trajecit*.

4. *Non pronuntiavit*] Ita melius, quàm *prænuntiavit*; quod est in nostro MS. Nam *pronunciare*, est *palam pronunciare*, lib. II. cap. 7. ex. 1. sive *palam dicere*, ut explicat sese infra; *palam pronunciare*; ubi perperam, *porrò nunciare* substituunt. Isidorus de Pharo: *Usus eius &c. ad pronuntianda vada, portusque introitus*.

5. *Nisi vi tempestatis*] MS. *nisi vi & tempestate*. Figura est ἓν διὰ δυοῖν. Malo receptum: *nisi vi tempestatis*. Sic *vis venti* legitur apud Lucret. *Cursus* navis ὁ πόρος. Græci magistri: Πόρος ὁ κυρίως ἐπὶ ὑγρῶν λέγεται. Nihil frequentius apud bonæ notæ scriptores.

6. *Ad Syphacem*] *Symphacem* junior Parisina. Græcis est σύφαξ, non σύμφαξ: & ita reliquis Latinis.

7. *Legatus, quosdam ex tribunis, &c.*] Et hoc loco patet vestigium incuriæ, quâ correctorum operæ sæpiusculè Vet. Par. deformarunt, malè interpungendo, & suo

tis ac ministerii exploratores secum duxit, ex quibus L. Statorium, quia sæpius in eisdem castris fuerat, quidam ex hostibus videbantur agnoscere, occultandæ conditionis ejus caussa, 1 baculo, ut servum, castigavit.

IV. Tarquinius Superbus pater principes Gabiorum interficiendos arbitratus, quia hoc 2 nemini volebat commissum, nihil nuntio respondit, qui ad eum 3 à filio erat missus: tamen virga, eminentia papaverum capita, cum forte in horto ambularet, 4 decussit. Nuntius sine responsione reversus, renunciavit adolescenti Tarquinio, quid agentem patrem vidisset: ille intellexit idem esse eminentibus faciendum.

V. C. Cæ-

suo arbitrio factum ex vocibus distorquendo. Scriptum fuit, ut heîc editum; unde incuriosi nimis illi ediderunt, *legatos quosdam ex tribunis*: Corruptè καὶ κατ' ἀνιερείων. In eadem editione paullo pòst, *quem quidem*, pro *quidam ex h.* legitur.

1. *Baculo, ut servum, castigavit*] Tacitus II. Historiarum: *Sumptum de eo supplicium servilem in modum.* Et propriè *castigavit*, dixit, quod verbum passim extenditur ad fustes & flagella. Ita Latinus τὸ Pauli ὑπωπιάζειν, *castigo* vertit. Optimæ Glossæ; *Castigat*: νουθετεῖ, δέρει. Facil. l. 3. π. de Offic. Præf. Vig.

2. *Nemini volebat commissum*] Ita primus omnium Modius correxit; cujus emendationi tres scripti Scriveriani respondent, & ipse suorum inspector Scriverius. Omnino rectè. Nam quod vulgò inferciunt *innotescere*, è glossa est. Quod sequitur, *tamen*; id *tantum* explico. Et ita quandoque sumptum memini. Vellejus. II. *Nec tamen in eos, qui contrà arma tulerant, sed in multos insontes sævitum.* Ubi frustrà sunt correctores, qui receptum in *tantum* emendare conati sunt.

3. *A Filio*] Sic idem Modius; cum antea esset, *à consilio.* Sed quod inter consilia retulit Strategicus, Florus superbiam fuisse interpretatur; melius alii prudentiam & calliditatem summam, ac consilium evulgaretur, fuisse volunt.

4. *Decussit*] In MS. meo, *excussit.* Prius placet, nec aliter scripsit Frontinus; nec aliter Florus: *eminentia forte papaverum capita virgulâ decussit.* Conveniunt omnes præter Ovidium, qui dicit, liliorum capita excussisse. Græcis sunt κωδίαι vel κώδυαι *papaverum capita eminentiora*, τῶν μηκώνων κεφαλαί. Plinius lib. XIX. cap. 8. de papavere: *Fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis à filio missis decutiendo papavera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit*:

V. C. Cæsar, 1 qui suspectam habebat Ægyptiorum fidem, per speciem securitatis, inspectione urbis, atque operum, ac simul 2 licentioribus conviviis deditus, videri voluit captum sese gratia locorum, 3 & ad mores Alexandrinos vitamque deficere: atque inter eam dissimulationem præparatis subsidiis, occupavit Ægyptum.

VI. Ventidius Parthico bello adversus Pacorum Regem, non ignarus Pharneum quendam, 4 natione Cyrresten, ex his, qui socii videbantur, omnia quæ apud ipsos agebantur, nuntiare Parthis; perfidiam Barbari ad utilitates suas convertit. Nam quæ maxime fieri cupiebat, ea vereri se ne acciderent: quæ timebat, ea ut evenirent optare se simulabat. Solicitus itaque, ne Parthi ante transirent Euphraten, 5 quàm sibi supervenirent legiones, quas in Cappadocia trans Taurum habebat, studiosè cum proditore egit, ut solenni perfidia Parthis suaderet, per Zeugma trajicerent exercitum, 6 qua & brevissimum iter est, 7 & omisso alveo Euphrates decurrit. Namque si illac venirent, assevera-

Nempe, *idem esse eminentibus faciendum.* Parile quid de Thrasybuli Milesio à Dionys. refertur. IV. 63. antiq. Rom.

1. *Qui suspectam habebat Ægyptiorum fidem*] Suspecta mihi illorum lectio est, qui *perspectam* malunt minimè addicentibus libris. Gloss. *Perspectus* (παθητικῶς, id est, *perspicax*) εὐπροόρατος. *Suspectus*, ὕποπτος. Hoc à Frontino est, illud minus.

2. *Licentioribus conviviis*] MS. noster *licentiosis.* Quod nullo jure damno. In Vet. Glossario *licentiosus* exponitur παῤῥησιαστικὸς. Infrà: *liberalissimæ Cyri epulæ.*

3. *Et ad mores Alexandrinos V. q. deficere*] Alias, *ut ad m. A. v. q. deficeret.* Atque ita in seniore Parisiensi.

4. *Natione Cyrresten*] Legunt heîc libri *Tyriestem*, testante Modio. *Cyrrestes* (non *Cyrestes*, ut in Plantinianâ) dictus à Cyrro, urbe Syriæ. Stephanus: Κυῤῥέστης, τι ὀλίτης Κύῤῥου. Alii *Phaneum*, legunt, pro *Pharneum.*

5. *Quàm sibi supervenirent legiones*] Ex improviso nimirum & inopinanter supervenirent.

6. *Quà & brevissimum iter est*] Ἀρχαϊκῶς *itiner* in Vet. MS. Quod indignum est ævo nostri Julii Sic apud Manilium: *Fecit & ignotis itiner.* Itiner ἀποδημία, ἐμπορεία, quod magis Poëticũ. Glossarium: εὐθεῖα ὁδὸς, *itiner.*

7. *Et omisso alveo*] Perperam *emisso* in P. Ζεῦγμα πόλις συρίας ἐπὶ τῷ εὐφράτῃ. Stephanus. In nostro MS.

verabat se opportunitate collium usurum, 1 ad eludendos sagittarios. Omnia autem vereri, 2 si se in patentes campos projecissent. Inducti hac affirmatione Barbari, inferiore itinere, 3 per circuitum adduxerunt exercitum: dumque fusiores ripas, 4 & ob hoc operosiores pontes jungunt, instrumentaque moliuntur, quadraginta amplius dies impenderunt: quo spacio Ventidius ad contrahendas usus est copias: eisque triduo antequam Parthus adveniret receptis, 5 acie commissa, 6 vicit Parthos, & interfecit.

VII. 6 Mi-

MS. *Decucurrit*, pro *Decurrit*, quod propriè etiam de fluminibus dictum. Sic *decursus æquæ* apud Lucret. & Virgilium.

1. *Ad eludendos sagittarios*] Probant correctores *excludendos*, quod minus sapit. Donatus ad illud Terentii Eunuchi: *eludet ubi te victum. Eludere*, inquit, *propriè gladiatorum est, cum vicerint. Cicero: quamdiu etiam furor iste tuus eludet? Eludere est finem ludo imponere.* Qui scriptorem hunc novit, de lectione non dubitabit.

2. *Si se in patentes campos projecissent*] Istud *in* non magis hic probum est, quàm quod editionum veterrima habuit *infra: si se infra patentes campos projecissent.* Nihil mutamus, præsertim cum sit mira quædam aliàs librorum consonantia receptam γραφὴν propugnantium, quod & multis ex locis manifestum. Lib. II. cap. 2. *à Romanis autem, quorum robur in peditibus erat, campestria teneri; Pœnos in plana deduxit.* Ubi *campestria* vocat, quæ eodem libro cap. 5. *patentia*; Græci πεδινὰ χωρία. Appulejus: *Immitto me campis subpatentibus*, id est, *in*, non *infra* campos. Varus lib. III. Excellentium:

Tum litterator creditos
Ludo Faliscûm liberos,
Causatus in campi patens,
Extraque muros ducere,
Spatiando paulatim trahit
Hostilis ad valli latus.

3. *Per circuitum*] Circuitus, περίοδος. Agathias l. III. πορείας διαλανθανούσας vocavit. Ex. II. *tanquam circuitu majore hostem aggressurus.*

4. *Et ob hoc operosiores pontes jungunt*] Hęc lectio non cohæret: quare Cl. Salmasius *operosiore ponte* legendum existimat. *Ripas ponte jungere*, rectum & Latinum est. Scriver.

5. *Acie commissa*] Vet. Cod. Par. addit, *copiis*: legitque; *acie commissa, copiis vicit Parthos, &c.* Quod mihi videtur παρέλκειν. Infra lib. III. *acie commissâ, impeditos religione hostes vicit. Commissâ*, est initâ & accensâ. Sallustius, *Quibus dictis mox prælium commisêre*, Πόλεμον καθίσταντο. Nam hoc est pugnam, aciem, prælium committere. Græci dicunt συγκρούειν καὶ ἐνίστασθαι τὸν πόλεμον. Et in Glossis absolutè *committere* exponitur, συμβάλλειν μάχην.

6. *Vicit Parthos & interfecit*] Legendum

VII. 1 Mithridates circumvallante Pompejo, fugam in proximam diem moliens, hujus consilii obscurandi caussa, latius & usque ad applicitas hosti valles, 2 pabulatus, colloquia quoque cum pluribus, avertendæ suspicionis caussa, 3 in posterum constituit. Ignes etiam frequentiores per tota castra fieri jussit. Secunda deinde vigilia, præter ipsa castra hostium agmen eduxit.

VIII. Imperator Cæsar Domitianus Augustus Germanicus, 4 cum Germanos, qui in armis erant, vellet opprimere, nec ignoraret majore bellum molitione inituros, si adventum tanti ducis præsensissent, profectionem suam 5 censu obtexuit Galliarum. Sub quibus 6 inopinato bello affusus, contusa immanium ferocia nationum, provinciis consuluit.

IX. Clau-

gendum ex MS. *vicit Pacorum & interfecit.* Sic me docuit vir optimus & amicissimus Joh. Fred. Gronovius ex Floro libro IV. cap. 9. & Justino XL. 4. Nihil notius illo bello intet Ventidium & Pacorum. Lege Plutarchum in Antonio & Appianum in Parth. Tacitus Germ. *Intra Ventidium dejectus Oriens.*

1. *Mithridates*] Parisinus, *Mythridates.* MS. veriùs *Mithradates*, Græcâ formâ: Μιθραδάτης enim efferunt, quod Latini *Mithradates a* in *i* non *Mythridates.* In nummis antiquis, quorum copiam mihi fecit doctissimus antiquarius Clivensis, H. Evvichius, ita conceptum hoc nomen: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΓΩΡΟΣ.

2. *Pabulatus*] Verbum castrense est, tacticis non oratoribus solenne. Vide Gellium lib. XVII. c. 2.

3. *In posterum*] Sic decisim libri. MS. tamen *imposterum.* De quo, etsi leve sit, monendum putavi. Prius placet κατ' ἔλλειψιν. Et sic Græci loquuntur τῇ ὑστεραίᾳ, sive τῇ ἐπιούσῃ.

4. *Cum Germanos, qui in armis erant*] Id est, armati. Sic apud Varronem: *Servi in armis contra dominos.* Heliodorum: ἐν ὅπλοις ἄνδρες. Act. I. 10. ἐν λευκῇ ἐσθῆτι. Jacob. II. 2. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ. Eodem modo Solinus cap. 2. *Campus Ennensis in floribus semper.*

5. *Censu obtexuit*] Minus rectè & concinnè *sensu* in P. editum est. Nec placet Modio quod sequitur: *Sub quibus*; cum præcedentia alii sic legant: *profectionis suæ sensus obtexuit Galliarum.*

6. *Inopinato bello affusus*] Nihil notius utriusque linguæ Scriptoribus, quàm confusio πολέμου & μάχης: quæ duo tamen Criticis differunt. ἄλλο πόλεμος καὶ ἄλλο μάχη. In Leonis Imp. Constitutionibus

IX. Claudius Nero, cum cuperet Hasdrubalem, copiasque ejus, antequam Hannibali fratri [1] jungerentur, occidere, idcircoque festinaret, se Livio Salinatori collegæ suo, cui bellum mandatum fuerat, (parum fidens viribus, quæ sub ipso erant) adjungere, neque tamen discessum suum ab Hannibale, cui oppositus erat, [2] sentiri vellet, decem millia fortissimorum militum delegit, præcepitque legatis, quos relinquebat, ut eædem stationes & vigiliæ æque agerentur, totidem ignes arderent, eademque facies castrorum servaretur, ne quid Hannibal suspicatus, auderet adversus paucitatem relictorum. [3] Cum deinde in Umbria, occultatis itineribus, collegæ se junxisset, vetuit castra ampliari, ne quod signum adventus sui daret Pœno; [4] detracturo pugnam, si Consulum junctas vires intellexisset. Igitur inscium duplicatis aggressus copiis superavit, & velocius omni nuntio, rediit ad Hannibalem. [5] Ita ex duobus callidissimis ducibus Pœnorum, eodem consilio alterum celavit, alterum oppressit.

X. The-

bus πολέμου καιρὸς vel ἡμέρα & μάχης καιρὸς pro eodem ponuntur. Ita apud alios. De Romanis vetustioribus non loquar, Livio, Cæsare, cæteris; quibus nihil frequentius est, quàm positio harum vocum invicem, *belli* & *pugnæ*. Latinus Pacatus in Panegyrico Theodosii: *locum bello ante capere, speculatum egredi*. Postea; *Vix fluvium manus invicta transierat; jam locum belli tenebat*. Sic apud Poëtam: μνήσασθαι μάχης ἐν δηϊοτῆτος, aut θούριδος ἀλκῆς. Quod quamvis à Veteribus non observatum, tamen observatione dignum est.

1. *Iungerentur, occidere*] Vet P. *jungerentur, excidi*. Ineptè.

2. *Sentiri vellet*] Idem, *velle*. *Facies castrorum*, ut *facies urbis* apud Sallustium.

3. *Cum deinde in Vmbria*] Alias, *demum*. In MS. *occultis* pro, *occultatis itineribus*. Perperam: Lib. II. cap. 5. *parte quoque navium post quædam promontoria occultata*.

4. *Detracturo pugnam*] Quid illud *detracturo?* Haud dubiè legendum *detrectaturo*. Ut Livio *detrectare militiam*.

5. *Ita ex duobus callidissimis ducibus*] MS. *calidissimis*, ex Græcâ figurâ: Sic θεμὸν Aristophanis interpres in Pluto exponit παράδοξον, τολμηρὸν, εὐκίητον. Placet tamen adsentientibus reliquis *callidissimis*. Callidissimus dux νουνεχὴς ἐν πολύβουλος. Nepos noster Hannibale: *Fabius callidissimus Imperator*. Explicat Frontinus sese infrà cap. 8. ex. 7. *propter calliditatem & peritiam bellandi*.

1. *Le-*

X. Themistocles Athenarum Dux exhortans suos ad suscitandos festinanter muros, quos jussu Lacedæmoniorum dejecerant, 1 legatis Lacedæmone missis, qui interpellarent, respondit venturum se ad diluendam hanc existimationem, & pervenit Lacedæmonem: ibi simulato morbo 2 aliquantum temporis extraxit, & postquam intellexit suspectam esse tergiversationem suam, contendit, falsum ad eos 3 rumorem perlatum; & rogavit, ut mitterent aliquos 4 ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum. 5 Suis deinde clam scripsit, ut eos, qui venissent, retinerent, donec refectis operibus, confiterentur Lacedæmoniis, munitas esse Athenas, nec aliter principes eorum redire posse, 6 quàm si ipse remissus foret: quod facile præstiterunt Lacedæmonii, ne unius interitum multorum morte pensarent.

XI. L. Furius exercitu producto in locum iniquum, cum constituisset occultare solicitudinem suam, ne reliqui trepidarent,

1. *Legatis Lacedæmone missis*] Mendosè *Lacedæmonem* habuit Parisiensis. Nam legatos Lacedæmone Athenas miserunt. Lege Thucyd. lib. I. & Diodorum XI.

2. *Aliquantum temporis extraxit*] Idem liber *temporum*: Duriusculè. Tempora, κρόταφοι, vide Charisium. *Extrahere*, est diem de die proferre. Justinus in eadem narratione: *Diem de die proferendo, spatium consummando operi quærebat.* Alio sensu dixit Val. Maximus lib. II. cap. 10. *diem extrahere*, quod Agellio est, *diem eximere*; cui contrarium est *discindere*. Glossæ Veteres: *Discindendi* τμητέας, ἐν τῷ τέμνειν τὰς δίκας.

3. *Rumorem perlatum*] Τὸ *perlatum* omittit idem Par. Παρεκάλεσε τοὺς ἄρχοντας μὴ πιστεύειν κεναῖς φήμαις. Nepos: *apud eos contendit falsa his esse delata.*

4. *Ex principibus*] Civitatis. ἐκ τῶν πρώτων τῆς πόλεως: Principes sunt πρῶτοι. Auctor apud Aristophanis Scholiasten: ἀλλ' ἐπιλεψάμενος αὐτῶν ἄνδρας τοὺς εὐνοίᾳ καὶ πίστει διαφέροντας, πόπτας ἐκπέμψαι. Polyænus vocat κατασκόπους ἀρίστους.

5. *Suis deinde clam scripsit*] Justinus: *Tum Themistocles per servum Magistratibus scribit Atheniensium.* Paullo aliter Diodor. XI. Et statim: *operibus refectis* de ædificatione dixit. Ita vocem ἀποτελέσματος usurpant Plutarchus & Polyb. Aristoteles ἔργον vocat initio Nicomach. Nihil frequentius Jctis.

6. *Quàm si ipse remissus*] Istud *si* Paris. excludit. Retineo in sequentibus lectionem: *Quod facile præstiterunt Lacedæmonii*, non Lace-

darent, paulatim se inflectens, tanquam circuitu majore hostem aggressurus, converso agmine, ignarum rei quæ agebatur, exercitum incolumem reduxit.

XII. Metellus Pius, in Hispania interrogatus, quid postera die facturus esset, 1 Tunicam meam, si id eloqui posset, inquit, comburerem.

XIII. M. Licinius Crassus, percontanti, 2 quo tempore castra moturus esset, respondit, 3 Vereris ne tubâ non exaudias?

Lacedæmoniis; ut in eodem exemplari fuit editum.

1. *Tunicam meam, si id eloqui posset (inquit) comburerem*] Scriptor de Viris Illustribus cap. 61. *Quum omnia proprio & subito consilio ageret, amico cuidam quid acturus esset roganti: Tunicam, inquit, meam exurerem; si eam consilium meum scire existimarem*: ubi vulgò malè legitur *exuerem* ἀντὶ τοῦ *exurerem*. Quod miror à doctiss. Schotto intactum.

2. *Quo tempore castra moturus esset*] Ducturus exercitum: ut apud Poëtam, *Nos castra movemus*, in personâ Imperatoris. Movebantur autem castra post exauditam tubam. Pollux I. 10. §. 19. ὑπεσημήνατο οἱ σαλπιγκτὴς τὸ εἰς ἔφοδον. Unde ingens ὑστερολογία ab Appulejo commissa est in illis: *castra commovit, & aciem direxit, & classicum personavit.* Nam classicum personare, est signum φωνικὸν, quod castrorum commotionem & aciei directionem præcedit. Par exemplum de Antigono notarunt Historici. Qualem πτερεγίαν magnus Casaubonus observat ad Theophrasti characteres ethicos. Solebant verò Duces Athenienſium scripto significare, quid opus facto suis centurionibus & tribunis. Vide Suidam in πινάκιον.

3. *Vereris, ne tubam non exaudias*] In antiquo Par. *Vereri se, ne tubâ id audiat.* Aliis; *Vereris, ne tuba id audiat*, adnotante Scriverio. Et sic in ora scriptum fuit libri Wecheliani, quo usus olim præstantiss. Modius. Quod non expressum, longeque minus est.

CAPUT II.

De explorandis consiliis hostium.

EXEMPLVM I.

SCIPIO Aphricanus, capta occasione mittendæ ad Syphacem legationis, cum Lælio servorum habitu 1 tribunos

1. *Tribunos & centuriones lectissimos*] Nihil mutandum: quanquam in Vet. Cod. Par. copula videatur πτερέλκειν. Perperam: Nam

nos & centuriones lectissimos ire jussit, 1 quibus curæ esset perspicere regias vires: hi ut liberius castrorum positionem scrutarentur, equum de industria dimissum, tanquam fugientem persectati, maximam partem munimentorum circuierunt: quæ cum nuntiassent, incendio confectum est bellum.

II. Q. Fabius Maximus 2 bello Hetrusco, cum adhuc incognitæ forent Romanis ducibus sagaciores explorandi viæ, fratrem 3 Fabium Cæsonem, peritum linguæ Hetruscæ, jussit Hetrusco habitu penetrare 4 Ciminiam silvam, ante militi nostro intentatam: quod is adeo prudenter atque industrie

Nam alii tribuni, alii centuriones. Frontinus supra, cap. I. C. *Lælius ad Syphacem profectus legatus, quosdam ex Tribunis & centurionibus; &c.* Infra: *Imperavitque tribunis, & primis ordinibus & centurionibus*; id est, *primorum ordinum centurionibus.* Tacitus III. Histor. *Occisi sex primorum ordinum centuriones.* Arrianus τῆς πρώτης σπείρας ἐπιστάτας appellat, & in agmine cum tribunis incessisse ante signa & circa signa perhibet: ἔπειτα τὸ σημεῖον τῆς πεντεκαιδεκάτης φάλαγγος, καὶ ἀμφ' αὐτῷ ὁ δὲ ἡγεμὼν τῆς φάλαγγος Οὐάλτης, καὶ ὁ ὕπαρχος, καὶ οἱ χιλίαρχοι οἷς τέτακται, καὶ οἱ ἑκατόνταρχοι, οἱ τῆς πρώτης σπείρας ἐπιστάται. Vides primæ cohortis centuriones cum tribunis ab Arriano junctim recenseri, ut ferè semper ab auctoribus aliis. Cæsar lib. VI. de Bello Gallico: *Labienus noctu tribunis militum, primisque ordinibus convocatis, quid sui sit consilii proponit.* Item lib. V. *primorum ordinum centuriones* appellat, quos & cum tribunis nominat: *Sabinus quos in præsentia tribunos militum circum se habebat, & primorum ordinum centuriones se sequi jubet.* Ita passim alii.

1. *Quibus curæ esset perspicere*] *Prospicere* P.

2. *Bello Hetrusco*] Sine adspiratione *Etrusco* in P. ut ubique. Placet editum ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ὄρους: quod & Servius monuit. In eodem pro *Romanis* mox legitur XX. & τὸ *via* reticetur. Nescio quo jure.

3. *Fab. Cæsonem*] Alii *C. Claudium* vocant, quos Livius citat lib. IX. 36. *Hetruscus habitus* Floro est *pastorius*, Τυῤῥηνός. In Romulo: *Latini, Tuscique pastores.* Tusci autem & Hetrusci iidem. Sic Græcis τυσκία (non θυσκία) & τυῤῥηνία.

4. *Ciminiam silvam*] P. *Cuminam.* MS. *Geminiam.* Sed *Geminius*, pro *Ciminius* aut *Ceminius* feram lubens solenni errore. *Cuminam* autem puto in *Ciminam* mutandum: nam *Ciminus* & *Ciminius* dictus fuit iste saltus, de quo quidam frustra dubitant; non *Cuminus.* Sic *Titus* fl. & *Titius* pro eodem dicebant Veteres. Ptolemæi

ſtrie fecit, ut tranſgreſſus ſilvam, [1] Umbros Camertes, cum animadvertiſſet non alienos nomini Romano, ad ſocietatem compulerit.

III. Carthaginienſes cum animadvertiſſent Alexandri ita magnas opes; ut Aphricæ quoque immineret, [2] unum ex civibus virum acrem, [3] nomine Hamilcarem Rhodinum, juſſerunt ſimulato exilio [4] ire ad regem, omnique ſtudio in amicitiam ejus pervenire: qua is potitus, conſilia ejus nota civibus ſuis faciebat.

IV. Iidem

mæi Græca πάπυ vocant, quem Plinius *Titium*. Virgilius Cimini montem & lacum memorat Æn. VIII. *Et Cimini cum monte lacum*. Mentio apud Livium in hac eadem narratione *Ciminia ſilva* & *Ciminiorum ſaltuum*, idemque etiam *Ciminii montis* meminit. Quod autem ſubjungit Frontinus, Ciminiam ſilvam ante militi R. intentatam fuiſſe; in eo Livium imitatur, à quo fermè & Flori & ipſius expreſſa: *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quàm nuper fuêre Germanici ſaltus*. Idem Hetruſcis literis eruditum fuiſſe hunc Fabii fratrem, qui Ciminiam ſilvam exploravit, & commercio linguæ fefelliſſe non obſcurè indicat, qui tamen hæc poſtremo adjicit: *Sed neque commercium linguæ, nec veſtis, armorumque habitus ſic eos texit, quàm quod abhorrebat à fide quenquam externum Ciminios ſaltus intraturum*. Quin & audaci ſimulatione eum ſe hoſtibus immiſcuiſſe, & principum ejus gentis colloquia petiſſe, clarè tradit. Quod *de nocte* Florus addidit; è genio ſuo eſt, ſed κατ' ἀνιχνείαν.

1. *Umbros Camertes*] Corruptè *Cameretes* in MS. Locus enim Græcis Καμέρτη eſt vel Καμαρῖνον; Romanis *Cameria*, *Camarium* vel *Camerinum*. Reliqui verius *Camertes*. Τὸ ἐθνικὸν à καμέρτη. Atque ita Plinio vocantur. Inſcriptio Vet. in Hiſpania. NEC. BELLONA. QUAM. CAMERTES. ADORANT.

2. *Unum ex civibus virum acrem*] *Acer* eſt δεινὸς. Sic lib. II. cap. 1. *miles acer*. Servius ad illud Virgilii: —— *acris Oronti. Fortis, aliàs velocis: quidam acrem in unamquamque rem vegetum ac nimium tradunt*. Et ita Græci ſuum δεινὸς.

3. *Nomine Hamilcarem Rhodinum*] Liber calamo exaratus: *Rodonum*. Scribo *Rhodanum*. Atque ita Juſtino vocatur lib. XXI. *Mittunt ad ſpeculandos ejus animos Hamilcarem, cognomento Rhodanum, virum ſolertiâ facundiâque præter cæteros inſignem*. Quod ſequitur in P. *ſtadium*, ut ὁδῷ πάρεργον planè jubemus exulare.

4. *Ire ad regem*] Idem MS. *adire ad regem*. ἀρχαϊκῶς.

IV. Iidem Carthaginienses 1 miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romæ morarentur, exciperentque consilia nostrorum.

V. M. Cato in Hispania, qui ad hostium consilia aliâ viâ 2 pervenire non poterat, jussit trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium, raptumque unum ex his in castra perferre incolumem: 3 tortus ille, omnia suorum arcana confessus est.

VI. C. Marius Cos. 4 bello Cimbrico & Teutonico, ad excutiendam Gallorum & Ligurum fidem, literas eis misit, quarum pars prior præcipiebat, ne interiores, 5 quæ præsignatæ erant, ante tempus certum aperirentur; easdem postea ante præstitutum diem repetiit, & quia resignatas repererat, 6 intellexit hostilia agitari.

Est etiam aliud explorandi genus, quo ipsi duces nullo extrinsecus adjutorio, per se provident. Sicut

VII. 7 Æmilius Paulus Cos. bello Etrusco apud oppidum Coloniam demissurus exercitum in planiciem, contem-

1. *Miserunt, qui per speciem*] P. *propter*. Cap. I. *Per speciem servitutis & ministerii*, & ibidem: *per speciem securitatis*. Hoc placet, illud minus. *Miserunt, qui* est ἔλλειψις.

2. *Pervenire non poterat*] Malè *potuerat*, in P.

3. *Tortus ille*] In eodem *tortusque*. Ælianus apud Suidam: Ἐκεῖνον &c. στρεβλοῦσι, καὶ κατατεινόμενος ἀληθῆ λέγει. Synesius in epistolis, διὰ βασάνων τὴν ἀλήθειαν θηρᾶσθαι dixit.

4. *Bello Cimbrico & Teutonico*] Vitiosè *Cymbrico* editum fuit in Plantinianâ. Deinde *Theutonico* scribunt cum spiritu. Hoc ἀδιάφορον. In Scriptoro Viror. Illustrium lego: *Teutonas in Gallia apud aquas Sextias, Cimbros in Italia in campo Caudio vicit*. Teutonas ὀρχαϊκῶς pro *Teutones*. Alii vocant *Teutonos*.

5. *Quæ præsignatæ erant*] Ἐμφατικώτερον. Aliàs *signatæ* testante Scriverio. *Dies præstitutus* est ἡ προθεσμία.

6. *Intellexit hostilia agitari*] Sic *hostilia facere* dixit Tacitus lib. XV. Annal. & *hostilia referre* Livius. *Legati retulerunt omnia hostilia*.

7. *Æmilius Paulus Cos. bello Etrusco apud oppidum Coloniam*] *Coloniam* retinet Ortelius. At conjicit Vir accuratissimus Joh. Fred. Gronovius: *Æmilius Papus Cos, bello Etrusco apud oppidum Telamona*.

templatus procul avium multitudinem [1] citatiore volatu è silva consurrexisse, intellexit illic aliquid insidiarum latere, quod & turbatæ aves, & simul plures evolaverant. Præmissis igitur exploratoribus, comperit decem millia Bojorum, excipiendo ibi Romanorum agmini imminere: eaque alio, quam expectabatur, latere, missis legionibus, circumfudit.

VIII. Similiter [2] Tisamenes Orestis filius, cum audisset jugum ab hostibus natura munitum teneri, præmisit sciscitaturos, quid rei foret: ac referentibus eis, non esse verum, quod opinaretur, ingressus iter, ut vidit [3] ex suspecto jugo [4] magnam vim avium simul evolasse, neque omnino residere, arbitratus est latere illic agmen hostium: itaque circumducto exercitu [5] elusit insidiatores.

IX. Asdrubal frater Hannibalis [6] junctum Livii & Neronis exercitum, quanquam hoc illi non duplicatis castris dissimularent, intellexit; [7] quod ab itinere strigosiores notabat

na. Mihi nefas est, tanti viri conjecturam incessere. Ibi enim cum collega C. Atilio Regulo (qui in eâ pugnâ occubuit) feliciter adversus Bojos pugnavit L. Æmilius Papus a. V. C. DXXIIX.

1. *Citatiore volatu è silvâ consurrexisse*] Glossæ: κῷ τάχῳ, *citatim*. Et statim τὶ *simul* antè *plures* eliminat P.

2. *Tisamenes*] Sic ediderunt operæ. *Tisamenus* tamen legit Scriverius, nisi ignorantia sit in mendo. Vulgo est, *Thyamenus*. Et in P. *Horestis* solenni more.

3. *Ex suspecto jugo*] Minus rectè *suscepto* à Stevvechio editum in Comment. ad lib. III. cap. 5. Vegetii.

4. *Magnam vim avium*] Ut apud Poëtam IV. Æneid. *Vis canum*. Alibi: *ni vis humana quotannis Maxima quæque manu legeret*.

5. *Elusit insidiatores*] P. *exclusit*. Vide quæ suprà scripsimus.

6. *Iunctum Livii & Neronis exercitum*] Sic emendavit de conjectura Stevvechius, cum vulgò induceretur *tunc Livii*. Nihil ineptius. Correctionem Stevvechianam corroborat Modii opinio, cui tale quid aut parile videtur deesse.

7. *Quod ab itinere strigosiores notabat equos*] Morabundos & tergiversatores. Ita Scaliger in Catalectis *strigosum* notat à Lucilio dictum, non ἰχνὸν, ut vulgo accipimus: Postea verò jumenta macilenta ita dicta, quasi strigare cogantur præ macie, & quia malè curata. Sabinus lib. VII. *equus strigosus*. Vetus Onomasticum: *Strigosus*, λαγαρὸς. Appositè Glossarium Cyrilli. Στελκτὸς (στελκτὸς,

tabat equos, & coloratiora hominum, [1] ut ex via, corpora.

strictus, εὐστενωμένος, ἀπλατὲς: scribo στριφνὸς) στριφνὸς, *strigosus*. Sic *strigosus habitus* & *strigosissimum corpus* apud Columellam. Agellius: *Equum strigosum & malè habitum, sed equitem ejus uberrimum & habitissimum viderunt.* Inde est *strigmentum* γλοιὸς. Gloss. Cyr. γλοιὸς, *strigmentum*, *destrigmentum*. Aliud: *strigmenta*, ξύσματα. Est autem ξύσμα, rasura.

1. *Vt ex viâ*] Illud *ut* excludit P. *Coloratiora* sunt præ itinere & Solis ardore rubicunda. Alio sensu *perusta* dicuntur à Calphurnio Flacco.

CAPUT III.

De custodiendo statu belli.

EXEMPLUM I.

ALEXANDER Macedo, cum haberet vehementem exercitum, semper eum statum belli elegit, ut acie confligeret.

II. C. Cæsar bello civili cum exercitum veteranum haberet, hostium autem tyronem esse sciret, acie semper decertare studuit.

III. Fabius Maximus adversus Hannibalem, successibus præliorum insolentem, recedere ab [1] ancipiti discrimine, & tueri tantummodo Italiam constituit, Cunctatorisque nomen, & per hoc summi Ducis meruit.

IV. Byzantii adversus Philippum omne prœliandi discrimen vitantes, omissa etiam finium tutela, intra munitiones oppidi se receperunt: assecutique sunt, ut Philippus obsidionalis moræ impatiens recederet.

V. Hasdrubal Gisgonis filius secundo Punico bello [2] in Hispaniam ductum exercitum, cum P. Scipio instaret, per urbes

1. *Ancipiti discrimine*] Hoc vocant μάχην ἀμφιζβίτητον. Curtius *ancipiti periculo* & *ancipiti acie* dixit. Varro quoque *ancipiti bello*. De Cunctatore Ennius: *Vnus homo nobis cunctando restituit rem.*

2. *In Hispaniam ductum exercitum*] Sic retinui. P. *victum*. Quod non probo.

1. *Neque*

urbes divisit: itaque factum est, ut Scipio, ne oppugnatione plurium oppidorum distringeretur, in hyberna suos reduceret.

VI. Themistocles adventante Xerxe, quia neque in prœlio pedestri, neque finium tutelæ, 1 neque obsidioni credebat sufficere Athenienses, 2 auctor fuit eis liberos & conjuges 3 Trœzena, & in alias urbes emittendi, relictoque oppido, statum belli ad navale prælium transferendi.

VII. Idem fecit in eadem civitate Pericles adversum Lacedæmonios.

VIII. Scipio manente in Italia Hannibale, transmisso in Aphricam exercitu, necessitatem Carthaginiensibus imposuit revocandi Hannibalem; sicque à domesticis finibus 4 hostile transtulit bellum.

IX. Athenienses 5 cum Deceleam castellum ipsorum Lacedæ-

1. *Neque obsidioni*] Tolerandæ s. Aliàs legitur *subsidioni*, & mox *amandi* pro *emittendi*. Mod.

2. *Auctor fuit eis*] Adversus Cyrsilum, qui suadebat Athenienſibus, ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent; Cicero III. Off. Legitur etiam apud Demosth. Ἐν τῷ αὐτῷ στεφάνῳ λόγῳ.

3. *Trœzena*] Græcâ formâ, pro *Trœzenem*. Οἱ μὲν πολεῖται ἐς Τροιζῆνα ἀπέστελλον, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα: Herodotus. Conjuges & liberos Trœzena miserunt, senes in insulas deportarunt; ut inquit Aristides Oratione ὑπὲρ τῶν τετάρων.

4. *Hostile transtulit bellum*] Legit Freinshemius *in hostiles*: Sed nullo negotio. Non expectandum sed invadendum hostem potius rectè censuêre Politici; ita tamen, ut locorum situs cognitus sit, & ut imperator sciat, unde unde expediri commeatus possit. Quinimo semel hostem gravi clade affecisse, est patriam universam vicisse. Eodem motu civitates omnes percutiuntur, & respirare non possunt, cum in jugulo hostile ferrum est. Accedit agrorum hostilium devastatio, direptio bonorum, aliaque belli incommoda. Quin & sæpe ex hostium agris commentum & alimenta quis capit. Rectè alibi Justinus: Quippe alifer domi, aliter foris bella tractari, domi ea auxilia esse, quæ patriæ vires subministrant, foris etiam hostem suis viribus vinci. Ita sensit Hannibal, ita & Scipio.

5. *Cum Deceleam castellum*] Editum in P. fuit *Deceliam*. Ut apud Nepotem Alcibiade: *Deinde Deceliam in Attica munierunt*, Sed utrumque scribunt periti correctores.

cedæmonii communissent, 1 & frequentius vexarentur, classem, quæ Peloponnesum infestaret, miserunt: consecutique sunt, ut exercitus Lacedæmoniorum, qui Deceleæ erat, revocaretur.

X. Imperator Cæsar Domitianus Augustus, cum Germani more suo è saltibus & obscuris latebris subinde impugnarent nostros, tutumque regressum 2 in profunda silvarum haberent, 3 militibus per centum viginti millia passuum actis, non mutavit tantum statum belli, sed subjecit ditioni suæ hostes, quorum refugia nudaverat.

res. Græcis est Δεκέλεια, unde *Decelia* Latinorum, vel *Decelea*; ει in *e* vel *i*. Sic Ἀλεξάνδρεια, *Alexandria* & *Alexandrea*; Κασσάνδρεια, *Cassandria* & *Cassandrea*. Quæ vestigia sunt antiquitatis in Vet. libris & MSS. expressa. Deinde *castellum* vocat, quæ fuit δῆμος τῆς ἱπποθοωντίδος φυλῆς.

1. *Et frequentius*] Idem P. *& frequenter*.

2. *In profunda silvarum haberent*] Elocutio Græcensis, à quâ non abhorret noster Frontinus. Sic *profunda silvæ* reperio apud Lucretium & Virgilium.

3. *Militibus per C. Viginti &c.*] Scriverius ex ingenio suo & ubique, *limitibus*.

CAPUT IV.

De transducendo exercitu per loca hosti infesta.

EXEMPLUM I.

1 ÆMILIUS Paulus Cos. cum in Lucanos juxta littus 2 angusto itinere exercitum duceret, & Tarentini

1. *Æmilius Paulus*] Perperam *Laulus* in Plantiniana: Et statim *Pucanos* pro *Lucanos*. Sed est transpositio typographica. Nam L. in *Laulus* ponendum fuisset, ubi P. in *Pucanos*; & contra. Sic omnibus vocatur historicis *Paulus Æmilius*, vel *Æmil. Paulus*. Amant enim cognomen nonnunquam præponere. Nihil frequentius Tacito, Floro, Vellejo, aliis.

2. *Angusto itinere*] Alia exemplaria, *augusto*. Quomodo in P. typis editum inveni. Ineptè καὶ αὐτιλόγως. Qui totum caput legerit, nihil mutabit. Ex. 2. *Tenentibus angustias Thebanis*. 3. *Cum et aditus in fines eorum angusti fierent*. Et sic deinceps.

1. *Agmen*

tini ei classe insidiati, 1 agmen ejus scorpionibus aggressi essent, 2 captivis latera euntium prætexuit, quorum respectu hostes inhibuere tela.

II. Agesilaus Lacedæmonius, 3 cum præda onustus ex Phrygia rediret, insequerenturque hostes, & ad locorum opportunitatem lacesserent agmen ejus, ordinem captivorum ab utroque latere exercitus sui applicuit: quibus dum parcitur ab hoste, spacium transeundi habuerunt Lacedæmonii.

III. Idem tenentibus angustias Thebanis, 4 per quas transire habebat, flexit iter, quasi Thebas contenderet: exterritis Thebanis digressisque ad tutanda mœnia, repetitum iter, quod destinaverat, emensus est, nullo obsistente.

IV. Nicostratus Dux Ætolorum adversus Epirotas, cum ei aditus in fines eorum angusti fierent, per alterum locum irrupturum se ostendens, omni illa ad prohibendum occurrente Epirotarum multitudine, reliquit suos paucos, qui speciem remanentis exercitus præberent, & ipse cum cetera manu, 5 qua non exspectabatur aditus, intravit.

V. 1 Au-

1. *Agmen ejus scorpionibus aggressi essent*] Non instrumenta intellige, sed ipsa tela ab hostibus excussa. Nonius: *Scorpio est genus teli.* Sallust. hist. lib. III. *Quarum unam epistolam* (vulgo malè, *unâ epistolâ*) *fortè cum servo nacti prædatores Valeriani scorpione in castra misere.* Hoc innuunt illa: *quorum respectu hostes inhibuêre tela.*

2. *Captivis latera euntium prætexuit*] Non placet, quod in nonnullis teste Scriverio exaratum: *captivos lateri euntium prætexuit.* Sanutus: *exercitus latera captivis obtexit.*

3. *Cum prædâ onustus ex Phrygia*] P. *honustus ex Frygia*: antiquiori notâ. Πολλὰ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ εἶχε. Xenoph. Scribo παρεῖχε. Livius lib. I. *In latrones prædâ onustos impetum facere*, dixit. Et de fure Phædrus:

Onustus sacrilegio cum discederet.

4. *Per quas transire habebat*] Solenne est Frontino, Græcorum ἔχω usurpare αὐτὶ τοῦ δύναμαι. Cap. 5. Exempl. 1. *Sertorius in Hispania, cum à tergo instante hoste flumen trajicere haberet.* Sic Cap. II. 2. *necesse habere decertare*, dixit. alibi. *necesse habere erumpere.* Et Cicero sæpius: *habeo dicere.* Hellenismus. Vide Nonium.

5. *Quà non expectabatur aditus, intravit*] Hæc postrema variè e-

V. 1 Autophradates Perses, 2 cum in Pisidiam exercitum duceret, & augustias quasdam Pisidæ occuparent, simulata vexatione trajiciendi, instituit reducere: quod cum Pisidæ credidissent, ille noctu validissimam manum ad eundem locum occupandum præmisit, ac postero die totum trajecit exercitum.

VI. Philippus Macedonum Rex, Græciam petens, cum Thermopylas occupatas audiret, & ad eum legati Ætolorum venissent acturi de pace, retentis eis, ipse magnis itineribus ad angustias pertendit, securisque custodibus, & legatorum reditus expectantibus, inopinatus Thermopylas trajecit.

VII. Iphicrates dux Athenienſium, adversus Anaxibium Lacedæmonium in Hellesponto circa Abydon, cum transducendum exercitum haberet per loca, quæ stationibus hostium tenebantur, alterum autem latus ejus transitus abscissi montes premerent, alterum mare ablueret, aliquandiu moratus, cum incidisset frigidior solito dies, & ob hoc nemini suspectus, delegit firmissimos quosque, 3 quibus oleo ac mero

mendant docti. Stevvechius, *quà non sperabatur aditus, intravit.* Idem aliàs τὸ *aditus* delet. Libri quidam, *quà non expectabatur, aditum intravit.* Atque ita in P. Sed vocem *aditus* omnibus modis delendam censet Magnus Salmasius; ὀρθῶς τε & καὶ λόγῳ. Sic alibi de Scipione: *Quà non expectabatur, irrupit.*

1. *Autophradates Perses*] Multùm eruditi conqueruntur de nominibus antiquis legendis, præsertim illis quę Persicis propriora sunt, vel ipsa Persica. Rectius autem hic *Autophradates* vocatur, quàm *Autophraudates*, *Antophradates*, *Autophrodates*, vel *Androphrodates*: quæ omnia in vulgò editis leguntur. Meminit ejus è Græcis Diodorus lib. XV. In Nepote nostro diversimodè etiam hoc excusum legitur. Ubi receptam lectionem nostram ex pervetusto Cod. suo Frontiniano confirmati Hyeron. Magius.

2. *Cum in Pisidiam*] P. *Pissidiam*, & sic deinceps: Malè. Lege Plinium lib. V. cap. 32.

3. *Quibus oleo ac mero calefactis*] Ad roborandas & conservandas vires: more luctatoribus Romæ usitatissimo. Augustus, centesimum annum excedentem interrogans, quanam maximè ratione vigorem illum animi corporisque custo-

mero calefactis, præcepit 1 ut ipsam oram maris legerent, abruptiora tranarent: atque ita custodes angustiarum inopinatus oppressit à tergo.

VIII. 2 Cn. Pompejus cum flumen transire propter oppositum exercitum hostium non posset, assiduè producere & reducere in castra instituit: deinde in eandem persuasionem hoste perducto, ne ullam viam ad progressum Romanorum teneret, repente impetu facto transitum rapuit.

IX. Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro trajici exercitum per flumem Hydaspem, adversus aquam assiduè procurrere jussit suos: & ubi eo more exercitationis 3 assecutus est, ut Poro adversa ripa caveretur, per superiorem partem subito transmisit exercitum. Idemque 4 Indi fluminis trajectu prohibitus ab hoste, diversis locis in flumine equites instituit immittere, & transitum minari: cumque expectatione barbaros teneret intentos, insulam paulo remotiorem, primum exiguo, deinde majore præsidio occupavit, atque inde in ulteriorem ripam transmisit. Ad quam manum opprimendam, cum universi se hostes effudissent, ipse libero vado transgressus, omnes copias conjunxit.

X. Xeno-

custodiisset: respondit, *intus mulso, foris oleo*. Plin. XXIII. 24. Cælius VI. 6. Eusebius lib. IV. Demonst. Euang. de facultate olei. ἔλαιον πάσης ἀμιγὲς ὑγρᾶς ὕλης φωτὸς αὐξητικὸν, πόνων θεραπευτικὸν, καμάτων ἀπαλλακτικὸν, τὸ τῶν ἐπαλειψαμένων φαιδροποιὸν; φωτὸς δίκτω ἀποστίλβον ταῖς μαρμαρυγαῖς, &c. Adde Lucianum περὶ γυμνασίων. Plutarchus Alexandro: πόνων ἀρωγὴ ἔλαιον ἀνθρώποις ἀπὸ θεοῦ δίδοται.

1. *Vt ipsam oram maris legerent*] Signatissimè *legerent*. Quod verbum nauticum est. Habet autem à Virgilio, cujus formulas loquendi nonnunquam amat sequi noster. *Primi lege littoris oram.*

2. *Cn. Pompejus*] *C. Pompejus* in Par. ex compendio literarum. MS. *Gn. Pomp.* Hoc verius: Nam *Cn.* & *Gn.* invicem mutantur. Græcis indifferenter Κνῆος & Γναῖος.

3. *Assecutus est, ut Poro*] Ita Modius. Alias ineptissimè, *assuetus est, quia Porus a. r. caveretur.* Scr. Et statim *subitum* P.

4. *Indi flum. trajectu*] Impropriè *tractu* in nostro MS. Trajectus de flumine dicitur, tractus de regione. Livius lib. I. *Trajectum Albulæ amnis* dixit. Idem lib. IV. *Nisi in trajectu fortè fluminis prohibendo.* Sic scripserim: Vulgò per-

X. Xenophon, ulteriorem ripam Armeniis tenentibus, duos jussit quæri aditus: & cum à citeriore repulsus esset, transiit ad superiorem. Inde quoque prohibitus hostium occursu, repetiit vadum inferius, jussa ibidem militum parte subsistere; ex qua cum Armenii ad inferioris vadi tutelam rediissent, per superius transgrederetur. Armenii credentes decursuros omnes, decerpti sunt à remanentibus. Hi cum resistente nullo vadum superassent, transeuntium suorum fuere propugnatores.

XI. P. Claudius Cos. primo bello Punico, [1] cum à Rhegio Messanam trajicere militem nequiret, custodientibus fretum Pœnis, sparsit rumorem quasi bellum injussu populi inceptum gerere non posset, classemque Italiam versus se agere simulavit: [2] digressis deinde Pœnis, qui profectioni ejus habuerant fidem, circumactas naves appulit Siciliæ.

XII. Lacedæmoniorum duces, cum Syracusas navigare destinassent, & Pœnorum dispositam penitus classem timerent, decem Punicas naves, quas captivas habebant, veluti victrices, primas jusserunt agi, à latere [3] junctis ac puppe religatis aliis: qua specie deceptis Pœnis transierunt.

XIII. Philippus, cum angustias maris, [4] quæ Cyaneæ appellantur, transnavigare propter Atheniensium classem, quæ opportunitatem loci custodiebat, non posset, scripsit Antipatro Thraciam rebellare, præsidiis, quæ ibi reliquerat inter-

peram *tractu*, eodem mendo, quod castigamus.

1. *Cum à Rhegio*] Libri quidam sine spiritu, *Regio*. Ita *P.* Frustrà. Strabo lib. VI. ex Æschylo confirmat etymon à ῥήγνυσθαι, *rumpi*, quod violentiâ terræ motuum Siciliam hic ab Italia divulserit. ἀποῤῥαγῆναι ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ὑπὸ σεισμῶν. Vide Manutii Orthographiam. Græcis enim Ῥήγιον Ἰούλιον est, non Ῥήγιον; & aliud Ptolemæo Ῥήγιον λεπίδιον. Et ita semper in Frontino legendum. Igitur illi falluntur, qui alteram lectionem reponunt.

2. *Digressis deinde Pœnis*] Istud proprium rejicit P. & substituit *potius*.

3. *Iunctis ac puppe religatis aliis*] Vulgò malè, *ut juncta aut puppe religata*.

4. *Quæ Cyaneæ*] P. *Cyena*. Mendosè ut reliqua.

1. *Quasi*

interceptis, ut ſequeretur omiſſis omnibus: quæ epiſtolæ ut interciperentur ab hoſte, curavit. Athenienſes arcana Macedonum excepiſſe viſi, claſſem abduxerunt. Philippus nullo prohibente anguſtias freti liberavit. Idem quia Cherroneſum, quæ juris Athenienſium erat, occupare prohiberetur, tenentibus tranſitum non Byzantiorum tantum, ſed Rhodiorum quoque, & Chiorum navibus, conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat, [1] quaſi ſequeſtres futuros ordinandæ pacis inter ſe atque Byzantios, [2] qui cauſſa belli erant: tractaque per magnum tempus poſtulatione, cum de induſtria ſubinde aliquid in conditionibus retexeret, claſſem per id tempus præparavit: eaque in anguſtias freti imparato hoſte ſubito evaſit.

XIV. Chabrias Athenienſis, cum adire portum Samiorum, obſtante navali hoſtium præſidio, non poſſet, paucas è ſuis navibus præter portum miſſas, juſſit tranſire, arbitratus, qui in ſtatione erant, perſecuturos: hisque per hoc conſilium evocatis, nullo obſtante portum cum reliqua adeptus eſt claſſe.

CAPUT

1. *Quaſi ſequeſtres futuros ordinandæ pacis*] MS. *futuras*, & niſi vehementer fallimur, rectius, hoc modo: *reddendo naves, quas ceperat, quaſi ſequeſtres futuras ordinandæ pacis*, Nam *naves ſequeſtres ordinandæ pacis* conveniet eo modo *ſequeſtri paci*, quam intercedentem expono, προξενοῦσαν ἐς μεσεγγυωμένην. Sic veriùs, ut puto, reſtituimus.

2. *Qui cauſſa belli erant*] Obſerva formulam *Cauſſa belli*. Petronius: *ego omnium ſcelerum materia, ego cauſſa ſum*. Nec aliter Græci: ἐγώ σοι τούτων αἰτία. Sic apud Achillem Tatium: πάντα δι' ἐμὲ ἔπαθες, πολλῶν σοι ἐγὼ κακῶν αἴτιος.

1. *Vallum*

CAPUT V.

De evadendo ex locis difficillimis.

EXEMPLUM I.

Q. SERTORIUS, in Hiſpania, cum à tergo inſtante hoſte flumen trajicere haberet, 1 vallum in ripa ejus in modum cavæ Lunæ duxit, 2 & oneratum materiis incendit, atque ita, excluſis hoſtibus, fluvium libere tranſgreſſus eſt.

II. Similiter Pelopidas Thebanus, bello Theſſalico, tranſitum quæſivit: namque caſtris ampliorem locum ſupra ripam complexus, vallum cervulis, & alio materiæ genere conſtructum incendit: dumque ignibus ſubmoverentur hoſtes, ipſe fluvium ſuperavit.

III. Q. Lutatius Catulus, cum à Cimbris pulſus unam ſpem ſalutis haberet, 3 ſi flumen liberaſſet, cujus ripam hoſtes tenebant: in proximo monte copias oſtendit, tanquam ibi

1 V*allum in ripâ ejus in modum cavæ Lunæ duxit*] MS. *produxit*. Puto *præduxit*. Sic *Præduxit* quod nobis exhibet MS. non facilè rejecerim. Nam *præducere vallum* dicebant ὑποβάλλεσθαι. Latini una etiam voce *præmunire* & *prævallare*. Non tamen protinus iſtud *duxit* diſplicet; immo valdè placet. Sic infra, *ducere foſſas*, quod Græci παφροδολεῖν. Ex. XI. *deinde ſimilibus foſſis circa omnia tentoria ductis*, ubi ſcribo *ſublimibus*. Jampridem ex MSS. ita reſtituiſſe optimum Scriverium memini. Vitioſam prorſus eſſe vulgatam nobis ſatis conſtat.

2. *Et oneratum materiis*] Materiæ pro lignis. Unde *materia lignorum* in Jure. Nihil frequentius. Exemplo ſequenti: *Vallum cervulis*, (vel *cervolis*) *& alio materiæ genere conſtructum incendit*. *Cervuli* ſunt κλάδων ἀγκαλίδες; *materia*, ligna ἐργάσιμα. Cyrillus in Gloſſis: ὕλη ξύλων *materia*; ὕλη λόγων *materies*. Inde ξυλαγία materiatio, quæ Feſto *abietaria*.

3. *Si flumen liberaſſet*] Stevvechius: *ſuperaſſet* ut ante. Quod non probat Scriverius, nec ego ſequor. *Flumen liberare*, eſt tranſire, apud Hyginum & Frontinum. Petronius: *Vix januæ limen libaveram*: ſcribendum puto, *liberaveram*. E contra *liberare ſacra*, perperam eſt pro *libare*, apud Ciceronem.

1. *Ne*

ibi castra positurus: ac præcepit suis, 1 ne sarcinas solverent, aut onera deponerent, 2 ne quis ab ordinibus, aut signis discederet: & quo magis persuasionem hostium confirmaret, pauca tabernacula in conspectu erigi jussit, ignesque fieri, & quosdam vallum struere, quosdam 3 in lignationem, ut conspicerentur exire: quod Cimbri vere agi existimantes, & ipsi castris delegerunt locum: dispersique in proximos agros ad comparanda ea, quæ necessaria sunt mansuris, occasionem dederunt Catulo non solum trajiciendi, sed etiam castra eorum infestandi.

IV. Crœsus, cum Halym vado transire non posset, neque navium aut pontis faciendi copiam haberet, fossa superiori parte post castra deducta alveum fluminis à tergo exercitus sui reddidit.

V. Cn. Pompejus, 4 Brundisii, 5 cum excedere Italia & transferre bellum proposuisset, instante à tergo Cæsare, conscen-

1. *Ne sarcinas solverent, aut onera dep.*] Quidam de vulgo *nec* pro *ne*. Non aliter noster P. *Onera*, quæ nimirum conducebant ad bellum; Græci vocant ἀποσκευὴν. *Sarcinæ*, militares. Ut exemplo I. cap. 6. *Hostes diripere sarcinas ceperunt.* Appositè Vet. Glossarium: Σκεύη στρατιωτικά, *sarcinæ*. Seneca cap. 12. Consol. ad Helviam: *Militantes quotam partem rerum suarum secum habent: cum omnem apparatum castrensis disciplina submoveat.*

2. *Ne quis ab ordinibus aut signis discederet*] Notamus obiter λειποταξίαν, de quâ pluribus agit Frontinus lib. IV. cap. 1. Adscribo formulas quas dicebant militibus: HACTENUS TIBI LICET. HIC CONSISTES. EO PROGREDIERE. HUC REVERTERE, ὅρον δῶ, inde *ordo*. Quæ vox in militiâ nata est, ut Græcorum τάξις, ab aciei directione.

3. *In lignationem*] Ξυλισμὸν alii explicant. Puto verius ὁρεοκόπα χαρακώματα καὶ ξύλινα θεωρεύματα.

4. *Brundisii*] Sic in plerisque per tertiam vocalem. Veteres tamen *Brunduisii*. Sed illud ἀττικώτερον & ἀρχαϊκώτερον. Ennius VI. Annalium libro:

Brundisium polcro præcinctum præpete portu.

Straboni est βρεντέσιον, qui Messapiorum vocabulo cornu cervinum significare adserit, à situs similitudine, quam habet Brundisium cum cornu cervini figurâ. Idem elegantissimè ejus portum describit lib. VI.

5. *Cum excedere Italia*] *Excederet.* P.

1. *Aliæ*

ſcenſurus claſſem, quaſdam obſtruxit vias, [1] alias parietibus interſepſit, alias intercidit foſſis, [2] eaſque ſudibus erectis præcluſas operuit cratibus, humo aggeſta; quoſdam aditus, [3] qui ad portus ferebant, trabibus tranſmiſſis & in denſum ordinem ſtructis, ingenti mole tutatus. Quibus perpetratis, ad ſpeciem retinendæ urbis raros [4] pro mœnibus ſagittarios reliquit, ceteras copias ſine tumultu ad naves reduxit: navigantem eum mox ſagittarii quoque per itinera nota digreſſi, parvis navigiis conſecuti ſunt.

VI. [5] C. Duillius Cos. in portu Syracuſano, quem temere intraverat, [6] objecta ad ingreſſum catena clauſus, univerſos in puppim retulit milites, atque ita reſupina navigia magna remigantium vi concitavit: levatæ proræ ſuper catenam proceſſerunt; qua parte ſuperata, transgreſſi [7] rurſus milites proras preſſerunt, in quas verſum pondus decurſum ſuper catenam dedit navibus.

VII. Ly-

1. *Alias parietibus interſepſit, alias intercidit foſſis, &c.*] Quatuor hic habes diſtinctè propoſita, τάφρευσιν, σταύρωσιν, χαράκωσιν, & τείχισιν. Simile quid de Scipione Carthaginem obſidente, legitur apud Appianum in Punicis: de obſidione Ambraciæ apud Livium lib. XXXVIII.

2. *Eaſque ſudibus erectis præcluſas*] Σταυροὶ Græcis dicuntur οἱ καταπεπηγότες σκόλοπες καὶ πάντα τὰ ἑστῶτα ξύλα, ait Heſychius, pali defixi, & quæcunque ligna ſtant erecta. Nonnulli vocant χάρακας, alii σκόλοπας. Auctor Etymologici; χάρακες, ὀξέα ξύλα, ἢ κάλαμοι, ἢ ἀκανθώδη φυτά. Et inde eſt χαράκωμα, ordo ſudium in terram fixorum aut implicitorum.

3. *Qui ad portus ferebant*] Vitiosè *portam* in P. Florus lib. IV. 2. *per obſeſſi clauſtra portus.*

4. *Pro mœnibus*] Ita Veteres loquebantur pro *in mœnibus.* Sic pro *roſtris*, *concione*, *tribunali*, & alia.

5. *C. Duillius*] Hæc lectio à Scriverio eſt. Reliqui malè *Cn. Duillius.* Et reſpuendum, quod in aliis *Duillus*, aut *Duellius.*

6. *Objectâ ad ingreſſum catenâ clauſus*] Aliàs ligneis ſeptis cornua portuum muniebant Veteres. Ita obſervamus ex Appiano in bello Mithridatico, de Carthaginenſium & Rhodiorum portu: ἐς λιμένα κατέφυγεν, καὶ κλείθροις αὐτὸν διαλάβοντες ἀπὸ τῶν τειχῶν τὸν Μιθριδάτην ἀπεμάχοντο. Illa ſepta Thucydidi ſunt κλείσεις, Latinis *clauſtra.* Λιμένος κλείθρον occurrit apud Æneam Poliorcet. cap. 2.

7. *Rurſus milites proras preſſerunt*]

VII. Lysander Lacedæmonius, cum in portu Atheniensium cum tota classe obsideretur, obrutus hostium navibus, ab ea parte qua faucibus angustissimis influit mare, milites suos clam in littus egredi jussit, & subjectis rotis ad proximum naves portum 1 Monœcium trajecit.

VIII. 2 Herculejus legatus Sertorii, cum in Hispania inter duos montes abruptos longum & angustum iter ingressus, paucas duceret cohortes, comperissetque ingentem manum hostium advenire, 3 fossam transversam inter montes pressit, vallumque materia exstructum incendit, atque ita intercluso hoste evasit.

IX. C. Cæsar, bello civili, cum adversus Afranium copias educeret, & recipiendi se sine periculo facultatem non haberet, sicut constiterat, prima & secunda acie furtim à tergo ad opus applicata, quindecim pedum fossam fecit, intra quam sub occasum Solis 4 armati se milites ejus receperunt.

X. Peri-

runt] In Parisiensi: *in proras presserunt*. Scribo: *cesserunt*. Et hanc germanam Frontini scripturam esse putamus.

1. *Monœcium*] Modius rectè *Monychium*, sive *Munychium*; & sic reponendum monuit Scriverius; & ante illum Ortelius. Quod & prius probavi. Sed cum in MS. depravatum *Munychie* legissem, extemplò reformavi cum scriptura conjecturam, & ex prisco exarato non dubitavi *Munychiam* legendum, quod & etiamnum sapit. Μουνχία Græcis Diodoro & Straboni; unde Romanorum *Munychia*, rariùs *Munychium* aut *Monychium*. Hoc concinnum est, illud suppositicium.

2. *Herculejus*] Sic placet authoribus libris & historicis. In MS. tamen *Hirtulejus* exaratum inveni, quomodo editur in fragmento Sallustii. *Herculeji cohortes* etiam Floro memoratæ in eodem prælio Sertorii lib. III. cap. 23. ad quem scriptam lectionem apud Frontinum implicat magnus Salmasius.

3. *Fossam transversam inter montes pressit*] Sequimur lectionem doctissimi Stevvechii, quæ est *percussit*. *Percutere* est παφροδολεῖν, ducere fossam, ut suprà notamus. Libro III. cap. 17. ex. 5. *Fossa in fronte percussa, quietum in vallo militem tenuit*. Plinius nepos X. Epistolarum. *Ego per eadem loca invenio fossam à rege percussam*. Ubi perperam *productam* substituunt correctores.

4. *Armati se milites ejus receperunt*] Veteres τὸ *ejus* reticent. Et ita P. Non malè.

1. *Ab*

X. Pericles Athenienſis, à Peloponenſibus in eum locum compulſus, qui undique abruptis cinctus, duos tantum exitus habebat, ab alterâ parte foſſam ingentis latitudinis duxit, velut hoſtis excludendi cauſſa: [1] ab altera militem agere cœpit, tanquam per eum erupturus. Ii qui obſidebant, cum per foſſam, quam ipſe fecerat, exercitum Periclis non crederent evaſurum, [2] univerſi à limite obſtiterunt. Pericles pontibus, quos præparaverat, foſſæ injectis, ſuos, qua non reſiſtebatur, emiſit.

XI. [3] Lyſimachus, ex his unus in quos opes Alexandri tranſierunt, [4] cum editum collem caſtris deſtinaſſet, impruden-

1. *Ab altera militem agere cœpit*] Frontinum exactius legerat, qui alteram lectionem nobis ſuppoſuit, & ſuo periculo *limitem αὐτὴ τοῦ militem* veriſſimè reſtituit. Ita ex ingenio quondam (& quomodo ille aliter) vir ſummus P. Scriverius. Adſcribam verba ejus, ut cognoſcant docti germanam iſtam ſcripturam hîc exhibitam, & ſecundùm Autoris loca puriſſimè conceptam: Idem exemplum repetit Frontinus lib. III. cap. IX. 9. aliis tamen verbis: ſed talibus, unde facilè appareat hîc *militi* locum non eſſe. *Aggerem*, inquit, *facere cœpit, aggeſtâ terrâ & palis defixis.* Qui *Limes* Frontino. (Ubi notamus rurſus τάφρευσιν & ςαύρωσιν.) *Limitem* autem *agere* dixit: hinc *agentes* ſunt, qui limites agunt. *Principium artis Menſoriæ in agentis poſitum eſt experimento*, ſcribit in Fragmento quodam de Limitibus Frontinus. Et Hyginus: *Limitibus ſecundum ſuam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus. Plurimum enim agentibus præſtat actuarii perpetua rectura, ex hac diverti niſi per negligentiam non poteſt.* Frontinus etiam alibi *agentis* meminit. Sed de totâ Limitum & agrimenſorum ratione legendus eruditiſſimus Salmaſius ad Solini Polyhiſtora, ſingulari Diatribe aliquot paginarum, quæ incipit fol. DCLXIX. Hactenus Scriverius. Quem, dum Lugduni Bat. agebam, ut emeritum militem cognovi, & propè exactæ ætatis.

2. *Vniverſi à limite*] Debetur hæc ſcriptura Stevvechio, quam ex quatuor MSS. confirmat ad priorem emendationem iſte Scriverius.

3. *Lyſimachus*] Legitur in noſtro MS. *Liſymachus*. Non tam vitiosè quam venuſtè. Græcis nihil frequentius, quam mutatio harum literarum invicem. Sic Λιβυκὸν pro Λυβικὸν· Λιβυανὸν pro Λυβιανὸν· Κηρύβια pro Κυρήβια. Sed aliàs hac de re plura.

4. *Cum editum collem caſtris*] Cato apud Agellium lib. III. cap. 7. *Matu-*

prudentia autem ſuorum in inferiorem deductus, vereretur ex ſuperiore hoſtium incurſum, triplices foſſas intra vallum objecit: 1 deinde ſimilibus foſſis circa omnia tentoria ductis, tota caſtra confodit: & intercepto hoſtium aditu, 2 ſimul humo quoque, & in frondibus, quas foſſis ſuperjecerat, facto impetu in ſuperiora evaſit.

XII. Cn. Frontejus Craſſus, in Hiſpania, cum tribus millibus hominum prædatum profectus, * locoque iniquo circumventus † ab Haſdrubale, ad primos tantum ordines relato

Maturum cenſeo, inquit, ſi rem ſervare vis, faciundum, ut quadringentos aliquot milites ad verrucam illam (ſic enim M. Cato locum editum, aſperumque appellat) ire jubeas, eamque uti occupent, impereſque, horteriſque. Sic *Verruculam collis* dixit Arnobius lib. II. & V.

1. *Deinde ſimilibus foſſis*] Veteres *ſublimibus*: Vide quæ ſupra notamus exemplo I. Nec probo, quod in calamo exarato reperi *duplicibus*, διμετώποις; vel περιβόλοις. Et deinceps, quod ſequitur; *circa omnia tentoria ductis*: aliter conceptum fuit in eodem MS. hoc nempe modo: *circa omnia tenda ductis.* Magnum animo ſcrupulum iſta pars lectionis injecerat; niſi repentè Vir doctus nobis fuiſſet θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Erat enim veſtigium non tam ſuſpectæ quàm recentioris Latinitatis: *circa omnia tenda ductis. Tenda* pro *tentoria*, neſcio an rectum ſit & receptum; unde ſtatim pronum fuit ſuſpicari *tenta.* Et hoc arridet ut ſanum. Vetus Gloſſarium explicat *tentum*, tabernaculum. Recentiores Romanorum genus mutarunt, & pro *tentum*, *tenta* dixerunt, quod fortè an ſcripſerit Frontinus, non temerè affirmaverim. *Tenda* autem, qui Latinè noverit, hoc loco non feret; niſi transmarinam magis dictionem eſſe ſtatuat, quibus retinendis non omninò faſtidioſi erant Veteres. Suidas in Σκηνὴ. Καὶ σκηνὴν ἐπήξατο, τούτεστι τένδαν κατὰ γλῶσσαν. Alibi idem: Τένδα παρ' ἡμῖν οἰκία ἐκ λίνου. At ego *tenta*, retineo, quod Latino cœlo natum, & cuivis obvium. *Tentum* eſt σκηνὴ, tentorium: ut *tenda* & *tendæ*, quod vilioris notæ eſt. Unde & *tendere*, σκηνὴν πέξασθαι.

2. *Simul humo quoque & in frondibus*] Corruptiſſimum hunc locum ingenioſè Salmaſius emendabat: *Simul humo contecta frondibus.* Poſſet etiam cum Scriverio, *humo cooperta frondibus.* Puto melius: *Simul humo completa & frondibus.* Tria enim complendis foſſis ſolebant admoveri: terra, ſaxa, & ὕλη, materies lignorum; quæ vel grandia erant, ut trabes, arborum trunci; vel minuta, ut κλάδων ἀγκαλίδες, ramorum frondiumve faſciculi, item ſarmentorum & virgultorum: Nihil magis obvium apud Tacticos & Poliorceticos.

relato consilio, incipiente nocte, quo tempore minimè exspectabatur, 1 per stationes hostium prorupit.

XIII. L. Furius, exercitu perducto in locum iniquum, cum constituisset occultare solicitudinem suam; ne reliqui trepidarent, paulatim inflexit iter, tanquam circuitu majore hostem aggressurus; conversoque agmine ignarum rei, quæ agebatur, exercitum incolumem reduxit.

XIV. P. Decius Tr. bello Samnitico, Cornelio Cosso Cos. iniquis locis deprehenso ab hostibus, suasit ut 2 ad occupandum collem, qui erat in propinquo, modicam manum mitteret; seque ducem iis, qui mittebantur, obtulit: avocatus in diversa hostis dimisit Consulem; Decium autem cinxit, obseditque. 3 Illas quoque angustias, noctu eruptione facta, cum eluctatus esset, Decius incolumis cum militibus Consuli accessit.

XV. Idem fecit ‡ sub Attilio Calatino Cos. is cujus variè traditur nomen. Alii Laberium, nonnulli Q. Cædiditium,

* *Locoque iniquo circumventus*] Hæc verba aliunde à Modio intrusa sunt, & mera tantum glossemata. Optimus MS. qui penes me est, nec hoc loco nec lib. IV. cap. 5. ubi eadem narratio & verba citantur, illa agnoscit. Et ita communiter seniores libri, quos cum P. contulimus.

† *Ab Hasdrubale*] Idem Modius *ad Hasdrubalem*, & *ad p. t. ord.* alibi legit. Quod an possit consistere, nullus video.

1. *Per stationes host. prorupit.*] In Codice calamo exarato scriptum fuit, *erupit*. Sic lib. IV. cap. 5. ubi diversa exempla hoc loco citata repetuntur.

2. *Ad occupandum collem*] *Occupatum* referunt alii teste Scriverio. Vegetius: *Primum auxilium optes ex loco, qui tanto utilior judicatur, quanto superior fuerit occupatus.* Memorabile strategema est apud Livium lib. VII. in eadem historia.

3. *Illas quoque angustias*] Debetur hoc Modio. Legebatur anteà, *ille per angustias noctu &c.* Quod non damno, immo vehementer probo. Deinceps & *eluctatus* magis mihi congruum, quàm quod in aliis *frustratus*. Sed & hoc in MS. expressum fuit mutatâ lectione superiori: *Illarum quoque angustiarum noctu eruptione factâ, cum frustratus esset.* De cujus sinceritate dubitabam prius, cum & eodem postea modo in Agellio reperi parilem constructionem. Lib. V. cap. 10. *Suo sibi argumento confutatus est, & captionis versutè excogitata frustratus est.*

‡ *Sub*

ditium, [1] plurimi Calpurnium Flammam vocitatum ſcripſerunt. Hic cum dimiſſum exercitum in eam vallem videret, cujus latera omnia ſuperiora hoſtis inſederat, depopoſcit, & accepit à Conſule trecentos milites; quos adhortatus, ut virtute ſua exercitum ſervarent, [2] in mediam vallem decurrit: & ad opprimendos eos undique deſcendit hoſtis, longoque & aſpero prœlio [3] retentus, occaſionem Conſuli ad extrahendum exercitum dedit.

XVI. Minutius Cos. in Liguria, dimiſſo in anguſtias exercitu, cum jam omnibus obverſaretur [4] Caudinæ cladis exemplum, Numidas auxiliares, tam propter ipſorum, quàm propter equorum deformitatem deſpiciendos, juſſit adequitare faucibus quæ tenebantur. Primo intenti hoſtes ne laceſſerentur, ſtationem objecerunt: [5] deinde induſtria Numidæ

‡ *Sub Attilio Calatino*] Mendosè *Catdino* legebatur in editione, quam primam Parisiis dederunt. Statim *ejus* pro duabus voculis *is*, *cujus* in eadem; facili ſed vitioſâ mutatione.

1. *Plurimi Calpurnium Flammam*] Egregiè nomen hujus reſtitutũ à poſterioribus correctoribus; & Frontini locus à vitio immunis factus fuit illorum operâ, qui *Flammam* pro *famâ* repoſuerunt; quod proclivi errore plerisque libris antiquis irrepſerat. Ita omnibus Romanæ hiſtoriæ ſcriptoribus appellatur; Livio, Plinio, Floro, cæteris. Claudius Quadrigarius apud Agell. III. 7. πολυώνυμον hunc *Valerium* vocat, ubi *Laverium* ſcribam præeuntibus exaratis.

2. *In mediam vallem decurrit*] Legendum *decucurrit*, δεδρόμηκε ex optimo MS. Vide Priſcianum lib. X. Vix tamen alteri ſcripturæ obſequimur, quæ ſequitur, *deſcendidit* ἀντὶ τοῦ *deſcendit*; niſi authoritatem doctiſſ. antiquarii Agellii hoc quidem loco præferre magis tutum fuiſſet, lib. VII. cap. 9.

3. *Retentus*] In eodem manu exarato libro ſcriptum fuit, *retentos*. Sic τὸ *hoſtis* antiquum erit, pro *hoſtes*. Nihil rectius. *Petendos*, quod aliàs teſte Scriverio lectum, pro *retentos*, proprius petitum eſt, nec retinere poſſum.

4. *Caudinæ cladis exemplum*] Nota eſt hæc ipſa clades inter alios veterum ex Eutropio & Oroſio. Florus lib. I. cap. 16. *Maximè tamen nota, & illuſtris ex hac gente clades apud Caudinas furcas Veturio Poſtumioque COS. accepta eſt.* Quarum perperam *Claudianæ* legebatur in veterrimis excuſis, quorum correctores ad Caudinas furculas ablegat Modius.

5. *Deinde induſtria Numidæ*]

midæ 1 ad augendum ſui contemptum, 2 labi equis, & per ludibrium ſpectaculo eſſe affectaverunt ad novitatem rei laxatis ordinibus, barbari in ſpectaculum uſque reſoluti ſunt. Quod ubi animadverterunt Numidæ, paulatim ſuccedentes, additis calcaribus per intermiſſas hoſtium ſtationes eruperunt: 3 qui deinde cum proximos irruerent agros, neceſſe Liguribus fuit avocari ad defendenda ſua, incluſoſque Romanos emittere.

XVII. L. Sylla, bello ſociali, apud Eſerniam inter anguſtias deprehenſus, 4 ad exercitum hoſtium, cui Duillius præerat, colloquio petito, de conditionibus pacis agitabat ſine effectu: hoſtem tamen propter inducias negligentia reſolutum animadvertens, nocte profectus, relicto buccinatore, qui vigilias ad fidem remanentium divideret, &, quarta vigilia commiſſa, eum ſequeretur, incolumes ſuos cum omnibus impedimentis tormentiſque 5 in tuta perduxit.

XVIII. Idem adverſus Archelaum præfectum Mithridatis in Cappadocia, iniquitate locorum & multitudine hoſtium preſſus, fecit pacis mentionem: interpoſitoque tempore etiam induciarum; per hæc avocata intentione, adverſarium evaſit.

XIX. Haſ-

Adſentior omnino Stevvechio, *dein de induſtriâ* legenti, ex compendio literarum. *De induſtria*, eſt *datâ operâ* aliquid facere, ut ſe quodam loco Frontinus explicat: vel *ex induſtria*, ut pluribus locis, οὐ πολλῆς σπουδῆς. Quanquam & *induſtriâ* dicebant, pro *de* vel *ex induſtria* Veteres.

1. *Ad augendum ſui contemptum*] Numidæ enim non freno, ſed virgis moderabantur equos. Meminit alibi Strabo. Hinc iſte contemptus & deformitas.

2. *Labi equis*] Ita melius, quàm *equos*; ut eſt in editione P.

3. *Qui deinde cum proximos irruerent agros*] In eâdem editione multo aliter quidem, ſed & multo minus hæc concepta ſunt; hoc nimirum modo: *quorum demum cum proximos inierunt agros.*

4. *Ad exercitum hoſtium*] Modius dubitat, an legendum ſit, *ab exercitu.* Nullo negotio. Et ſtatim in MS. *de conditionibus agitabat* ἀπλῶς, ut ſupra; quod vehementer probo.

5. *In tuta perduxit*] Sic infra: *per diverſa incendit.* Lib. II. cap. 5. *per ſylveſtria Æmiliæ viæ.* Lib. III. cap. 1. *per confragoſa & deſerta e-*

men-

XIX. Hasdrubal frater Hannibalis, cum saltum evadere non posset, faucibus ejus obsessis, [1] agit cum Claudio Nerone, recepitque dimissum se Hispania excessurum, cavillatus deinde conditionibus dies aliquot extraxit; quibus omnibus non omisit per angustos tramites, & ob id neglectos, dimittere per partes exercitum: ipse deinde cum reliquis expeditis facilè effugit.

XX. Spartacus fossam, qua erat à M. Crasso circumdatus, [2] cæsis captivorum pecorumque corporibus noctu replevit, & supergressus est.

XXI. Idem [3] cum in Vesuvio obsessus, ea parte qua mons

mensus. Et similia περὶ ἔλαψιν καὶ χρῆσιν Frontinianam.

1. *Agit cum Cl. Nerone*] Hoc melius, quàm quod in proletariis; *agit cum C. Nerone*.

2. *Cæsis captivorum, pecorumque corporibus*] Tacitus in simili historia lib. IV. Annalium: *Barbari virgultis & cratibus, & corporibus exanimis complere fossas*. Livius lib. XXIII. de Pœno hoste & duce Hannibale: *Hunc natura & moribus immitem ferumque insuper dux ipse efferavit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis*. De paribus fossarum complementis exstat gravis Appiani querimonia in Punico, ἀνθρωπῶν ἀναπλήρωμα βάθρα.

3. *Cum in Vesuvio obsessus*] Antiqui Codices & recentiores operæ mirabiliter hoc loco dissentiunt super sincera scriptura, quam nemo non verius rescribet ac edidimus. Omnis fundus in *Vesuvio* positus est, quem pro varietate librorum non temerè flagellarunt. Incusat primum Modius opinionem Stevvechianam, ut qui ex tantâ lectionum copiâ non montium nomina, sed portenta mera somniaverit; cum & *Lesbio* & *Vesbio* & *Besbio*, quæ in aliis libris reperta sunt, cum Vesuvio confundat, ac tantumdem valere putet. Cujus opinioni ut meam adjungam; non dissimulabo in MS. nostro *Vesbio* etiam exaratum fuisse; quod nomen ex *Vesuvio* corruptum, & apud Poëtas invenitur: Statius lib XIV. Silvarum: —— *fractas ubi Vesbius egerit iras*: ubi perperam *Vesuvus* substituunt imperiti literiones. Antiqui dicebant *Vesubus* & *Vesuvus*, *b* pro *v* more pervulgato, & contrà; unde postea fecerunt *Vesuius*, & cum augmento *Vesuvius*. *Vesuvus* & *Vesuvius*, ut *Vulturus* & *Vulturius*. Ex *Vesuvus* igitur primò factum est *Vesbius*, & statim *Vesbius*; quod rectum est & sincerum in MSS. Frontinianis. Postea ex *Vesbio* mutatum *Besbius* pari modo, ut à *Vesuvo*, *Vesbius*. Sed & *Lesbius*, quod in nonnullis editum, corruptum est; nec hoc loco narrationi congruum;

mons aſperrimus erat, ideoque incuſtoditus, [1] ex vimine ſilveſtri cathenas conſeruit, quibus demiſſus non ſolum evaſit, verum etiam ex alio latere [2] Clodium ita terruit, [3] ut aliquot cohortes, gladiatoribus quatuor & ſeptuaginta ceſſerint.

XXII. Idem [4] cum à L. Varino Procos. præcluſus eſſet, palis per modica intervalla fixis ante portam, erecta cadavera, [5] adornata veſte atque armis, alligavit, ut procul intuentibus ſtationis ſpecies eſſet, ignibus per tota caſtra factis; imagine vana deluſo hoſte, copias ſilentio noctis eduxit.

XXIII. Braſidas dux Lacedæmoniorum, circa Amphipolim ab Athenienſium multitudine numero impar deprehenſus, claudendum ſe præſtitit, ut per longum coronæ ambitum extenuaret hoſtilem frequentiam; quaque rariſſimi obſtabant, erupit.

XXIV. [1] Iphi-

gruum; ideoque planè rejecerim. Saltem, aut *Veſuvio* legendum, aut *Vesbio*, quod temerè non repoſuerim, donec prius cognitum retinebitur.

1. *Ex vimine ſilveſtri catenas conſeruit*] Plutarchus in eadem narratione κληματίδας habet; & ſic Græci dicunt non *vimineas* ſed *vitineas* catenas. Igitur legendum conjicio, *ex vite ſilveſtri catenas cenſeruit*. Certo certior hæc conjectura, quam poſtmodum vidi Freinshemio etiam ſuccurriſſe. Nec aliter à Floro vocantur lib. III. cap. 20.

2. *Clodium ita terruit*] Sic Modius ex ingenio: Cum antea ſcripti libri & veteres excuſi *gladio* exhiberent. Ego *Glabrum* reſcripſerim, quod æquè pronum fuit ex *gladio* induci. Nam Appiano *Varinius Glaber* vocatur, qui Plutarcho ſaltem Κλώδιος στρατηγός. Is eſt *Claudius Pulcher* legatus in Epitomâ Livianâ.

3. *Vt aliquot cohortes*] Decem amplius millia hominum. *Gladiatores* iſti πλῆκται καὶ ποδώκεις ἄνδρες appellantur à Plutarcho.

4. *Cum à L. Varino*] Pariſienſis, *Varimo*. Puto *Varinio* ex conjunctione literarum.

5. *Adornata veſte atque armis*] Geminè dixit *adornata*. Quod verbum tam ad arma, quam ad veſtem trahi poteſt. Certè & *ornamenta* dicebantur arma: Ut de gladiatore apud Senecam: *qui per ornamenta percuſſus eſt*. Sequitur: *Vt procul intuentibus ſtationis ſpecies eſſet*: actio ſtantium & conſiſtentium ſtationalium ad excubias agendas. Gloſſæ: ἐπίσταθμος, ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς. Aliàs *ſtatio* eſt καταμονὴ & ἐφεδρεία.

1. *Iphi-*

XXIV. 1 Iphicrates in Thracia cum depresso loco castra posuisset, explorasset autem ab hoste proximum teneri collem, 2 ex quo unus ad opprimendum ipsos descensus erat, nocte paucis intra castra relictis, imperavit, ut multos ignes facerent, eductoque exercitu & disposito circa latera prædictæ viæ, passus est transire barbaros: locorumque iniquitate, in qua ipse fuerat, illos conversa, parte exercitus terga eorum cecidit, parte castra fecit.

XXV. 3 Darius, ut falleret Scythas discessu, canes atque asinos in castris reliquit: quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit.

XXVI. Eundem errorem objecturi nostri Ligures, per diversa loca bubalos laqueis ad arbores alligaverunt, 4 qui deducti frequentiori mugitu speciem remanentium præbebant hostium.

XXVII. Hanno ab hostibus clausus, locum irruptioni maximè aptum, aggestis levibus materiis incendit, tum hoste ad ceteros exitus custodiendos avocato, milites per ipsam flammam eduxit: 5 admonito ora scutis, crura veste contegere.

XXVIII. Hannibal, ut iniquitatem locorum, & inopiam instante Fabio Maximo effugeret, noctu boves, quibus ad cornua 6 fasciculos alligaverat sarmentorum, subjecto

1. *Iphicrates in Thracia*] Vetustius *Hiphicrates* in P. editum. Meminimus in Appendice notarum ad Corn. Nepotem.

2. *Ex quo unus ad opprimendum ipsos descensus erat*] Ita libri omnes: Quod cum non arrideret Stevvechio, mutavit ille pronomen multitudinis in *ipsum*: Non etiam malè.

3. *Darius*] Et hoc loco patet vestigium antiquæ scripturæ, quæ fuit in P. *Dareus*. Δαρεῖος, *Dareus* vel *Darius*, quod recentius. Vide quæ capite III. notamus.

4. *Qui deducti frequentiori mugitu*] Deduxit illud *deducti* Stevvechius, & restituit *edito*; quod nondum editum.

5. *Admonito ora scutis*] Nihil mutamus. In nostro tamen P. *admonitos*. Deinceps *contingere* pro *contegere* in altero P. fuit, testante Modio.

6. *Fasciculos alligaverat sarmentorum*] Quidam veteres, *fasciculæ*. Ita MS. cui conveniunt Glossæ: δε-

cto igne, dimisit, [1] cumque ipso motu adolescente flamma turbaretur pecus, magna discursatione montes, in quos actum erat, collustravit: Romani qui ad speculandum concurrerant, primo prodigium opinati sunt; deinde [2] cum certa Fabio renunciassent, ille de insidiarum metu suos castris continuit; barbari obsistente nullo profecti sunt.

σμὴ ξύλων ἢ ῥάβδων, *fasciculum*. Glossæ aliæ: Ῥάβδων δέσμη, *fascicula*. Item Ξύλων δέσμη, *fascicula*. Sic propriè fasciculi dicuntur de virgultis, lignis, sarmentis. Infrà l. II. cap. 1. *Expugnavit castra eorum, inermesque cum fasciculis* (lignorum) *passim ad tumultum recurrentes, facilè aut cecidit aut cepit*. Nepos in eâdem historiâ, & hoc callido facto Hannibalis: *Sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit*: Ubi *sarmentorum* tantùm meminit, non *fasciculorum*. Polybius tradit fuisse λαμπάδας ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδαπῆς ὕλης. Livius: *Faces undique ex agris collectæ, fascesque virgarum atque arida sarmenta præligantur cornibus boum*.

1. *Cumque ipso motu adolescente flamma*] Perperam in membranis nostris *augescente*. Cæteri omnes, & rectè quidem *adolescente* legunt, κατ' εὐφημισμὸν. Nam *adolescere* dicuntur flammæ, cum incensæ motu & ventorum afflatu augescunt.

2. *Cum certa Fabio renunciassent*] Aliàs *cuncta*, quod probat Modius.

CAPUT VI.

De insidiis in itinere factis.

EXEMPLUM I.

FULVIUS Nobilior [1] cum ex Samnio in Lucanos [2] exercitum duceret, & cognovisset à perfugis, hostes novissimum agmen ejus aggressuros [3] fortissimam legionem primò

1. *CVm ex Samnio*] Melius fecero, si MS. nostri sequar authoritatem, & legero, *cum ex ipso Samnio*. Figura est πρὸς τὸ σημαινόμενον.

2. *Exercitum duceret*] Habuit Scriverii scriptus, *educeret*. Malo *deduceret*: ut exemplo tertio: ubi Scriverius, quod in exarato fuit, Stevvechius receptum retinuit.

3. *Fortissimam legionem primò ire*] Fortissimam ob gravitatem armorum. Ut enim phalangis Macedonici, sic & legionum pugna fuit stabilis,

mò ire, ultimò ſequi juſſit impedimenta: ita factum pro occaſione amplexi hoſtes, diripere ſarcinas cœperunt. Fulvius legionis, de qua ſupra dictum eſt, quinque cohortes in dextram partem viæ direxit, quinque ad ſiniſtram: atque ita prædationi intentos hoſtes, explicato per utraque latera milite, clauſit, cecîditque.

II. Idem hoſtibus tergum ejus in itinere prementibus, dum flumine interveniente, non ita magno ut tranſitum prohiberet, 1 moraretur tamen rapiditate, alteram legionem in occulto citra flumen collocavit, ut hoſtes paucitate contempta audacius ſequerentur: quod ubi factum eſt, legio, quæ ad hoc diſpoſita erat, ex inſidiis hoſtem aggreſſa vaſtavit.

III. Iphicrates in Thraciam cum propter conditionem locorum, longum agmen deduceret, & nunciatum ei eſſet, hoſtes ſummum id aggreſſuros, cohortes in utraque latera ſecedere, & conſiſtere juſſit, 2 ceteros ſuffugere & iter maturare.

ſtabilis, militibus & ſuo & armorum pondere in hoſtes incumbentibus. Græci Tactici & hiſtorici hoc vocant τῷ βάρει τῆς συωτάξεως, vel ὀῦτάς μάχεσθαι, & ἐξωθεῖν τῷ βάρει: Romani, *pondere pugnare*, item *ala & ambonibus pulſare*. Hinc paſſim apud Livium, *grave agmen legionum*, & *gravitas armorum*; quum de legionariis Romanis loquitur. Frontinus multis in locis robur legionis appellat firmiſſimum; & firmiſſimos legionarios. lib. II. cap. 3. *Scipio eo die, quo ſtatuerat decernere, commutavit inſtructionis ordinem, & firmiſſimos, id eſt, legionarios in cornibus collocavit.* Eodem capite, exemplo 22. *Legiones ſecundum virtutem cujusque firmiſſimas in cornibus & medio collocavit.* Nam in legione maxima ut plurimum virtus fuit; & ipſæ legiones *virtutes* vocantur à P. Diacono. Nec abeunt hinc novelli Græcorum, qui τεῖχος creberrimè dicunt de legione, quemadmodum Latini *murum*; quæ vox & à Vegetio retenta.

1. *Moraretur tamen rapiditate*] Schedæ noſtræ *rapacitate* legunt, quod non admitto. Aliud enim rapacitas, aliud rapiditas; quamvis utrumque proprium ſit ipſi flumini. Rapaces dicuntur fluvii, quod omnia ſecum agant, ferantque: rapidi propter rapidam velocitatem. Hoc Fulvium prohibuit, ne tranſiret & tranaret flumen: iſtud minus.

2. *Ceteros ſuffugere, & iter maturare*] Secunda vox à Modio eſt, quam ipſe explicat de fictâ & ſimulatâ fugâ. Fuit tamen in aliis primiti-

turare. Transeunte autem toto agmine lectissimos quosque retinuit: & ita passim circa prædam occupatos hostes, jam etiam fatigatos, ipse requietis & ordinatis suis aggressus, fudit, exuitque prædâ.

IV. Boji in silva Litana, qua transiturus erat noster exercitus, succiderant arbores, ita ut ex parte exigua sustentatæ starent, donec impellerentur: 1 delituerant deinde ad extremas ipsi, ubi, ingresso silvam hoste, proximas ulteriores impulerunt: eo modo propagata pariter supra Romanos ruina, 2 magnam manum eliserunt.

mitivum *fugere*; in aliis *sufferre*.

1. *Delituerant deinde &c*] Stevvechius corrigit hunc locum quâ ab interpunctione & scripturâ; hoc nimirum modo: *delituerant deinde ad extremas ipsi Boji. ingresso silvam hoste, proximis ulteriores impulerunt.* Quod malim: nam prius apertè vitiosum est. Deinde novè *propagata* dixit in illa significatione, quâ arborum succisarum ruinâ quis obruitur.

2. *Magnam manum eliserunt*] In parili exemplo Livius: *ancipiti strage arma, viros, equos obruerunt.* Quod multo venustius & ἐμφατικώτερον est.

CAPUT VII.

† *Quemadmodum ea, quibus deficimur, videantur non deesse, aut usus eorum expleatur.*

EXEMPLUM I.

1 L. CÆCILIUS Metellus, 2 quia usu navium, quibus elephantos transportaret, deficiebatur, * junxit dolia, con-

† Aliter hoc lemma, quam vulgo conceptum fuit in Vet. P. *Quemadmodum ea, quibus deficimus, videantur non deesse, ut usus eorum expleatur.*

1. L. *Cæcilius*] Perperam P. *Cecilius.*

2. *Quia usu navium &c. deficiebatur*] Παθητικῶς. In eodem tamen libro excusum fuit; *quia usus navium, &c. deficiebatur.* Quod verum non potest esse, nisi *deficiebatur* idem sit, quod *deficiebat*, ut similia, quæ jam non occurrunt. Infra: *quia sparto deficiebantur.* Alibi: *in eis locis esse, quæ lignis deficiebantur*: ubi Scriverii liber scriptum exhibet, *deficiebant.*

* *Iun-*

constravitque tabulamentis, ac super ea positos, per Siculum fretum transmisit.

II. Hannibal, cum ad præalti fluminis transitum elephantos non posset pellere, 1 neque navium, aut materiarum, quibus rates 2 consternerentur, copiam haberet, jussit ferocissimum elephantum sub aure vulnerari, & eum qui vulnerasset, transnato statim flumine, procurrere: elephantus exasperatus, ad persequendum doloris sui auctorem, 3 tranavit amnem, & reliquis idem audendi fecit exemplum.

III. Carthaginiensium duces instructuri classem, 4 quia sparto deficiebantur, crinibus tonsarum mulierum ad funes efficiendos usi sunt.

IV. 1 Idem

* *Iunxit dolia, constravitque tabulamentis*] Membranæ *tabulatis*. Nihil moveo, quamvis hoc vetustius. Romani antiquitus *stegas* vocabant tabulata navis & proscenia nautarum; unde στέγην Petronius dixit *constratum puppis*. Lucanus lib. IV.

Namque ratem vacuæ sustentant undique cuppæ;
Quarum porrectis series constricta catenis,
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.

Vacuas cuppas vocat, quas alii *inanes*, quæ ne pessum ire possent, vinculis inter se constrictæ, viminibus insuper injectis & multo pulvere fiebant saburatæ.

1. *Neque navium aut materiarum*] *Ac materiarum*, P.

2. *Consternerentur*] Pessimè quidam *continerentur*, testante Modio: quod & in P. fuit editum. Unde Scriverius dubitat, num *compingerentur* sit legendum.

3. *Tranavit amnem*] Melius fecero, si sequar antiquam scripturam, cujus vestigium mihi patuit in optimis manu exaratis schedis, nempe: *transnavit amnem*: ut, *transnato statim flumine*. ἀρχαϊκῶς. Plinius lib. VIII. cap. 32. de cervis: *maria transnatant, gregatim natantes*, ubi perperam vulgò, *tranant*.

4. *Quia sparto deficiebantur*] Armamenta nautica; funes, item & rudentes nautici, ὕπλα, τὰ τῆς νεὼς χοίνια, ex stuppa, cannabe & sparto vulgo fiebant. Græcorum Glossæ: ὅπλα, κάλοι ἀπὸ στυππείου, ἢ λίνου, ἢ καννάβεως. Hesychius σπάρτα interpretatur ῥάμματα, & versum Homericum exponit, σπαρτίου ῥάμματος.

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.

Idem: σπάρτα, χοίνια, ῥάμματα. In versu Homerico τὰ ῥάμματα intelligenda sunt, quibus sutæ & condensatæ naves, non armamenta aut rudentes, quibus instructæ. Vide Varronem laudante Agellio lib. XVI. cap. 14. Verum in exemplo Fron-

IV. [1] Idem Maſſilienſes, & Rhodii fecerunt.

V. M. Antonius à Mutina profugus, cortices pro ſcutis militibus ſuis dedit.

VI. Spartaco copiiſque ejus, [2] ſcuta ex vimine fuerunt, quæ coriis tegebantur.

VII. [3] Non alienus (ut arbitror) hic locus eſt, referendi factum Alex. Macedonis illud nobile, qui per deſerta Aphricæ itinera, graviſſima ſiti cum exercitu affectus, oblatam ſibi à milite in galea aquam, ſpectantibus univerſis, effudit, [4] utilior exemplo temperantiæ, quam ſi communicare potuiſſet.

CAPUT

Frontiniano quomodo ſpartum ſit intelligendum, præter illa docebit Iſidorus: *Spartus eſt frutex virgoſus ſine foliis, ab aſperitate vocatus, ſimilis carici herbæ: & funes de eo conficiuntur.* Nihil verius: *Spartus* & *Spartum* dicebant, ut Græci σπάρτος & σπάρτη, item, σπάρτον & σπάρτιον. Iſtos funes *thomices* vocat Paulus abbreviator Feſti, canabi impolito & Sparto leviter tortas reſtes: Græci θώμιγγες, unde Plautus *tumices*.

1. *Idem Maſſilienſes & Rhodii fecerunt*] Ariſtides Oratione Rhodiaca, cum illa terræ motu deleta eſſet: Καὶ πάλιν μὲν τὰ ἐκ τῶν γυναικῶν τῶν ἀποκειραμένων μηχανήματα ἐδείκνυτε τοῖς ἐπιδημοῦσι, καὶ θαυμαστὸν ἦν. νῦν δὲ αὐτὴν τὴν πόλιν ἐν τοιαύτῃ θέᾳ λείπετε πρίσᾳν, καὶ δεικνύσαι τοῖς εἰσαφικνουμένοις θέατρον καὶ βουλητήριον, καὶ πίνακας ἡμῖρ' ἀγεῖς &c. Eoſdem fœmininos crines commendat inter alia Heron Cteſibius Beloponicis: ὁ δὲ ἐν τοῖς ἀγκῶσι, inquit, τόνος καὶ ἐκ τριχῶν γίγνεται γυναικείων. Vide ſequentia.

2. *Scuta ex vimine fuerunt*] Græcis γέῤῥαι καὶ γέῤῥον iſtud ſcutorum genus dictum, quod tyrones contexere tenebantur. Florus: *affluentibus in diem copiis, quum jam eſſet juſtus exercitus, è viminibus pecudumque tegumentis, inconditos ſibi clipeos; è ferro ergaſtulorum recocto, gladios ac tela fecerunt.*

3. *Non alienus, &c.*] Locum hunc tentavit C. Barthius lib. XIV. cap. 9. ſuorum Adverſariorum: ſed perperum τὸ *itinera* juſſit cancellandum.

4. *Vtilior exemplo temperantiæ, q. ſi c. potuiſſet*] Nonnulli libri, quos inſpexit Modius, minus eleganter ejuſdem judicio: *utiliore e. t. q. s. c. voluiſſet.* Eſt autem communis dicendi modus apud Veteres in iſtis duobus verbis, & ſimilibus, *communicare potuiſſet*, pro *communicaſſet.* Macrobius Sat. I. 11. *recentior eſt memoria, quàm ut poſſit inter obliterata neſciri*: pro, *ut neſciatur.* Sic alibi occurrit apud Philonem, νικᾷν δύνασθαι, id eſt, νικᾷν. & ſexcenta Græcis Romaniſque ſolennia. Quod non debuerat in lectione Frontiniana Barthium offendere.

† Sic

CAPUT VIII.

† *De distringendis hostibus.*

EXEMPLUM I.

CORIOLANUS, cum ignominiam damnationis suæ bello ulciscereturpopulationem patriciorum agrorum inhibuit, deustis vastatisque plebejorum: ut discordiam moveret, qua consensus Romanorum distringeretur.

II. Hannibal Fabium, cui neque virtute, neque artibus bellandi par erat, ut infamia distringeret, agris ejus abstinuit, ceteros populatus. Contra ille, ne suspecta civibus fides esset, magnitudine animi effecit, publicatis possessionibus suis.

III. Q. Fabius Maximus quinto Cos. cum Gallorum, Umbrorum, Hetruscorum, 1 Samnitiumque, adversus populum Romanum exercitus coissent, contra quos & ipse trans 2 Apenninum montem castra communiebat, scripsit Fulvio & Postumio, qui in præsidio urbi erant, copias 3 ad Sitium moverent: quibus assecutis, ad sua defendenda Hetrusci Umbrique descenderunt: relictos Samnites Gallosque, Fabius & collega Decius aggressi, vicerunt.

IV. M. Curius adversus Sabinos, qui ingenti exercitu conscripto, relictis finibus suis nostros occupaverant, occultis itineribus, manum misit, quæ desolatos agros eorum vicosque per diversa incendit. Sabini ad arcendam domesticam

† Sic lego: non *distinguendis*, ut est in lemmate Parisiensis editionis. Exemplo I. in eadem editione expressum fuit, *distringeret*, pro *distringeretur*.

1. S*Amnitiumque*] Ita omnia habent excusa, quibus obsequimur. MS. tamen *Saunitiumque*, τῶν Σαυνίτων. Perperam: nam caput ipsorum est Σάμνιον, à quo Σαμνίτης, ὁ πολίτης. Stephanus in Σάμνιον. Τὸ ἐθνικὸν Σάμνιος & Σαμνίτης.

2. *Apenninum*] *Apennium*, malè vulgati.

3. *Ad Sitium*] Modius *ad Clusium*, auctoritate Livii.

1. *Pau-*

cam vastitatem, recesserunt. Curio contigit & vacuos infestare hostium fines, & exercitum sine prœlio avertere, sparsumque cædere.

V. T. Didius [1] paucitati suorum diffidens, cum in adventum earum legionum, quas exspectabat, traheret bellum, & occurrere eis hostem comperisset, concione advocatâ aptari jussit milites ad pugnam, ac de industria negligentius custodiri captivos: ex quibus pauci, qui profugêre nunciaverunt suis pugnam imminere. At illi, [2] ne suspicione prœlii deducerent vires, omiserunt occurrere eis, quibus insidiabantur: legiones tutissimè, nullo excipiente, ad Didium pervenerunt.

VI. Bello Punico quædam civitates, quæ à Romanis deficere ad Pœnos [3] destinaverant, cum obsides dedissent, quos recipere antequam desciscerent studebant, simulaverunt seditionem inter finitimos ortam, quàm Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos velut contraria pignora retinuerunt, nec ante reddiderunt quàm ipsi recuperarent suos.

VII. Legati Romanorum [4] cum missi essent ad Antiochum regem, qui secum Hannibalem victis jam Carthaginiensibus habebat, consiliumque ejus adversus Romanos instruebat, [5] crebris cum Hannibale colloquiis effecerunt, ut is regi fieret suspectus, cui gratissimus alioquin erat, & utilis propter calliditatem [6] & peritiam bellandi.

VIII. Q. Metellus adversus Jugurtham bellum gerens, missos

1. *Paucitati suorum diffidens*] P. *paucitate*: Et statim *vocatâ*, pro *advocatâ concione*.

2. *Ne suspicione prœlii*] Stevvechius *suspectione* legit, quod mihi suspectum.

3. *Destinaverant*] *Destinaverunt*. P.

4. *Cum missi essent*] Ita emendandum ex MSS. & judicio Stevvechii. Vulgò perperam legebatur, *misissent*.

5. *Crebris cum Hannibale colloquiis*] Livius XXXV. *Propter colloquia cum Villio suspectus regi*. Οἱ δὲ πρεσβεῖς ἐθεράπευον τὸν Ἀννίβαν, σπουδάζοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβαλεῖν πρὸς Ἀντίοχον. ὁ καὶ συνέβη γενέσθαι. Pol b.

6. *Et peritiam bellandi*] Scripti, quos inspexit Scriverius, *artem* præferebant. Utrumque rectum.

1. Spo-

missos ad se legatos ejus, corrupit, ut sibi proderent regem. Cum etiam alii venissent, idem fecit. Eodem consilio usus est & adversus tertios. Sed de captivitate Jugurthæ res parum processit, vivum enim tradi sibi volebat; plurimum tamen consecutus est: nam cum interceptæ fuissent epistolæ ejus ad regios amicos scriptæ, in omnes eos rex animadvertit, [1] spoliatusque consiliis, amicos postea parare non potuit.

IX. [2] C. Cæsar, cum per exceptum quendam aquatorem comperisset, Afranium Petrejumque castra noctu moturos, ut citra vexationem suorum, hostilia impediret consilia, in initio statim noctis [3] vasa conclamare milites, & præter adversariorum castra agi mulos cum fremitu, & sonum jussit continuare, [4] quos retentos volebat arbitrari castra Cæsarem movere.

X. Scipio Aphricanus ad excipienda auxilia cum commeatibus, Hannibali Venticium Termum dimisit, ipse subventurus.

XI. Dionysius Syracusanorum tyrannus, cum Aphri ingenti multitudine trajecturi essent in Siciliam, ad eum oppugnandum, castella pluribus locis communiit, custodibusque præcepit, ut ea advenienti hosti dederent, dimissique Syracusas occulte redirent. Aphris necesse fuit, capta castella præsidio ibi tenere; quos Dionysius redactos ad quam voluc-

1. *Spoliatusque consiliis*] *Consiliariis.*

2. *C. Cæsar*] *Cæsar* P. & sic sæpe.

3. *Vasa conclamare milites*] Lib. I. de Bello Civili: *Cæsar quoque in proximo castra ponit, media circiter nocte iis, qui adaquandi caussa longius à castris processerant, ab equitibus correptis, fit ab his certior Cæsar, duces adversariorum silentio copias castris educere: Quo cognito, signum dari jubet, & vasa militaris more conclamari.*

4. *Quos retentos*] Modius invenit ad marginem Colon. editionis sequentem lectionem; *& sonum jussit, continuêre se & arbitrarii &c.* omissis illis, *quos retentos volebat.* Ex quibus aliam concinnavit, & legendum conjecit, *agi mulos cum fremitu & sono jussit, & continuêre se illi arbitrati castra Cæsarem movere.* Quod non erat meo quidem judicio mutandum. Res hac inter

voluerat paucitatem, penè jam par numero aggressus vicit, cum suos contraxisset, & adversarios sparsisset.

XII. Agesilaus Lacedæmonius, cum inferret bellum 1 Tysapherni, Cariam se petere simulavit: quasi aptius locis montuosis, adversus hostem equitatu prævalentem pugnaturus. Per hanc consilii ostentationem 2 advocato in Cariam Tysapherne, 3 ipse Lydiam, ubi caput hostium regni erat, irrupit; oppressisque qui illic agebant, 4 pecunia regia potitus est.

interpretatione adjuta tam magnis mutationibus minimè favet.

1. *Tysapherni*] In membranis *Tissapherni*: Græcis semper Τισσαφέρνης. *Equitatu prævalere* est κρατεῖν τῶ ὑπαίθρων.

2. *Advocato in Cariam*] Ineptè. Legendum *avocato*, notante Modio.

3. *Ipse Lydiam*] Polyænus de eadem re; στέλλει μὲν γὰρ φανερῶς ἐπὶ Λυδίας, τρέπει δ' ἀφανῶς ἐπὶ Καρίας. Reliqui *Phrygiam* habent, atque ita cum Xenophonte Plutarchus; quod sequatur qui volet, nos veterem intactam relinquimus.

4. *Pecunia regia potitus est*] Καὶ λείαν πολλὴν κατήλαβεν. Hoc verius.

CAPUT IX.

De seditione militum compescenda.

EXEMPLUM I.

1 A. MANLIUS COS. cum comperisset conjurasse milites in hybernis Campaniæ, ut jugulatis hospitibus, ipsi res eorum invaderent, 2 rumorem sparsit eodem locò hybernaturos: atque ita conjuratorum * consilio turbato, Cam-

1. A. *Manlius COS*] Committit Frontinus μνημονικὸν ἁμάρτημα, quod solenne est scriptoribus nimium festinantibus. Malè enim hoc strategema Manlio contribuit, quod verius C. Mario Rutilo, qui postea Censorinus dictus fuit, à Livio adscribitur. Vide illum lib. VII. Sed idem ille in primo consulatu suo collegam habuit quendam Cn. Manlium Capitolinum, cognomento ἐπιπάκτην anno ab urbe conditâ, CCCXCVI. Exinde dubitat Scriverius, num fortè *Cn. Manlius* legendum sit, quod difficulter feram.

2. *Rumorem sparsit*] *Spargit*, P. Utitur sæpe præsentibus noster loco τῶ μελλόντων, aut præteritorum: quod elegantiæ est.

* Con-

Campaniam periculo liberavit, & ex occasione nocentes punivit.

II. L. Sylla, cum legiones civium Romanorum perniciosa seditione furerent, consilio restituit sanitatem efferatis. 1 Properè enim annunciari jussit, hostem adesse, & ad arma vocantium clamorem tolli, signa canere: discussa seditio est, universis adversus hostem consentientibus.

III. Cn. Pompejus, trucidato ab exercitu Mediolani senatu, ne tumultum moveret, si solos evocasset nocentes, mixtos eis, qui extra delictum erant, venire jussit: ita & noxii minore cum metu, quia non segregati, 2 ideoque non ex caussa culpæ videbantur 3 accersiti, comparuerunt, & illi quibus integra erat conscientia, custodiendis quoque 4 nocentibus, attenderunt, ne illorum fuga inquinarentur.

IV. C. Cæsar, cum quædam legiones ejus seditionem movissent, adeo ut in perniciem quoque ducis viderentur consurrecturæ, dissimulato metu, processit ad milites, postulantibusque missionem, ultro minaci vultu dedit: exauctoratos pœnitentia coëgit satisfacere Imperatori, obsequentioresque in reliquum operas edere.

CAPUT

* *Consilio turbato*] Turbant sensum & sententiam, qui istud *turbato* delent. Quod tamen abest à P. & nonnullis vulgatis.

1. *Properè enim*] Quidam *propè*, testante Scriverio.

2. *Ideoque non ex causa culpæ*] Scribo, *ideo qui*, &c. decisim.

3. *Accersiti, comparuerunt*] Haud melius P. *accersiri paruerunt*.

4. *Nocentibus attenderunt*] Modius *intenderunt*: alii, *accesserunt*.

CAPUT X.

Quemadmodum intempestiva postulatio pugnæ inhibeatur.

EXEMPLUM I.

Q. SERTORIUS, quod experimento didicerat, imparem se universo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque inconsulte pugnam exposcentes doceret, adductis in conspectum duobus equis, altero prævalido, altero admodum exili, duos admovit juvenes similiter affectos, robustum, & gracilem: ac robustiori imperavit, equo exili universam [1] caudam abrumpere: gracili autem, valentiorem per singulos pilos vellere: [2] cumque gracilis fecisset quod imperatum erat, validissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur: [3] jam, inquit Sertorius, naturam Romanarum cohortium per hoc vobis exemplum ostendi milites: insuperabiles sunt universas aggredientibus; easdem lacerabit & carpet, qui per partes attentaverit.

II. Idem,

1. *Caudam abrumpere*] *Abripere*, P. & mox, *per singula vellere*, quomodo in nostris membranis & in Scriverianis etiam exaratum fuit. Sed præstat vulgatam scripturam servare, nisi forsan de glossemate suspecta sit. Propriè autem *vellere* dixit de pilis, qui per singula evelluntur. Unde & *volsella*, μαδιστήριον. Idem exemplum habes infra lib. IV. cap. 7. multò emendatius, quàm hoc loco editum; ubi manifesto præstat scriptura libris addicentibus; *alteri prævalido; alteri admodum exili duos admovit juvenes*. Et videtur allusisse Flaccus II. Ep. 1. hisce versiculis:

Vtor permisso: caudaque pilos ut equina
Paulatim vello, & demo unum: demo etiam unum:
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi.

2. *Cumque gracilis fecisset*] Infra: *cumque gracili successisset*. Et statim lege, *validissimus cum infirmi equi cauda sine eff. l.* Quod vulgò additur *in*, glossema est.

3. *Iam, inquit Sertorius, naturam R. C.*] Ita restituit Modius ex Vett. edit. cum vulgata lectio circumferretur mutila; *Iam, inquit Sert. R. C.* & istud *jam* à pluribus abesset.

1. *Hostium*

II. Idem, cum videret ſuos pugnæ ſignum inconſultè flagitantes, crederetque rupturos imperium niſi congrederentur, permiſit turmæ equitum ad laceſſendos hoſtes ire; laborantique ſubmiſit alias: & ſic recepit omnes: tutiſque & ſine noxa oſtendit, quis exitus flagitatam pugnam manſiſſet: obſequentiſſimiſque inde eis uſus eſt.

III. Ageſilaus Lacedæmonius, cum adverſus Thebanos caſtra ſuper ripam poſuiſſet, multoque majorem [1] hoſtium manum eſſe intelligeret, & ideo ſuos arcere [2] à cupiditate decernendi vellet, dixit, [3] reſponſo Deûm ſe ex collibus pugnare juſſum: & ita exiguo præſidio ad ripam poſito, [4] acceſſit in colles. Quod Thebani pro metu interpretati tranſierunt flumen, & cum facile depuliſſent præſidium, ceteros inſecuti avidius, iniquitate locorum à paucioribus victi ſunt.

IV. Scorylo Dux Dacorum, cum ſciret diſſociatum armis civilibus populum Romanum, neque tamen tentandum arbitraretur, quia externo bello poſſet concordia in cives coaleſcere, duos canes in conſpectu popularium commiſit, hiſque acerrime inter ipſos pugnantibus, lupum oſtendit, quem protinus canes, omiſſa inter ſe ira, aggreſſi ſunt: quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu [5] Romanis profuturo.

CAPUT

1. *Hoſtium manum eſſe intelligeret*] Dele præeuntibus libris iſtud *eſſe*, quod ſupervacuum eſt.

2. *A cupiditate decernendi*] *Decertandi* P. ut infra lib. II. cap. 1. ex. 12. *ſubitam hoſtibus neceſſitatem decernendi injecit.* ubi ſimiliter *decertandi* pro verbo principe in eodem legitur P. & noſtro MS.

3. *Reſponſo Deûm ſe ex collibus pugnare juſſum*] Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Vide quæ latius infrà notamus.

4. *Acceſſit in colles*] *Ad colles* in Vett. nonnullis; ἀρχαϊκώτερον: & paullo poſt, *depepuliſſent*, in noſtris membranis: quod vehementer arripio.

5. *Romanis profuturo*] P. *pro Rom. profuturo.* & ſic ſæpe.

CAPUT XI.

Quemadmodum exercitus incitandus sit ad prœlium.

EXEMPLUM I.

M. FABIUS & [1] Cn. Manlius Coss. adversus Hetruscos, propter seditiones detrectante prœlium exercitu, [2] ultro simularunt cunctationem, donec milites probris hostium coacti, pugnam deposcerent, jurarentque se ex ea victores redituros.

II. Fulvius Nobilior, cum adversus Samnitium numerosum exercitum, [4] & successibus tumidum, parvis copiis necesse haberet decertare, simulavit unam legionem hostium à se corruptam ad proditionem, imperavitque (ad ejus rei fidem) [5] tribunis, & primis ordinibus & centurionibus, quan-

1. CN. *Manlius*] Scriptum in Scriverii membranis *Gn. Manilius*. In nostro P. *Gn. Mallius*. Istud mihi vitii suspectum est, hoc secus. Græci Romanorum *Manlium*, μάλλιον vel μάλιον solent scribere, nunquam μανίλιον. Plutarchus in vita Ciceronis: οὗτοι γὰρ ἡγεμόνα Μάλιον ἔχοντες. Iterum: πρὸς τὸν Μάλιον. Malim tamen *Mallium*, quàm *Malium*, consentientibus præsertim antiquis libris, & veteri inscriptione: AB. COLONIA. DEDUCTA. ANNO. XC. N. F. FULLIO. DUO. VIR. P. RUTILIO. CN. MALLIO. COSS. OPERUM. LEX. II. *Cneus* etiam & *Gneus* indifferenter mutantur: Sic Græcis invicem Κνῆος & Γναῖος.

2. *Vltro simularunt cunctationem*] Perperam *cunctionem*, in nonnullis proletariis.

3. *Se ex ea victores redituros*] Hoc melius est, quàm *victuros*, ut in P. legitur excusum.

4. *Et successibus tumidum*] Apage hinc *timidum*, quod in nonnullis depravatum est. *Successibus tumidus*, est victoriis elatus, μεθεωρισθεὶς, ἀρθεὶς, successibus præliorum insolens, ut alibi loquitur. Et deinceps *perditionem* minus benè in nostro P.

5. *Tribunis, & primis ordinibus, & centurionibus*] Non audiendus est hoc loco Vir doctus, qui ex conjecturâ rescribendum retur, *primi ordinis centurionibus*. Nam *primi ordines* iidem, qui *primi ordinis centuriones*, ut supra notamus: quæ licet apud auctores conjungantur, tamen

quantum quisque numeratæ pecuniæ aut auri argentique haberet, conferret, ut 1 præsentari merces proditoribus posset: se autem his qui contulissent pollicitus est, consummata victoria, ampla insuper præmia daturum. 2 Quæ sua persuasio Romanis alacritatem attulit & fiduciam: unde etiam præclara victoria, commisso statim bello, peracta est.

III. C. Cæsar adversus Germanos & regem Ariovistum pugnaturus, 3 confusis suorum animis, pro concione dixit, nullius se eo die opera, nisi decimæ legionis, usurum: quo con-

tamen ineptè confunduntur. Ita capiendus locus ille Cæsaris in VI. de Bello Gallico, vulgo non intellectus: *Labienus noctu tribunis militum, primisque ordinibus convocatis, quid sui consilii sit, proponit.* Solus Græcus interpres sensum assecutus est, qui vertit: ὁ Λαβιενὸς τοὺς τε χιλιάρχους, καὶ τοὺς πρώτους ταξιάρχους, συγκαλέσας. Sic & Quintilianus Declam. III. *Enimvero auctorem habet, hoc primi ordines jubent. Primi ordines*, pro ductoribus ordinum, eodem modo quo λόγον pro λογιστῇ dixit Strabo, ἴδιον λόγον de rationali Principis. Sic *officia* pro officialibus, *principia* pro principibus, in castris, οἱ ἄρχοντες. Sic Marcellus Empiricus, *matrimonia Cæsarum*, Cæsarum uxores, & alia.

1. *Præsentari merces*] Scribo *repræsentari*. Et sic postmodum in nonnullis expressum inveni. Nam *repræsentare mercedes*, est statim exsolvere sine dilatione. Suetonius extremo Augusto: *quam summam repræsentari jussit*. Idem Claudio: *pœnasque parricidarum repræsentabat*. Alibi: *repræsentaturus pro operá dignam cuique mercedem*. Inde est *potestas repræsentanea* apud Tertullianum Apologetico, potestas repræsentandi pœnas contemptorum Imperatoriæ Majestatis.

2. *Quæ sua persuasio*] Istud *sua* non agnoscit P. Et paullo post *commisso bello*, pro prælio. Vide suprà notata.

3. *Confusis suorum animis*] Ita in omnibus fermè libris: & haud dubiè rectum est *confusis*: quod non uno loco cognovimus, & omninò lib. IV. cap. 5. eodem Cæsaris exemplo sanum invenimus, quanquam dissentientibus ibidem Vet. editionibus, in quibus *confusior animis* expressum fuit, pro *confusis*. Non dissimulabo tamen in membranis nostris *contusis* exaratum fuisse, quod æquè probum quidem, si modo foret receptum. Nihil moverim tamen, sed juvat potius inclinare in favorem nostri auctoris, aliorumque scriptorum. Livius lib. VI. *cum confusam eam ex recenti morsu animi vidisset*. Ita συνεχέειν τὴν ψυχὴν dicunt Græci. Proclus Episcopus Constantinopol. ad Armenios de Fide: οὐ μετρίως ἀδελφοὶ συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, &c.

consecutus est, 1 ut decimani tanquam præcipuæ fortitudinis testimonio cogerentur; & ceteri pudore, ne penes alios gloria virtutis esset.

IV. Q. Fabius Maximus, qui egregie sciebat, & Romanos ejus esse libertatis, quæ contumelia exasperaretur, & à Pœnis nihil justum aut moderatum exspectabat, misit legatos Carthaginem, de conditionibus pacis: 2 quas cum illi iniquitatis & insolentiæ plenas retulissent, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus est.

V. Agesilaus Lacedæmoniorum dux, cum prope ab Orchomeno sociâ civitate castra haberet, comperissetque plerosque ex militibus pretiosissima rerum deponere intra munimenta, præcepit oppidanis, ne quid ad exercitum suum pertinens reciperetur, quo ardentius dimicaret miles, qui sciret sibi 3 pro omnibus suis pugnandum.

VI. Epaminondas dux Thebanorum, adversus Lacedæmonios dimicaturus, ut non solum viribus milites sui, verum etiam affectibus adjuvarentur, pronunciavit in concione, destinatum Lacedæmoniis, si victoria potirentur, omnes viriles sexus interficere, uxoribus autem eorum & liberis in servitutem adductis, Thebas diruere: qua denuntiatione concitati, primo impetu Thebani Lacedæmonios expugnaverunt.

VII. 4 Leotychidas dux Lacedæmoniorum, pugnaturus eodem

1. *Vt decimani tanquam p. f. t. cogerentur*] Hac lectione nihil verius, quam pari consensu reposuerunt curatores, Stevvechius, Modius & Scriverius. Depravatè legebatur antea, *ut decimam t. p f. t cogeret*. Cæterum pro *cogerentur*, aliter Frontinus ipse *concitarentur* lib. IV. cap. 5. exemplo 11.

2. *Quas cum illi iniquitatis & insolentiæ plenas retulissent*] Primò τὸ *illi* supervacuum est in P. & puto delendum. Deinceps *attulissent*, quod in aliis expressum, non probamus.

3. *Pro omnibus suis pugnandum*] Græci exponunt δυνατὰ τῶν χρημάτων. Rectius τὰ ἔπιπλα, quibus opponuntur τὰ ἔγγεια. Nam *Omnia sua* sunt, quæ moveri possunt.

4. *Leotychidas*] Perperam in Parisiensi fuit *Eutidas*, quod in omnes etiam optimos Codices irrepsit. *Leotychidas* sincera lectio est; vel, ut

eodem die, quo classe vicerant socii, quamvis ignarus actæ rei, vulgavit nunciatam sibi victoriam partium, quo constantiores [1] ad pugnam milites haberet.

VIII. A. Postumius prælio, quo cum Latinis conflixit, oblata specie [2] duorum in equis juvenum, animos suorum erexit, Pollucem & Castorem adesse dicens, ac sic prœlium restituit.

IX. Archidamus Lacedæmonius [3] adversus Arcadas bellum gerens [4] aram in castris statuit, & circa eam duci equos noctu clam imperavit: quorum vestigia mane, tanquam Castor & Pollux [5] perequitassent, ostendens, adfuturos eosdem ipsis prœliantibus persuasit.

X. Pericles dux Atheniensium initurus prælium, [6] cum animadvertisset lucum, ex quo utraque acies conspici poterat, densissimæ opacitatis, vastum alioqui & Diti patri sacrum, ingentis illic staturæ hominem, altissimis cothurnis, & veste purpurea, ac coma venerabilem, in curru candidorum equorum sublimem constituit, qui dato signo pugnæ, proveheretur; & voce Periclem nomine appellans, cohortaretur

ut in nonnullis, *Leotychides*, Græcâ formâ. Sic *Leonidas*, *Polyxenidas*, Λεωνίδης, Πολυξενίδης; & alia.

1. *Ad pugnam milites*] MS. *animos*.

2. *Duorum in equis juvenum*] Florus bello Latino: *Ea demum atrocitas fuit prœlii, ut interfuisse spectaculo deos fama tradiderit; duos in candidis equis; Castorem atque Pollucem nemo dubitarit.* Ubi τὸ *demum* ἀντὶ τοῦ *denique* positum manifestò liquet. Alterum quod sequitur, *animos suorum erexit*, est ἐμβαλεῖν sive ἐμπνεῖν νῦν. Exemplo XIX. *ut concitaret animos popularium.* Livio aliisque *dare* vel *injicere mentem.*

3. *Adversus Arcadas*] Vetus Cod. P. cum spiritu legit *Archadas*. Sed *Arcadas* pro *Arcades*, ἀττικῶς. Lib. II. cap. 3. *Cleandridas adversus Lycaonas densam instruxit aciem.* Sic alibi dixit *Samnitas*, *Thracas*, *Macedonas*; de quibus vide Charisium lib. I.

4. *Aram in castris statuit, & circa eam*] Mendosè legebatur anteà; *arma in castris statuit, & circa ea.*

5. *Perequitassent*] Scriverius, *praterequitassent.*

6. *Cum animadvertisset lucum*] Ita Modius rescripsit, cum vulgò malè *locum* poneretur. Luci enim vasti dicebantur & religione Diti

taretur eum, 1 diceretque, Deos Athenienſibus adeſſe: quo penè 2 ante conjectum teli hoſtes terga verterunt.

XI. L. Sylla, quo paratiorem militem ad pugnandum haberet, prædici ſibi à Diis futura ſimulavit. 3 Poſtremus etiam in conſpectu exercitus, priuſquam in aciem deſcenderet, ſignum modicæ amplitudinis, quod Delphis ſuſtulerat, orabat, petebatque, ut promiſſam victoriam maturaret.

XII. C. Marius 4 ſagam quandam ex Scythia habuit, à qua ſe dimicationum eventus 5 prædiſcere ſimulabat.

XIII. Q. Ser-

conſecrati; quod præter Poëtas alii Scriptorum loquuntur; & hoc loco noſter Frontinus. Gloſſæ: *Lucus*, ἄλσος. Heſychius: ἄλση τεμένη. Sic vocant loca arboribus conſita, & Silvano vel Diti ſacrata.

1. *Diceretque, Deos Athenienſibus adeſſe*] Mos antiquus, & tragœdiis obſervatus, DEUM EX MACHINA ADHIBERE. Solebant ad hæc commenta magni duces plerumque confugere, cum vis aut ratio humana non ſatis valet ad id, quod concupiſcunt, efficiendum. Sic Epaminondas perſuaſit militibus, Deos iter ſuum ſequi, ut prœliantibus ipſis adeſſent. Sic Sylla, quo paratiorem militem haberet, prædici ſibi à Diis futura ſimulavit. Sic Piſiſtratus tyrannus, cum ejectus è civitate fuiſſet, commentus eſt illud de Pallade armata, à quâ in currum impoſita, edicendum curavit præconibus; Piſiſtratum in civitatem, atque adeò in arcem reſtitui; cum revera eſſet mulier nomine Phya ingenti corporis ſtatura, ita ſubornata, ut ſpeciem Palladis præbere videretur. Sic ſolebant antiqui θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, vel ὀρθόνους paſſim inducere; quod & Poëtis familiare eſt, quibus hic vel ille Deorum πολύθεοι ἐνῆκε Græcis aut Trojanis, & τῷ δ' ἐνὶ θυμῷ θῆκε θεὸς ἠϊθέοισιν, aut ἐν θεός ὄρσε. Virgilius: *Bellatorque animo Deus incidit* ———.

2. *Ante conjectum teli*] *Primo conjectu teli*; P.

3. *Poſtremus etiam*] Iſtud *etiam* ſcripti noſtri authoritate jubemus exulare. Paullo poſt *diſcederet*, quod in eodem reperi, non probo. Nam *deſcendere* eſt καταβαίνειν. Inde κατάβασις & ἀνάβασις.

4. *Sagam quandam ex Scythia*] Veteres *ex Syria* legunt: quod convenit hiſtoriæ Plutarchi; & Modius in medio relinquit. Et ſic quoque noſter Pariſienſis. In membranis ſcriptum fuit, *Sagam quandam Scythiâ h.* ut ſit, *ſaga Scythia, Scythica* vel *ex Scythia*. Sic *hoſpes Zacyntho*, Ζακυνθόθεν, & ſimilia apud Plautum. Quod vehementer velim.

5. *Prædiſcere*] Scribe *prædicere*, meo periculo.

1. *Cer-*

XIII. Q. Sertorius, cum barbaro & rationis indocili milite uteretur, 1 cervam candidam insignis formæ per Lusitaniam ducebat, & ab ea, quæ agenda, aut vitanda essent prænoscere se asseverabat, ut barbari ad omnia tanquam divinitus imperata obedirent.

(Hoc genere 2 Strategematicôn non ea tantum parte utendum est, qua imperitos existimabimus esse, apud quos his utemur, sed multo magis ea, quæ talia erunt, excogitabuntur, ut ab his monstrata credantur.)

XIV. Alexander Macedo sacrificaturus, inscripsit medicamento aruspicis manum, quam ille extis erat suppositurus: literæ significabant victoriam Alexandro dari, quas cum jecur calidum rapuisset, & à rege militi esset ostensum, auxit animum, tanquam Deo spondente victoriam.

XV. Idem fecit * Innides aruspex; prœlium Eumene cum Gallis commissuro.

XVI. Epaminondas Thebanus, adversus Lacedæmonios fiduciam suorum religione adjuvandam ratus, arma quæ ornamentis affixa in templis erant, nocte subtraxit, persuasitque militibus, Deos iter suum sequi, ut prœliantibus ipsis adessent.

XVII. Age-

1. *Cervam candidam insignis formæ*] Agellius lib. XV. cap. 22. *Illud adeò Sertorii nobile est: Cerva alba eximiæ pulchritudinis & vivacissimæ celeritatis à Lusitano ei quodam dono data est. Hanc sibi oblatam divinitus & instructam Dianæ numine colloqui secum, monereque & docere, quæ utilia factu essent, persuadere omnibus instituit: ac, si quid durius videbatur quod imperandum militibus foret, cervá sese monitum prædicabat.*

2. *Strategematicôn*] Multum fallitur, immò gravissimè hallucinatur Stevvechius, qui hæc sequentia usque ad ex. XIV. tanquam glossemata suspicatur, & aliundè intrusa. Scriverius obscurum locum equidem agnoscit, & conjecit aliquando legendum in fine, *ut ab Dis monstrata credantur*, pro, *ut ab his &c.* Integrum locum debemus emendatum Salmasio: *Hoc genere Strategematicôn, &c. Sed multi magis ea quæ tales non erunt, excogitabuntur, ut his monstrata credantur. Quæ tales non erunt*, id est, *imperiti non erunt*: exponente Scriverio.

XVII. Agesilaus Lacedæmonius, cum quosdam Persarum cepisset, quorum habitus multum terroris præfert, quoties veste tegitur, nudatos militibus suis, ut alba corpora & umbratica contemnerent, ostendit.

XVIII. Gelo Syracusarum tyrannus, bello adversus Pœnos suscepto, cum multos cepisset, infirmissimum quemque præcipue [1] ex auxiliaribus, qui nigerrimi erant, nudatum in conspectu suorum produxit, ut persuaderet contemnendos.

XIX. Cyrus rex Persarum, ut concitaret animos popularium, tota die in excidenda quadam silva eos fatigavit, deinde postridie præstitit eis liberalissimas epulas, & interrogavit, utro magis gauderent: cumque ei præsentia probassent: Atqui per hæc (inquit) ad illa perveniendum est: Nam liberi beatique esse, nisi Medos viceritis, non potestis. atque ita eos ad cupiditatem prœlii concitavit.

XX. L. Sylla, qui adversus Archelaum præfectum Mithridatis apud Pirea pigrioribus ad prœlium militibus utebatur, opere eos fatigando compulit ad poscendum ultro pugnæ signum.

XXI. Q. Fabius Maximus veritus, ne qua fiducia navium, ad quas refugium erat, minus constanter pugnaret exercitus, incendi eas, priusquam iniret prœlium, jussit.

CA-

* *Innides aruspex*] Scriverius emendat *Sunides* aut transpositè *Sudines*: quod utrumque rectum. In P. legitur malè *hospes*, pro *aruspex*, quod tamen est ἀπὸ παλαιᾶς χειρὸς.

1. *Ex auxiliaribus*] *Auxiliatoribus*, P.

† Lem-

CAPUT XII.

† *De dissolvendo metu, quo milites ex adversis omnibus conciderunt.*

EXEMPLUM I.

SCIPIO ex Italia in Aphricam 1 transportando exercitum, cum egrediens navem prolapsus esset, & ob hoc attonitos milites cerneret, id quod trepidationem afferebat, constantia & magnitudine animi, in hortationem convertit: 2 Et ludite (inquit) milites, Aphricam oppressi.

II. C. Cæsar, cum forte conscendens navem lapsus esset, 3 Teneo te terra mater, inquit: qua interpretatione effecit,

† Lemma capitis in P. prænotatum erat: *De dissolvendo metu, quem milites adversis conceperunt omnibus.* Sine dubio melius, quàm quod degeneres ac vilioris notæ exhibent, *omnibus*, ἀντὶ τῶν οἰωνισμάτων.

1. T*Ransportando*] Parisiensis *transportato* præfert: & statim, *nave prolapsus.*

2. *Et ludite (inquit) milites*] Idem liber exhibuit legendum cum aliis, quos inspexit Modius: *& audite (inquit) milites:* quorum neutrum tamen Modio probatur. Janus Gulielmius Vir summus, apud Stevvechium restituebat, *& pludite (inquit) milites:* unde Stevvechius, *eja pludite* legendum divinabat, quod antiquum pro *plaudite*: & hinc illud *ludite* ab indoctis librorum descriptoribus suppositum esse volebat. Nobis laudatur conatus amborum, non tamen assequendo admittitur. Nec paullo melius est, quod Scriverius excogitavit; *& videte, inquit, milites*, non habet enim, quo nitatur, nisi solâ conjecturâ. Vir summus Phil. Rubenius voluit: *Ludens, inquit, milites Africam oppressi.* Omninò certum est, par quicquam desiderari; quod depravatum protinus haud facilè restituetur.

3. *Teneo te, terra mater, inquit*] Amicorum & amantium vox est in comœdiis, TENEO TE, cum conveniunt. Sic uxor Faustum adloquitur, tanto post tempore visum amplexu retinens apud Clement. ΕΧΩ ΣΕ φαῦσε τὴν κατὰ πάντα γλυκύκατον, πῶς ἄρα ζῇς, ὃν ὡς τεθνεῶτα μικρῷ πρόσθεν ἠκούσαμεν. Cæsar autem per matrem, terram quoque intelligebat, ut est apud Suetonium in ejus vitâ. Aliquid simile factum ex parili narratione colligas de Bruto & Tarquinii

cit, ut repetiturus illas, [1] à quibus proficiscebatur, terras videretur.

III. [2] T. Sempronius Gracchus Cos. acie [3] adversus Picentes directa, cum subitus terræ motus [4] utrasque partes confudisset, exhortatione confirmavit suos, & impulit, ut consternatum superstitione hostem invaderent, * adhortatusque devicit.

IV. Q. Sertorius, cum equitum scuta extrinsecus, equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent, victoriam portendi interpretatus est, quoniam illæ partes solerent hostili cruore respergi.

V. Epaminondas Thebanus, contristatis militibus, quod ex hasta ejus ornamentum, insulæ more dependens, ventus ablatum in sepulchrum Lacedæmonii cujusdam depulerat; Nolite

nii filiis; quibus, cum oraculum Delphici Apollinis peterent, responsum est, ejus imperium fore, qui primus matrem reversus oscularetur. Quod solus Brutus agnoscens, de navi egressus, simulans casum, osculatus πιλαμμάτορα, ceu *tellurem antiquam matrem*, ut Poëta loquitur; & exinde imperio potitus est. Notum porrò illud Cæsaris somnium, per quietem matri stuprum intulisse visi; quo admonebatur, futurum esse, ut orbem terrarum subigeret: quando mater, quam subjectam sibi vidisset, non alia esset quàm terra, quæ omnium parens haberetur. Σημαίνει δὲ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ. Plinius: *Terræ uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus materna venerationis.* Orpheus antiquissimus Vates: ΓΑΙΑ ΘΕΑ, μῆτερ μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων. Ita ibi legendum, pro μήτηρ μάρ τε θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων. Sed hæc in transitu dicta sunto.

1. *A quibus proficiscebatur*] Excludit præpositionem P.

2. *T. Sempronius*] Immo, *P. Sempronius Sophus Cos*: Perperam hic T. Sempronius Gracchus Cos. pro P. Sempronio Sopho suppositus à librariis, notante Scriverio.

3. *Adversus Picentes*] In optimis membranis meis exaratum fuit *Picantes*, quod quomodo ferri possit, non video, nisi *Picans* dictum sit ut *Campans* aut *Lucans*; quæ apud alios scriptores integra leguntur. Sed vulgata scriptura melior est, cum *Picentes* ἐθνικὸν sit à Piceno, quod Provinciæ nomen; unde *Picentes*, *Picentini* & *Picenici*; nunquam *Picantes*.

4. *Utrasque partes*] Hoc melius, quàm quod supprimunt quidam vulgati τὸ *partes*.

* *Ad-*

Nolite (inquit) milites trepidare, Lacedæmoniis significatur interitus. 1 Sepulchra enim funeribus ornantur.

VI. Idem, 2 cum fax de cœlo nocte delapsa, eos, qui adverterunt, terruisset; Lumen (inquit) hoc Numina ostendunt.

VII. Idem instante adversus Lacedæmonios pugna, cum sedile, in quo resederat, succubuisset, & id vulgo 3 pro tristi significatione confusi milites interpretarentur; Imo (inquit) vetamur sedere.

VIII. *L. Sulpitius Gallus ‡ defectum Lunæ imminentem,

* *Adhortatusque*] *Hortatusque* P. Modius *adortusque*.

1. *Sepulchra enim funeribus ornantur*] Nonnulli legunt, *infulis*. Infulæ autem, teste Varrone & Festo, erant velamenta lanea, quibus Sacerdotes & hostiæ, templaque velabantur. Græci στέμματα vocant, & ita Polybii στέμματα lib. XVI. Livius vertit *infulas* lib. XXXI. Glossæ: *Velamentum*, στέμμα. Item, *infulæ*: στέμματα. Istis velabantur supplices, qui aliquid postulabant; & alium harum usum ex geminis antiquariis cognovimus; nunquam sepulchra ornabantur. Omninò legendus doctissimus Kirchmannus lib. IV. cap. 3. de Funeribus Romanorum.

2. *Cum fax de Cœlo*] Aliter hæc, aliter illa Poëtæ intelligenda: *De cœlo lapsa per umbras Stella facem ducens.* --- Tales Græci διάττοντας vocant, quarum Poëta meminit. At heic non stella cœlo delapsa, sed tantùm mera fax, ἀπόῤῥιαι ignis ætherei. Lege περὶ τῶν διαττόντων ἀστέρων, Aristot. I. Meteorologicorum. Apulejus de mundo: *sunt & alia ejusmodi imaginum genera, quas Græci faces nominant.* Faces, λαμπάδας vocat auctor libelli de mundo. Aurelius Victor in Juliano: *ac ne noctu quidem visus ingens globus cœlo labi, diem belli cautum præstiterit.* Ammianus libro XXV. de tali face, sive globo: *Erat autem nitor igneus iste, quem διαΐσσοντα nos appellamus, nec cadens unquam, nec terram contingens.* Achilles Statius in Arati Phœnomena, περὶ κομήτων. Οἱ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετερχόμενοι, καλοῦνται ἄττοντες, καὶ διάττοντες. γίνεται δὲ τοῦτο, τῶν ἀστέρων ὑπὸ πνεύματος τινασσομένων, καὶ οἱονεὶ σπηνθῆρας ἀφιέντων· διὸ καὶ σημεῖον ἀνέμων εἶπεν Ἄρατος τοῦτο. quæ eadem apud Heronem Alex. leguntur. Arati versus sunt:

—— Ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνονται,
Δειδέχθαι κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
Πνεύματος —— &c.

3. *Pro tristi significatione*] Redundat *excipere*, quod aliàs infertum legitur in P.

* *L. Sul-*

tem, ne pro oſtento exciperent milites, prædixit futurum, additis rationibus cauſſiſque defectionis.

IX. Agathocles Syracuſanus adverſus Pœnos ſimili [1] ejuſdem ſideris diminutione, qua ſub diem pugnæ, ut prodigio milites ſui conſternati erant, ratione qua id accideret expoſita, docuit quidquid illud foret, ad rerum naturam, non ad ipſorum propoſitum pertinere.

X. Pericles, cum in caſtra ejus fulmen decidiſſet, terruiſſetque milites, advocata concione, lapidibus in conſpectu omnium colliſis, ignem excuſſit, ſedavitque turbationem, cum docuiſſet [2] ſimiliter nubium adtritu excuti fulmen.

XI. Timotheus Athenienſis, claſſe dimicaturus adverſus Corcyreos, gubernatori ſuo, qui proficiſcenti jam claſſi ſignum receptui cœperat dare, quia ex remigibus quendam ſternutantem audierat; † Miraris (inquit) ex tot millibus unum perfrixiſſe?

XII. Cha-

* *L. Sulp. Gallus*] Fortè, *C. Sulpicius in Gallis*. Vide lib. II. c. 4. ex. 5.

‡ *Cum defectum Lunæ*] Idem ex pari cauſſa effectus in nocturno prœlio Pompejum inter & Mithridatem, apud Plutarchum & Dionem: τὴν δὲ παραχὴν ἐπηούξησεν ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιπεῖσα, οὐχ ὅτι καὶ ἐσκιάσθη (καίτοι τοῖς θορυβουμένοις καὶ τὰ τοιαῦτα φόβον φέρει) &c.

1. *Ejuſdem ſideris diminutione*] hoc eſt, Lunæ, ἐξαιρέτως. Plinius Paneg. de Sole: *quod terra genuit, quod ſidus aluit, &c.*

2. *Similiter nubium adtritu excuti fulmen*] Secundum Phyſicos, qui dicunt colliſione nubium fulmen creari. Plerique omnes ſcriptorum naturalium eâ comparatione utuntur colliſorum inter ſe lapidum ad exprimendam excuſſi fulminis naturam, aut emicantis coruſcationis. Apulejus de Mundo: *Quando perfracta nubecula patefecerit cœlum, igneſcunt penetrabiles ſpiritus, emicatque lux clara, hoc dicitur coruſcare. Quippe ubi nubes adflictu, ceu ignifera ſaxa adtritu, ignem ex ſe dat, obtutus velocius illuſtriora contingit, auditus dum ad aures venit, ſerior ſenſu concipitur.* Vetus Interpres Juvenalis: *nam ex nimio flatu vel certamine ventorum nubes inter ſe conliſæ tonitrua & coruſcas* (vulgò malè *coruſcus*) *veluti ſaxa inter ſe colliſa ignem excutiunt.* Alexander Aphrodiſæus ἐκπύρωσιν quæ ἀστραπὴ dicitur, ita fieri dicit nubium colliſarum inter ſe flictu, ὡς ἐπὶ πυρεκβόλων λίθων. *Lapides colliſi* ſunt πυρέκβολοι λίθοι· malè poſteriores interpretantur *igniarium*, vel *vivum lapidem*, πυρέκβολον λίθον.

† *Mi-*

XII. Chabrias Athenienſis claſſe dimicaturus, excuſſo ante navem ipſius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus; Nunc (inquit) potiſſimum [1] ineunda pugna eſt, cum Deorum maximus Jupiter [2] adeſſe numen ſuum claſſi noſtræ oſtendit.

SEXTI

† *Miraris (inquit) ex tot millibus unum perfrixiſſe*] Malè *perſtrinxiſſe* ſupponunt ineptiores editi. Obiter emendabimus Vegetium pari mendo corruptum: *Qui ex perſtrictione febris rigidus eſt*: quo loco *perfrictione* nemo niſi febriculoſus hortebit. Ita & alibi *perſtrinctio* corruptè pro perfrictione, & æſtus opponuntur apud eundem auctorem. Cæterum illud non inſulsè à Timotheo projectum fuit ad averruncandum malum omen, quod ex ſternutamento veteres augurabantur. Nam & ſternutantes ominis cauſa ſalutare moris erat uſitatâ formulâ: ΖΕΥ ΣΩΣΟΝ, vel ΣΗΘΙ. Plinius lib. XXIIX. cap. 2. *Cur ſternutamentis ſalutamur? Quod etiam Tiberium Cæſarem triſtiſſimum (ut conſtat) hominum, in vehiculo exegiſſe tradunt.* Apulejus lib. IX. Mileſiot. ſolenni exemplo hunc etiam ritum ſubindicat: *Pone tergum ejus maritus acceperat ſonum ſternutationis: quod cum putaret ab eâ profectum, ſolido ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus: & iterato rurſum, & frequenter ſæpius.* Hoc etiamnum à nobis eâdem benedicendi formulâ & ſalutis omine ſcimus obſervari; quod & Græcis juxta ſolenne fuiſſe Ariſtoteles innuit in Problem. quærens, Διὰ τί τῶν ἄλλων πνευμάτων οὐ ἔξοδοι, οἷον φύσης ἢ ἐρευγμός, ἐκ ἱερεῖ, ΗΔΕ ΤΟΥ ΠΤΑΡΜΟΥ ΙΕΡΑ: Nam poſtquam dixit, τὸ πταρμὸν τῆς κεφαλῆς πνεῦμα eſſe, ſubjungit, Διὰ τὸ ἱερώτατον ἐν εἶναι τὸν τόπον, ΚΑΙ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΩΣ ΙΕΡΟΝ ΠΡΟΣΚΥΝΟΥΣΙΝ. Idem probat Epigramma Græcum:

Οὐδὲ λέγειν, ΖΕΥ ΣΩΣΟΝ ὅταν πταρῇ.

1. *Ineunda pugna eſt*] Quidam *jucunda*, ex affinitate literarum. Perperam.

2. *Adeſſe numen ſuum*] Scriptum *lumen* in membranis noſtris, quibus hac in parte non adſtipulamur. Adſcripſit oræ quidam *fulmen*, quod placeret, niſi *numen* eſſet germana ſcriptura. Erat autem fulmen κεραυνοβάτης, minus monitorium. De quo pulchrè Cæcinna apud Senecam, qui varia fulminum nomina poſuit.

SEXTI JULII FRONTINI VIRI CONSULARIS, IN STRATEGEMATΩN LIBRUM SECUNDUM.

PRÆFATIUNCULA.

DISPOSITIS primo libro exemplis, instructuris (1 ut mea fuit opinio) ducem in his, quæ ante commissum prœlium agenda sunt, deinceps reddemus pertinentia ad ea, quæ in ipso prœlio agi solent, & deinde ea, quæ post prœlium. 2 Et eorum, quæ ad prœlium pertinent, species sunt:

LIBER

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *DE tempore ad pugnam eligendo.*
II. *De loco ad pugnam eligendo.*
III. *De acie ordinanda.*
IV. *De acie hostium turbanda.*
V. *De insidiis.*
VI. *De emittendo hoste, ne clausus prœliũ ex desperatione redintegret*
VII. *De dissimulandis adversis.*
VIII. *De constituenda per constantiam acie.*
IX. *De his, quæ post prœlium fiunt, si res prosperè cesserint: & de confirmandis reliquiis belli.*
X. *De adversis emendandis, si res durius cesserit.*
XI. *De dubiorum animis in fide retinendis.*
XII. *Quæ facienda sunt pro castris, si satis fiduciæ in præsentibus copiis non habeamus.*
XIII. *De effugiendo.*

1. *VT mea fuit opinio*] Paris. *fert*: & ita Scriverianus: non tam rectè.

2. *Et eorum, quæ ad prælium*] Modius mutavit distinctionem, cum legerent omnes: *& deinde ea, quæ post prœlium, & eorum quæ ad prœlium &c.* malè. Neque enim dicturus est de speciebus eorum, quæ ad prœlium pertinent, ubi de iis egerit, quæ post prælium agi solent, cum id nec rectè nec ordine fieri possit, sed postquam, de quibus acturus est, indicavit, quæ sunt ea ipsa, quæ in prœlio, aut post prœlium facienda sunt, tum subjungit: *& eorum, quæ ad prœlium pertinent, species sunt*: quæ sequuntur, s. tempus & locum pugnæ eligere, aciem peritè instruere, insidiis hostem circumvenire, aliaque de quibus hoc libro acturus est.

1. *Adver-*

SEXT. JUL. FRONT. STRATEG.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De tempore ad pugnam eligendo.

EXEMPLUM I.

P. SCIPIO in Hiſpania, cum comperiſſet Haſdrubalem Pœnorum ducem jejuno exercitu manè proceſſiſſe in aciem, continuit in horam ſeptimam ſuos, quibus præceperat, ut quieſcerent, & cibum caperent: cumque hoſtes inediâ, ſiti, morâ ſub armis fatigati, repetere caſtra cœpiſſent, ſubitò copias eduxit, &, commiſſo prœlio, vicit.

II. Metellus Pius in Hiſpania 1 adverſus Herculejum, cum ille oriente protinus die inſtructam aciem vallo ejus admoviſſet 2 fervidiſſimo tunc tempore anni, 3 intra caſtra ſuos continuit in horam diei ſextam; atque ita fatigatos æſtu, facilè integris & recentibus vicit ſuorum viribus.

III. Idem junctis cum Pompejo caſtris adverſus Sertorium in Hiſpania, cum ſæpe inſtruxiſſet aciem, hoſte, qui imparem ſe duobus credebat, pugnam detrectante: quodam deinde tempore, 4 cum Sertorianos milites animadvertiſſet

1. *ADverſus Herculejum*] *Hirculium* P. Lege ſuprà notata. Et ſtatim *admonuiſſet*, pro *admoviſſet*, perperam in eodem excuſum.

2. *Fervidiſſimo tunc tempore anni*] Bene *fervidiſſimo*: Καύματα Græci vocant. Inde apud Athenæum: κραταιοῦ καύματος ὥραν. Clemens: ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος, θερόμενος ἡλίῳ. Ita ſolent Scriptores quandoque περιφράζειν. Gellius lib. XVII. 10. N. Att. *Cum in hoſpitis ſui Antiatem villam æſtu anni conceſſiſſet.* Sic *hieme anni* legitur apud Suetonium, χειμῶνος ὥρᾳ, vel ὥρᾳ ἔτους χειμερινῇ.

3. *Intra caſtra*] *In* Pariſinus: Quod nimis geminum eſt in lectione ſequentium.

4. *Cum Sertor.*] Τὸ *cum* delet P.

ſet magno impetu inſtinctos, depoſcentes pugnam, 1 humeroſque exerentes, 2 & lanceas vibrantes, exiſtimavit ardori cedendum in tempore, recepitque exercitum, & Pompejo 3 idem faciendi autor fuit.

IV. Poſtumius Cos. in Sicilia, cum caſtra ejus à Punicis trium millium paſſuum ſpacio diſtarent, 4 & dictatores Carthaginenſium quotidie ante ipſa munimenta Romanorum dirigerent aciem, exiguâ manu levibus aſſiduè prœliis pro vallo reſiſtebat: quam conſuetudinem contemnente jam Pœno, reliquis omnibus per quietem intra vallum præparatis, ex more priſtino, cum paucis ſuſtinuit incurſum adverſariorum, ac ſolito diutius detinuit: quibus fatigatis, poſt ſextam horam, 5 & jam ſe recipientibus, cum & inediâ quoque laborarent, per recentes ſuos hoſtem, quem prædicta profligaverant incommoda, fugavit.

V. Iphicrates Athenienſis, quia exploraverat, eodem aſſiduè tempore hoſtes cibum capere, maturius veſci ſuos juſſit, & eduxit in aciem, aggreſſuſque hoſtem ita detinuit, ut ei

1. *Humerosque exerentes*] Ita legendum: vulgò eſt *exercentes*.

2. *Et lanceas vibrantes*] Ineptè *librantes* hoc quidem in loco legit noſter manuſcriptus. Nec enim lanceæ *librantur*, ut minora tela; ſed *vibrantur*, quod Virgilio eſt *criſpare* vel *coruſcare haſtilia*; Homero πάλλειν. Cicero II. de Oratore: *Atque hujuſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.* Theodor. Prodromus τὰ δόρατα λαγχάρια vocat

3. *Idem faciendi auctor fuit*] Probo formulam veteris exarati: *idem audendi auctor fuit.* Nam ut hoc, ſic & alia à Poëtâ ſunt; *Auctor ego audendi* —— XII. Dictys Cretenſis: *Quis Hector dux atque audendi auctor factus.*

4. *Et dictatores Carthaginenſium*] Nihil mutandum exiſtimamus cum doctiſſimo Freinshemio. Multos vidimus Codices, in quibus eam lectionem reperimus. Stevvechius tamen *ducatores* contentioſius defendit, qui ſunt ἀρχὶ ἡγεμόνες, στρατηγέμφυοι. Quod nos, uno verbo, non probamus. Dictatores autem non ſunt, ut Suidas exponit, οἱ δικτατορίαν δεχὴν ἔχοντες, neque *populi magiſtri*, ut apud antiquos vocatos Seneca tradit; ſed imperatores & præfecti militum. Vide Heſychium.

5. *Et jam ſe recipientibus*] Veteres

ei nec confligendi, nec abeundi daret facultatem. [1] Inclinato deinde jam die reduxit suos, & nihilominus in armis retinuit: fatigati hostes non statione magis, quàm inediâ, statim ad corporis curam & cibum capiendum festinaverunt; Iphicrates rursus eduxit, & incompositi hostis aggressus est castra.

VI. Idem, cum adversus Lacedæmonios pluribus diebus castra cominus haberet, & utraque pars certis temporibus assiduè pabulatum lignatumque procederet, quodam die militum habitu [2] servos lixasque dimisit ad munera, milites retinuit;

teres *etiam*, ex confinio literarum.

1. *Inclinato deinde jam die*] Sic infrà exemplo 13. Intelligit tempus illud diei, quod *ad lumina* Romani veteres eleganter dicebant, περὶ λύχνων ἁφάς. Cum *oriente die* dixit, diluculum intelligit, pro quo dicebant, *ad lucem*.

2. *Servos lixasque dimisit ad munera*] Calones & lixas. Uterque erat δοῦλος στρατιώτου. Festus: *Calones, militum servi, dicti, qui ligneas clavas ferebant, quæ Græci κᾶλα vocant:* ubi malè κάλλα quondam offendimus. Scribendum περισπωμένως, κᾶλα: ut κάγκανα κᾶλα. Κᾶλον, lignum, inde καλοβάτης, grallator, & καλοπόδιον, quod est σκυτικὸν ἐργαλεῖον. Nonius: *Calonum proprietas hæc habetur, quod ligna militibus subministrant:* κᾶλα enim *Græci ligna dicunt: ut Homerus* πολλάτε ξύλ' ἐπέθεντο. Inde *calones* ξυλοφόροι. Sed & σκευοφόροι & sarcinarum custodes, & δοῦλοι δημόσιοι in Glossis explicantur. Hoc sensu libro quarto legitur, cap. 1. Philippum post interdictum vehiculorum usum, equitibus non amplius quàm singulos calones habere permisisse, peditibus autem denis singulos, qui molas & funes ferrent in æstiva exeuntibus, & ad alia ministeria conducerentur. Isidorus; *Calones, galearii militum:* quomodo Vegetio *lixæ* vocantur, ambo custodes ad sarcinas, & σκυοφύλακες. Athenæus ex Dosiade: ἑκάστῳ αὐτῶν ἀκολουθοῦσι δύω θεράποντες ξυλοφόροι, καλοῦσι δ' αὐτοὺς καλοφόρους. Græci posteriores & Constant. in Tacticis κάλλωνας appellant: ita enim pro καλλίονας accuratissimus Meursius monuit legendum. De *lixis* tam aquariis quam mercenariis paria colliges ex Isidoro & Fulgentio. Sed in Isidoro mendosum fuit: *Lixa, aquam qua per milites ambulant, antiqui lixam dixerunt:* emendat vir doctus; *lixæ, agmen quod per milites ambulat, antiqui lixum dixerunt.* Puto legendum; *Lixæ, aquarii qui per milites ambulant, aquam antiqui lixam dixerunt.* Cyrillus; ὑδροφόρος, *aquarius, aquæ portator, lixio.* Immo *lixiones* sunt iidem cum *Lixis.*

tinuit; & cum hostes [1] dispersi issent ad similia munera, expugnavit castra eorum, inermesque cum fasciculis passim ad tumultum recurrentes, facilè [2] aut cecîdit, aut cepit.

VII. Verginius Cos. in Volscis, cum procurrere hostes effusos ex longinquo vidisset, quiescere suos ac defixa tenere pila jussit. [3] Tunc anhelatos integris viribus exercitus sui aggressis avertit.

VIII. Q. Fabius Maximus, non ignarus Gallos & Samnites primo impetu prævalere, suorum autem infatigabiles spiritus, inter moras decertandi etiam incalescere, imperavit militibus, ut contenti essent primo congressu sustinere, ut hostem morâ fatigarent: quod ubi successit, admoto etiam subsidio suis, in prima acie universis viribus oppressum fudit hostem.

IX. Philippus [4] ad Cheronæam, memor sibi esse militem longo usu duratum, Athenienſibus acrem quidem, sed * inexercitatum & impetu tantùm violentum, ex industria prœlium traxit: moxque languentibus jam Athenienſibus, concitatius intulit signa, & ipsos cecîdit.

X. La-

Suidas de eorum ministerio: λεῖξαι, στρατιῶται. τοῦτο δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἐργαστικῶν καὶ παραστρατευομένων ἀνθρώπων. Ex quibus apparet ad alia etiam munera calones & lixas, quàm ad ligna & aquas ferenda fuisse adhibitos.

1. *Dispersi issent*] Hoc melius est, quàm *dispersissent* in vulgo excusis.

2. *Aut cecîdit*] P. *occîdit*.

3. *Tunc anhelatos*] Vetusta P. *anhelantes*. Non damno reliquorum *anhelatos*, quod minus suspectum. *Anheli equi* apud Maronem, pro anhelantibus, quos Græci dicunt ex cursurâ πνευστιᾶν καὶ ἀσθμαίνειν. *Anhelati* pro anhelantes, nomen pro participio, Græcâ figurâ. Ita loqui amant optimi Scriptores.

4. *Ad Cheronæam*] Quidam *Cheroniam*. Deinceps appositè Macedonum *militem longo usu duratum* fuisse memorat. Justinus in eâdem historiâ: *assiduis bellis induratâ virtute Macedonum vincuntur*. Græcis opponuntur ἀθληταὶ καὶ ἰδιῶται. Aristot. III. Nicomach. ὥσπερ οὖν ἀνόπλοις ὡπλισμένοι μάχονται, καὶ ἀθληταὶ ἰδιώταις. Sic in X. Dionys. Halicarn. ἀθληταὶ πολέμων & σκηνοφύλακες contrarii, sibi invicem opponuntur. Sunt autem ἀθληταὶ πολέμων, sive ἔργων, summi bellatores, longo usu durati,

X. Lacedæmonii certiores ab exploratoribus facti, Messenios in eam exarsisse rabiem, ut in prœlium cum conjugibus ac liberis descenderent, pugnam distulerunt.

XI. C. Cæsar bello civili, cum exercitum Afranii & Petreji circumvallatum 1 siti angeret, isque ob hoc exasperatus, 2 interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descendisset, continuit suos, arbitratus alienum dimicationi tempus, quod adversarios & ira & desperatio incenderat.

XII. Cn. Pompejus fugientem Mithridatem cupiens ad prœlium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, 3 ut abeunti se opponeret: atque ita præparatus, subitam hostibus necessitatem decernendi injecit. Præterea sic constituit aciem, 4 ut Ponticorum quidem oculos adversâ Lunâ perstringeret, suis autem illustrem & conspicuum præberet hostem.

XIII. Jugurtham autem constat memorem virtutis Romanorum, semper inclinato die committere prœlia solitum, ut si fugarentur sui, opportunam noctem haberent ad delitescendum.

XIV. Lucullus adversus Mithridatem & Tigranem, in Arme-

ti, qui constituunt veteranum exercitum, & diu edoctum, & ad omne momentum respondentem: σκιωφύλακες & ἰδιώτας, inexercitati & impetu tantùm violenti, tyrones.

* *Inexercitatum*] Reperi in membranis *inexercitum*; quod non mutat sententiam, & æquè sincerum est. Macrobius: *Ego Disarium nostrum inexercitum non relinquam.* Nam *exercitus* pro *exercitatus* solenne est apud infinitos auctores. Tacitus de Agrippina: *ad omne flagitium exercita*: ubi malunt tamen *exercitata* reposuisse οἱ τῶν γραμματικῶν πολλοί.

1. *Siti angeret*] Sic emendatum in recentioribus. Alii malè, *augeret*.

2. *Interfectis omnibus impedimentis*] Scriverius *interceptis*. Istud maximè Stevvechio retinendum videtur.

3. *Vt abeunti*] P. *adeunti*; & mox *decertandi*.

4. *Vt Ponticorum quidem oculos &c.*] Florus: *Nocturna ea dimicatio fuit, & Luna in partibus quippe quasi commilitans, quum à tergo se hostibus, à facie Romanis præbuisset, Pontici per errorem longius cadentes umbras suas quasi hostium corpora petebant.*

Armenia majore apud Tigranocertam, cum ipse non amplius quindecim millia armatorum haberet, hostis autem innumerabilem multitudinem, eoque ipso inhabilem, 1 usus hoc ejus incommodo nondum ordinatam hostium aciem invasit, atque ita protinus dissipavit, ut ipsi quoque reges abjectis insignibus fugerent.

XV. Cl. Tiberius Nero adversus Pannonios, cum barbari feroces in aciem oriente statim die processissent, continuit suos, passusque est 2 hostem nebulâ & imbribus, qui fortè illo die crebri erant, verberari; 3 ac demum ut fessum stando & pluviâ non solum animo, sed & lassitudine deficere animadvertit, signo dato, adortus, superavit.

XVI. C. Cæsar in Gallia, quia compererat 4 Ariovisto Germanorum regi institutum, 5 & quasi legem militibus non pugnandi decrescente Lunâ, tum potissimum acie commissa impeditos religione hostes vicit.

XVII. D. Au-

1. *Vsus hoc ejus incommodo*] Τὸ *ejus* delet P.

2. *Hostem nebulâ & imbribus verberari*] *Verberari* est occupari. Cap. 2. *Vt adverso Sole, & vento & pulvere barbarorum occuparetur exercitus.* Alio modo *verbera ventorum* vocat Lucretius ἀνέμων πληγὴν, vel ἀνεμοφθορίαν, concursationem.

3. *Ac demum*] Quidam *deinde*; & sic P.

4. *Ariovisto Germanorum regi*] Impropriè *regem Germanorum* ait fuisse Ariovistum. Sic lib. IV. cap. 5. *C. Cæsar adversus Germanos & regem Ariovistum pugnaturus, &c.* Satis usitatè tamen secundum imperium, quod angusta tantum & bellica quædam fuit δυνὴ, nomine non potestate; qualis in Græciâ Lacedæmoniorum. Ita Cæsari *Theutomatus aliquis Olloviconis filius, rex Nitiobrigum* appellatur; ut eadem potestas apud Gallos tum temporis fuerit, haud absurdè inde ducas. Lege quæ de Germanorum regibus tradit Tacitus, in *de Mor. Germ.* ubi *regem* principem vocat more Græcorum, qui & Homero frequentior, vocare τὺς βασιλεῖς, τὺς ἄρχοντας.

5. *Et quasi legem militibus*] P. *& quasi lege esse non pugnandi:* quod vulgò additur *militibus*, glossema est. Cæterum Plutarcho notatum, Cæsarem ex hac Germanorum superstitione opportunam pugnandi occasionem arripuisse. Meminerunt plurimi Veterum & inter alios Cæsar de Bello Gallico: *non esse fas Germanos superare, si ante novam Lunam prælio contendissent.* Eandem religionem Lacedæmonii ob-

serva-

XVII. D. Augustus Vespasianus, Judæos Saturni die, quo eis nefas est [1] quicquam seriæ rei agere, adortus superavit.

XVIII. Lysander Lacedæmonius adversus Athenienses [2] apud Ægospotamum, instituit certo tempore infestari naves Atheniensium, deinde revocare classem: qua re in consuetudinem perductâ, cum Athenienses post digressum ejus ad contrehendas copias dispergerentur, extendit ex consuetudine classem, & recepit. Tum hostium maxima parte ex more dilapsa, reliquos adortus, occîdit, & universas naves cepit.

servabant, ut est apud Pausaniam: εἶναι γὰρ, διὰ νόμου αὐτοῖς, μὴ πρότερον μαχεῖσθαι ἐξιέναι, πρὶν ἢ πλήρες τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι. De quâ Lycurgi legem commemorat Lucianus *de Astrologia:* μηδαμῶς μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρεῖν, ΠΡΙΝ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΑΙΗΝ ΠΛΗΡΕΑ ΓΕΝΕΣΘΑΙ.

1. *Quicquam seriæ rei agere*] Sabbatorum observatio Judæis sæpe noxia fuit in bello. Vide doctissimum Cunæum lib. II. cap. 22. de Rep. Hebr. ubi ex Maimonide notat, Judæos paganorum urbes, cum sabbatum est, obsidere, atque etiam prælium cum illis conserere. Nos aliud agamus.

2. *Apud Ægospotamum*] Multi codices hâc in voce corrupti sunt: alii *Ægeopotamon*, quidam *Egeopotaneos*, nonnulli *Ægeopotamos* legunt, testante Modio. Nihil verius est, quàm *Ægospotamum* rescribendum, vel *Ægospotamos*, Græcorum formâ. Nam hi communiter αἰγὸς ποταμοὺς vocant, quem fluvium Latini *Ægospotamum*, *Ægospotamos*, vel *Ægos flumen*. Sic αἰγὸς λίμνη, *Capræ fluvius*, aut *Capræ fluvii*; cum sit unicus fluvius.

CAPUT II.

De loco ad pugnam eligendo.

EXEMPLUM I.

M. CURIUS, quia [1] phalangi regis Pyrrhi explicatæ resisti non posse animadvertebat, dedit operam, [2] ut in angustiis confligeret, ubi conferta sibi ipsa esset impedimento.

II. Cn.

1. *Phalangi regis Pyrrhi explicatæ*] Mendosè P. habuit, *phalange:* & statim *explicitæ*.

2. *Ut in angustiis*] Hoc verius,

II. Cn. Pompejus in Cappadocia [1] elegit locum castris editum: unde [2] adjuvante proclivio impetum militum, facilè ipso [3] decursu Mithridatem superavit.

III. C. Cæsar adversus Pharnacem Mithridatis filium dimicaturus, in colle instruxit aciem, quæ res expeditam ei fecit victoriam. Nam pilâ ex edito in subeuntes barbaros emissâ, [4] protinus eos averterunt.

IV. Lucullus adversus Mithridatem & Tigranem, in Armenia majore, apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planum verticem raptim cum copiarum parte adeptus, in subjectos hostes [5] decurrit, & equitatum eorum à latere invasit, [6] aversumque, & eorundem partem peditum perturbantem insecutus, clarissimam victoriam retulit.

V. Ven-

quàm quod in exarato scriptum fuit, *angustis*: Angustiæ viarum sunt στενοχωρίαι, quas in omnibus prœliis observabant veteres. Sic Themistocles hortabatur Aristidem ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχῆσαι. Plutarchus in vitâ, & noster ex. ult.

1. *Elegit locum castris editum*] Sic legendum, non ut alii codices habent, *in castris editum*.

2. *Adjuvante proclivio*] Ultimam literam noster manuscriptus expungit, legitque *proclivi*. *Proclive* pro *proclivium*, ἐπικλινὲς, quod in gloss. *acclive*, exponitur ἐπιῤῥεπῶς ἐπαρθὲν. Elegantius.

3. *Decursu*] P. *discursu*.

4. *Protinus eos averterunt*] Quidam *protenus*, ἀρχαϊκῶς. Cap. 7. *Protenus ad eripiendam classem ducto exercitu suis opem tulit*: quod ubique recipiendum ex libris Scriverianis.

5. *Decurrit*] Veteres *decucurrit*, scribunt; cujus scripturam & ubique confirmat noster Parisiensis. Cato contra Pisonem: *video hâc tempestate concucurrisse omnes adversarios*. Sic *excucurrit* Cæsari, *præcucurri* Comico, & alia: vide Priscianum lib. 10.

6. *Aversumque, & eorundem partem peditum perturbantem insecutus*] Hoc modo lege primum, non *adversumque*; quod rectè vidit ex libris chirographis optimus Modius, quanquam more suo loquendi genus adtextis suis pannis ampliaverit. Deinceps *turbatam* ἀντὶ τοῦ *perturbantem* reposuit; cui nemini hactenus tutum fuit suffragari: quanquam dissentientibus Stevvechio & Palmerio tota fermè periodus judiciis subjecta fuerit; quorum ille commodiùs legendum existumabat, *& eorundem pariter peditem perturbantem*: hic malebat, *& eorundem in arcto peditem perturbantem*, optimâ sanè perturbatione.

1. *Apud*

V. Ventidius adversus Parthos non antè militem eduxit, quàm illi quingentis non amplius passibus abessent; atque ita procursione subitâ adeò se admovit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, cominus applicitus eluderet: quo consilio, quia quandam fiduciæ etiam speciem ostentaverat, celeriter barbaros debellavit.

VI. Hannibal [1] apud Numistronem contra Marcellum pugnaturus, cavas, & præruptas vias objecit à latere; ipsâque loci naturâ pro munimentis usus, clarissimum ducem vicit.

VII. Idem apud Cannas, cum comperisset Volturnum amnem, [2] ultra reliquorum naturam fluminum ingentes auras manè perflare, [3] quæ arenarum & pulveris vortices agerent; sic direxit aciem, ut tota vis à tergo suis, Romanis in ora & oculos incideret: [4] quibus incommodis mirè hosti adversantibus, illam memorabilem adeptus est victoriam.

VIII. Marius adversus Cimbros ac Teutonos constituta die pugnaturus, firmatum cibo militem ante castra collocavit, ut per aliquantum spacii, quo adversarii dirimebantur, exerci-

1. *Apud Numistronem*] *Munistronem* transpositis literis, P. & statim *Vulturnum*: Sed hæc gemina.

2. *Vltra reliquorum naturam fluminum*] Ista flumina Græcis ἄυραις dicta, quæ auras non remittunt. Ab amne Volturno qui veniebat ventus, quod ab Oriente flaret, Volturnum appellarunt indigenæ. Quo nomine notus scriptoribus Romanis fuit.

3. *Quæ arenarum & pulveris vortices agerent*] *Vortices* est vetus & vera lectio, quanquam in Parisiensi *Vertices* excusum fuit: ut *voster*, *voltus*, *vortere*. Sed Fabius auctor est lib. I. cap. 7. primum Scipionem Africanum, *verticem* & *versus* per *e* exarasse, quæ priores per *o* extulêre, *vorticem* & *vorsus*. Elegans porrò loquendi genus & hyperbolicum est, *arenarum & pulveris vortices agere*, quo veteres eodem vel parili modo nonnunquam usi sunt. Sic Aulus Gellius lib. XVI. *montes arenarum* dixit: Lucretius *nebulam pulveris*, & *nimbos arenæ*. Cæterum MS. habet *pulverum*, de quo consulendus erit Priscianus.

4. *Quibus incommodis mirè hosti adversantibus*] Aliter visum fuit legenti Barthio, *quis sibi commodis mirè hosti adversantibus*: quod *mirè* mirè ipsum juvat. Sed non debuerat Vir optimus illud *incommodis*

exercitus hostium potius labore itineris profligaretur: fatigationi eorum deinde incommodum aliud objecit, ita ordinata suorum acie, ut adverso Sole, & vento & pulvere barbarorum occuparetur exercitus.

IX. Cleomenes Lacedæmonius, adversus Hippiam Athenienſem, qui equitatu prævalebat, planiciem in qua dimicaturus erat, arboribus proſtratis impedivit, & inviam equiti fecit.

X. Iberi in Aphrica ingenti hoſtium multitudine excepti, timenteſque ne circumirentur, applicuerunt ſe flumini, quod altis in ea regione ripis [1] profluebat: qui ita à tergo amne defenſi & ſubinde cum virtute præſtarent, incurſando in proximos, omnem hoſtium exercitum ſtraverunt.

XI. Xanthippus Lacedæmonius, ſolâ loci commutatione, fortunam Punici belli convertit: nam [2] cum deſperantibus jam Carthaginenſibus mercede ſolicitatus, animadvertiſſet Aphros quidem, qui equitatu & elephantis præſtabant, colles ſectari: à Romanis autem, quorum robur in peditibus erat, campeſtria teneri, Pœnos in plana deduxit: ubi per elephantos, diſſipatis ordinibus Romanorum, ſparſos milites per Numidas perſecutus, eorum exercitum fudit: ut illam diem terra marique victorem.

XII. Epaminondas dux Thebanorum, adverſus Lacedæmonios directurus aciem, pro fronte ejus decurrere equitibus juſſis, [3] cum ingentem pulverem oculis hoſtium objeciſſet, expectationemque [4] equeſtris certaminis prætendiſſet, circumducto pedite ab ea parte, ex qua decurſus in adverſam hoſtium aciem ferebat, inopinantium terga adortus cecidit.

XIII. Lacedæmonii trecenti contra innumerabilem multitudi-

damnaſſe, quaſi de civitate non ſatis bonâ, ut ipſe ſubjungit. Secus judico, nec aliter immuto.

1. *Profluebat*] P. *præfluebat*.

2. *Cum deſperantibus*] Fortè melius, *cum à deſperantibus*, &c.

3. *Cum ingentem pulverem*] Lib. IV. cap. 7. *Pulvis, quem pecora excitaverunt*, &c.

4. *Equeſtris certaminis*] *Noſtri* P.

1. *An-*

titudinem Persarum, Thermopylas occupaverunt, quarum angustiæ non amplius, quam parem numerum cominus pugnaturum, poterant admittere: eâque ratione quantum ad congressus facultatem, æquati numero barbarorum, virtute autem præstantes, magnam eorum partem occiderunt: nec superati forent, nisi per proditorem Ephyaltem Trachiniam circumductus hostis, à tergo eos oppressisset.

XIV. Themistocles dux Atheniensium, cum videret utilissimum Græciæ, adversus multitudinem Xerxis navium, in 1 angustiis Salaminiis decernere, idque persuadere civibus non posset, solertia effecit, ut à barbaris ad utilitates suas Græci compellerentur: simulatâ namque proditione, misit ad Xerxem, qui indicaret populares suos de fuga cogitare, difficilioremque rem ei futuram, si singulas civitates obsidione aggrederetur. Qua ratione effecit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in statione custodia est: deinde, ut sui manè integris viribus, cum dictis barbaris 1 vigiliâ marcentibus confligerent, loco ut voluerat arcto, in quo Xerxes multitudine qua præstabat, uti non posset.

1. *Angustiis Salaminiis*] *Salaminis* in Vet. P. ἐν τοῖς στενοῖς τῆς Σαλαμῖνος. Sed istud placet. Statim: *solertia effecit*, in membranis, *efficit*; præsens pro præterito, ut paulò pòst. *Solertia* est consilium, sive σοφία καὶ στρατηγία, ut habet Polyænus.

2. *Vigiliâ marcentibus*] *Marcidis* habuit noster MS. Tacitus Annal. VII. *Libidinosis vigiliis marcidus.* Apulejus, III. Mil. *Luminibus meis vigiliâ marcidis.*

CAPUT III.

De acie ordinanda.

EXEMPLUM I.

CN. SCIPIO in Hispania, adversus Hannonem ad oppidum Indibile, cum animadvertisset Punicam aciem ita directam, 1 ut in dextro cornu Hispani constituerentur, robu-

1. UT *in dextro cornu Hispani constituerentur, robustus quidem miles*] Robustum militem, quia Hispani gens bellicosa apud Li-

robuſtus quidem miles, ſed qui alienum negotium ageret: in ſiniſtro autem Aphri minus viribus firmi, ſed animi conſtantioris, reducto ſiniſtro latere, ſuorum dextro cornu, quod validiſſimis militibus extruxerat, obliquâ acie cum hoſte conflixit. Deinde, fuſis fugatiſque Aphris, Hiſpanos, qui in receſſu ſpectantium more ſteterant, facilè in deditionem compulit.

II. Philippus Macedonum rex, adverſus Illyrios gerens bellum, ut animadvertit frontem hoſtium ſtipatam, electis de toto exercitu viris, latera infirmiora, fortiſſimis ſuorum in dextro cornu collocatis, ſiniſtrum latus hoſtium invaſit, turbatâque acie totâ, [1] victoriam profligavit.

III. [2] Permenes Thebanus, conſpecta Perſarum acie, quæ robuſtiſſimas copias in dextro cornu collocatas habebat, ſimili ratione & ipſe ſuos ordinavit, omnemque equitatum & fortiſſimum quemque peditum in dextro cornu, infirmiſſimos autem contra fortiſſimos hoſtium poſuit, præcepitque ut ad primum impetum eorum ſibi fuga conſulerent, & [3] in ſilveſtria confragoſaque loca ſe reciperent: ita fruſtrato robore exercitus, [4] ipſe optimâ parte virium ſuarum, (dextro cornu,) totam circuit aciem hoſtium, & evertit.

IV. P. Cor-

Livium. Florus lib. II. cap. 6. *bellatricem viris armisque nobilem Hiſpaniam* vocat.

1. *Victoriam profligavit*] Id eſt, conſummavit. Tacitus II. Hiſtor. *Profligaverat bellum Hiſpanicum Veſpaſianus.* Auguſtus in Ancyrano Marmore: *Cœpta profligataque opera à patre meo perfeci.* Gloſſæ Cyrilli: καταπονῶ, *profligo, conficio.* Aliæ: πεπωρεμένος, *conſummatus, profligatus.*

2. *Permenes*] P. *Parmenes:* quæ minimè mihi arridet lectio, nec mutatam velim aut rejectam, quæ edita eſt, cum & melior ſit, & plures habeat fautores libros vetuſtiſſimos.

3. *In ſilveſtria confragoſaque loca*] Sic ſtatim infrà exemplo 7. *In colle confragoſo*, & ſub finem hujus capitis, *perduceret hoſtes in confragoſa loca*, & alibi ſæpius.

4. *Ipſe optimâ parte virium ſuarum, dextro cornu*] Illud *dextro cornu* incluſum è gloſsâ eſſe, ſuſpicantur Stevvechius & Scriverius.

1. *Fir-*

IV. P. Cornelius Scipio, cui postea Aphricano cognomen fuit, adversus Hasdrubalem ducem Pœnorum in Hispania bellum gerens, ita per continuos dies ordinatum produxit exercitum, ut media acies fortissimis fundaretur: sed cum hostes quoque eadem ratione assiduè ordinati procederent, Scipio eo die, quo statuerat decernere, commutavit instructionis ordinem, & 1 firmissimos, id est legionarios, in cornibus collocavit, ac levem armaturam in media acie, sed 2 retractatam: ita cornibus, quibus ipse prævalebat, infirmissimas hostium partes 3 lunatâ acie aggressus facilè fudit.

V. Metellus in Hispania, eo prœlio quo Herculejum devicit, cum comperisset cohortes ejus, quæ validissimæ vocabantur, in media acie locatas, ipse mediam suorum aciem reduxit, ne eâ parte antè cum hoste confligeret, quàm 4 cornibus confligatis medios undique circumvenissent.

VI. Artaxerxes adversus Græcos, 5 qui Persidem intraverant,

1. *Firmissimos, id est, legionarios*] Vide quæ suprà notamus. Vetus Glossarium, Ταγματικὸς, *legionarius*. Ibidem mendosè est Τάγμα, τὸ σραπωλικὸν σημεῖον, *Vexillum*: Lego, Τάγματος σραπωτικὸν σημεῖον. Nihil certius, quod ad emendationem adduximus.

2. *Retractatam*] Scribunt, *retractam*: Nihil mutamus. Paulus mutilator Festi *rorarios* appellat, *qui levi armatura primi prælium committebant*. Glossarium: *rogarii*, ἀκροβολισῶ. Malè legit *rogarii*, pro *rorarii*. Nam ut ante imbrem ferè rorare solet, sic illi, ante gravem armaturam quod prodibant, rorarii dicti sunt.

3. *Lunatâ acie*] Parisiensis legit, *limata*. Illud retineo, quanquam *limatam* dicebant etiam veteres. *Lunata* est in modum lunæ disposita & ordinata. Julius Pollux: Σελήνης σχήματα, μηνοειδὴς, ἀμφίκυρτος, ἡμίτομος, πανσέληνος. Onosander in Strategico: τοῦ δ' ἐνὶ τοῖς εἰς τὸ μέσον κόλπις ἡμιωοειδὴς ἀντιπαρατεθῶσι σύαντος ἱστάτω καὶ μὴ σραγέτω. Libro I. cap. 5. *Vallum in ripa ejus in modum cavæ lunæ duxit*.

4. *Cornibus confligatis*] Modius, *profligatis*.

5. *Qui Persidem*] Restituenda lectio vetus, *Persidam*. Et sic in editione nostrâ Parisiensi legebatur, Περσίδα, pro *Persidem*. *Persida* quippe & *Persis* dicebatur particularis Persarum regio, quæ non περσικὰς πόλεις sed πόλεις Περσίδος complectebatur. Ex quarto casu Græcorum, τὴν Περσίδα factus est Latinis primus, *hac Persida*, ut in aliis sexcentis.

1. *In*

verant, cum multitudine ſuperaret, latius quàm hoſtes acie inſtructâ, in fronte equitem, levemque armaturam in cornibus collocavit; atque ita ex induſtria lentius procedente media acie, copias hoſtium cinxit, cecîditque.

VII. Contrà Hannibal ad Cannas reductis cornibus, productaque media acie, noſtros primo impetu protruſit. Idem conſerto prœlio, paulatim invicem ſinuantibus, procedentibuſque ad præceptum cornibus, avidè inſequentem hoſtem [1] in mediam aciem ſuam recepit, & ex utraque parte compreſſum cecîdit, veterano & diu edocto uſus exercitu: hoc enim genus ordinationis exſequi, niſi peritus, & ad omne momentum reſpondens miles, vix poteſt.

VIII. Livius Salinator & Claudius Nero, cum Haſdrubal bello Punico ſecundo decertandi neceſſitatem evitans, in colle confragoſo poſt vineas aciem direxiſſet, ipſi [2] reductis in latera viribus, vacuâ fronte ex utrâque parte circumvenerunt eum; atque ita aggreſſi ſuperaverunt.

IX. Hannibal, cum frequentibus prœliis à Claudio Marcello ſuperaretur, noviſſimè ſic caſtra metabatur, ut aut montibus, aut paludibus, aut ſimili locorum aliqua opportunitate adjutus, aciem eo modo collocaret, ut vincentibus quidem Romanis, penè indemnem recipere poſſet intra munimenta exercitum; cedentibus autem, inſtandi liberum haberet arbitrium.

X. Xanthippus Lacedæmonius in Aphrica adverſus M. Attilium Regulum levem armaturam in prima acie collocavit, in ſubſidio autem robur exercitus; præcepitque auxiliaribus, ut emiſsis telis cederent hoſti; & cum ſe intra ſuorum ordines recepiſſent, confeſtim in latera diſcurrerent, & à cornibus rurſus erumperent, exceptumque jam hoſtem à robuſtioribus, & ipſi circumirent.

XI. Sertorius idem in Hiſpania adverſus Pompejum fecit.

XII. [1] Clean-

1. *In mediam aciem*] *In* abeſt omnibus antiquis.

2. *Reductis in latera viribus*] P. *deductis* &c.

1. *Clean-*

XII. 1 Cleandridas Lacedæmonius adversus Lucanos densam instruxit aciem, ut longè minoris exercitus speciem præberet: 2 securioribus inde hostibus, in ipso certamine diduxit ordines, & à lateribus circumventos eos fudit.

XIII. 3 Gastron Lacedæmonius, cum in auxilium Ægyptiis adversus Persas venisset, & sciret firmiorem esse Græcum militem, magisque à Persis timeri, commutatis armis Græcos in prima posuit acie, & cum illi æquo Marte pugnarent, submisit Ægyptiorum manum: Persæ cum Græcis, quos Ægyptios opinabantur, restitissent, superveniente multitudine, quàm ut Græcorum expaverant, cesserunt.

XIV. Cn. Pompejus in Albania, quia hostes & numero & equitatu prævalebant, juxta collem in angustiis protegere galeas, ne fulgore earum conspicui fierent, jussit: equites deinde in æquum procedere, 4 ac velut prætendere peditibus; præcepitque eis, ut ad primum impetum hostium refugerent; & simulac ad pedites ventum esset, in latera discederent: 5 quod ubi explicitum est, patefacto loco subita peditum surrexit acies, invectosque temerè hostes, inopinato interfusa prœlio cecîdit.

XV. M. Antonius adversus Parthos, qui infinita multitudine sagittarum exercitum ejus obruebant, subsidere suos, & testudinem facere jussit; supra quam transmissis sagittis, sine militum noxa exhaustus est hostis.

XVI. Hannibal adversus Scipionem in Aphrica, cum habe-

1. *Cleandridas*] Perperam *Cleandrias* vocatur hic in quibusdam vulgò editis. Statim cum Scriverio lege *Lucanos*, ut edidimus: Vulgò pessimè *Lycaonas*.

2. *Securioribus inde hostibus*] *Securis* P. Lego, *securis deinde hostibus*: & sic sæpius.

3. *Gastron*] Ita benè Scriverius; cum esset *Castronius* in proletariis.

4. *Ac velut prætendere peditibus*] Ante tendere, quod verbum castrense. Hyginus Gromat. *Exploratores in strigâ cohortis primæ prætendant*. Lego: *primi prætendant*. D. Ambrosius: *tanquam in procinctu positus præludit prælium, & velut coram posito prætendit hoste*.

5. *Quod ubi explicitum est*] *Displicitum*. P. & deinceps *consurrexit*, optimâ correctione.

1. *Et*

haberet exercitum ex Pœnis & auxiliaribus, quorum pars non ſolum ex diverſis partibus, ſed etiam ex Italicis conſtabat, poſt elephantos octoginta, qui in prima fronte poſiti hoſtium turbarent aciem, auxiliares Gallos, & Ligures, 1 & Baleares Mauroſque poſuit, ut non fugere poſſent, Pœnis à tergo ſtantibus, & hoſtem oppoſiti ſi non infeſtarent, ac certe fatigarent, tum ſuis & Macedonibus, qui jam feſſos Romanos integri exciperent, in ſumma acie collocatis noviſſimos Italicos conſtituit, quorum & timebat fidem, & ſegnitiem verebatur, quoniam pleroſque eorum ab Italia invitos extraxerat. 2 Scipio adverſus hanc formam, robur legionis,

1. *Et Baleares Mauroſque*] Plurimi, *barbaros Mauroſque*; quaſi non omnes ſint æquè barbari. Livius in hiſtoriâ: *Hannibal ad terrorem primum elephantos* (LXXX. *autem erant, q. n. v. i. a. a. h.*) *inſtruxit; deinde auxilia Ligurum Gallorumque Balearibus Mauriſque admiſtis.*

2. *Scipio adverſus hanc formam*] Malè Polybium aſſequutus eſt in illâ pugnâ deſcribendâ: vel ſi Livium aliis verbis expreſſit, eundem errorem ab eo quem imitabatur, mutuatus eſt, dum ita ſcripſit: *Scipio adverſus hanc formam, robur legionis triplici acie in fronte ordinatum, per haſtatos & principes & triarios oppoſuit, nec continuas conſtruxit cohortes, ſed manipulis inter ſe diſtantibus ſpatium dedit.* Quomodo per *continuas cohortes* potuiſſet tunc aciem ordinare Scipio, cum nondum in cohortes legio divideretur, & mos militiæ perpetuus eo tempore exigeret aciem inſtrui manipulis inter ſe diſtantibus, ſed alio modo quàm tum ea diſponi voluit Scipio? Hoc enim ſolo receſſit ab ordinandi vulgato uſu, quod directa per aciem haſtatorum & principum intervalla uno ductu ac tenore pettulit, cum aliter diſponi ſolerent. Fefellit Livium, fortè & Frontinum, vox Græca σπεῖρα, quæ apud Polybium non aliud ſignificabat, quàm manipulum centum & viginti militum, cum vulgò apud Græcos Scriptores illius ævi *cohortem* deſignaret ſexcentis hominibus conſtantem. Sed nec ſcio quid illud ſit, quod à Frontino ſcriptum eſt: *robur legionis triplici acie in fronte ordinatum, per haſtatos, principes & triarios?* In fronte quidem ordinabantur haſtati, qui & primi pugnabant: ſed principes qui ſecundam aciem conſtituebant, & triani, qui tertiam, non poſſunt dici unà cum haſtatis in fronte ipsâ ordinati. Livius lib. VIII. de *haſtatis* dicit, *primam eos frontem habuiſſe juvenum pubeſcentium ad militiam.* Si prima frons haſtatorum fuit, non etiam quæ ſequebantur acies principum

gionis, triplici acie in fronte ordinatum per haſtatos & principes & triarios oppoſuit, nec continuas conſtruxit cohortes, ſed manipulis inter ſe diſtantibus ſpacium dedit, per quod elephanti ab hoſtibus acti facilè tranſmitti ſine perturbatione ordinum poſſent: ea ipſa intervalla expeditis velitibus implevit, [1] ne interluceret acies; dato eis præcepto, ut ad impetum elephantorum, [2] vel retro, vel in latera concederent. Equitatum deinde in cornua diviſit, & dextro Romanis equitibus Lælium, ſiniſtro Numidis Maſiniſſam præpoſuit: quæ tam prudens ordinatio, non dubiè cauſſa victoriæ fuit.

XVII. Archelaus adverſus [3] L. Syllam, in fronte ad perturpum & triariorum in primâ fronte aciei conſtitiſſe putandæ ſunt. Sed & illud falſum quod ait, *robur legionis in primâ fronte collocatum.* Hic iterum cogitavit ſui ævi militiam & ordinationem, quæ robur legionis in primâ fronte collocabat. Contrarium uſu receptum fuit apud veteres bellatores, qui robur legionis in poſtremâ acie collocabant. Sed hæc hactenus.

1. *Ne interluceret acies*] Hoc non habet neque Polybius, neque ex eo Livius. Sed Frontinus ad ætatis ſuæ morem reſpiciens, quo interlucere non debebat acies, nullis inter ordines aperiri ſolitis viis, ideo hanc cauſam retulit, cur Scipio intervalla ordinum in acie à ſe ordinatâ replenda curaverit velitibus. Atqui ex arte quæ tunc obſervabatur, id ille factitavit. Viæ illæ patentes inter manipulos relinqui ſolitæ, vulgo velitibus ac levi armaturæ aſſignabantur, ut inde primo conflictu contra hoſtem emitti poſſent. Quod cum feciſſent, rurſus aut per eadem intervalla ſe recipiebant, aut in latera diſcurrebant, ut locum darent haſtatis in primâ acie poſt velites ac levem armaturam pugnaturis: Polybius; τὰ δ' Λαστήμαθα τῶν πεζῶν σημαιῶν ἀνεπλήρωζε τοῖς τῶν γρόζφομάχων ἀστείαις, πτερυγείλας τάξεις προκινδυνεύειν. Et benè προκινδυνεύειν, quod proprium vetitum fuit, qui primi præliabantur. Inde quatuor hiſce nominibus Polybio vocantur, δόζωνοι, γρόζφόμαχοι, προκινδυνεύοντες & πρόπτερυγεῖς, quæ perperam in verſione paſſim viro ſummo Iſaaco Caſaubono confunduntur.

2. *Vel retro vel in latera*] Pariſ. & alii: *rectà vel in latera concederent*: quod manavit à Livio, in quo eſt: *ut ad impetum elephantorum aut poſt rectos refugerent ordines, aut in dextram lævamque diſcurſu, applicantes ſe anteſignanis viam quà irruerent, in ancipitia tela belluis darent.*

3. *L. Syllam*] *Scyllam*, in quibuſdam

turbandum hostem [1] falcatas quadrigas locavit, in secundâ acie phalangem Macedonicam; in tertiâ, Romanorum more, armatos auxiliares, mixtis fugitivis Italicæ gentis, [2] quorum pernicitati plurimum fidebat; levem armaturam in ultimo statuit. In utroque deinde latere equitatum, cujus amplum numerum habebat, circumeundi hostis caussâ posuit. Contra hæc Sylla fossas amplæ latitudinis in utroque latere duxit, & capitibus earum castella communivit: quâ ratione, [3] ne circumiretur ab hoste, & peditum numero, & maximè equitatu superante, consecutus est. Triplicem deinde peditum aciem ordinavit, relictis intervallis, per levem armaturam, & equitatum, quem in novissimo collocaverat, [4] ut cum res exegisset, emitteret eum: [5] tum prosignanis, qui in secundâ acie erant, imperavit, ut densos numerososque palos firmè in terram defigerent; intraque eos, appropin-

busdam corruptum est & ineptum.

1. *Falcatas quadrigas*] Ita retinendum; & nihil tam notum est, quàm *falcatæ quadrigæ* apud auctores bellicos. Lucretio sunt *falciferi currus*; Græcis δρεπανοφόρα. Quare τὸ *factas* in Vet.P. positum, eliminamus.

2. *Quorum pernicitati*] *Pervicaciæ* alii, & fortasse rectè: Desperatione enim veniæ verisimile est, tales Italicos fuisse.

3. *Ne circumiretur ab hoste*] Nepos noster Datame: *Locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, &c.* Sic *circumiri multitudine*, Themistocle dixit. Et Cicero, *circumiri belli fluctibus.* In sequentibus lego: *propter levem armaturam.*

4. *Vt cum res exegisset, emitteret eum*] Lego: *ut cum res exegisset, emitteretur.* Hoc novum inventum Syllæ plurimi veterum laudarunt. In antiquâ ordinatione ob aliam causam & aliter intervallis distincta acies. Jul. Africanus in libris qui nondum sunt editi *de re Bellicâ* caput habet περὶ ἀποτομῶν ἢ διαστημάτων τῆς φάλαγγος. In eo multa miranda secundum τακτικὴν.

5. *Tum prosignanis*] *Tum postsignanis* quidam: & ita planè legendum. *Prosignanos*, perperam pro antesignanis accipiunt: non enim in secundâ acie. Atqui paulò pòst etiam *antesignanorum* meminit, ut nos verissimè emendamus. Omnes qui ante signa pugnabant, primam aciem constituebant, & *antesignani* erant; cæteri *postsignani*: Hi totam aciem constituebant. Et fallitur vir doctus, qui *subsignanos* pro secundis habet, & in secundâ acie pugnantes, quam ex

pinquantibus quadrigis, [1] ante ſigna noſtra aciem recepit: tum demum ſublato univerſorum clamore velites & levem armaturam ingerere tela juſſit: quibus factis quadrigæ hoſtium aut implicitæ palis, aut exterritæ clamore teliſque in ſuos converſæ ſunt, turbaveruntque Macedonum inſtructuram: quâ cedente cum Sylla ſtaret, & Archelaus equitem oppoſuiſſet, Romani equites ſubitò emiſſi, averterunt eos, conſummaruntque victoriam.

XVIII. C. Cæſar, Gallorum falcatas quadrigas eâdem ratione palis defixis excepit inhibuitque.

XIX. Alexander ad Arbela, cum hoſtium multitudinem vereretur, virtuti autem ſuorum fideret, [2] aciem in omnem partem ſpectantem ordinavit, ut circumventi, undique pugnare poſſent.

XX. [1] Æmi-

ex Livio colligit præcipua & plurima ſigna habuiſſe. Nobis aliud videtur, quamvis hæc maximè confuſa ſint in veterum hiſtoriis.

1. *Ante ſigna noſtra aciem recepit*] Puto legendum: *anteſignanorum aciem recepit*. Cum poſtſignanis ſecundam aciem aſſignet, apparet, anteſignanis primam tribuiſſe. Per anteſignanos autem intellige velites & levem armaturam.

2. *Aciem in omnem partem ſpectantem*] Quintus Curtius *verſatilem* vocat lib. IV. in eâdem narratione. Sed egregiè vir doctus ad illum fallitur animo, qui ἀμφίστομον fuiſſe putat, de quâ Heſychius: Ἀμφίστομον· φάλαγξ, ἡ τὰς ἡμίσεις ἔχουσα ἀντιπεπυγμένας. Nihilo minus. Hæc acies *in omnem partem ſpectans*, πλινθίον eſt, ſive τετράγωνον πόλις ut à Sextio Philoſopho vocatur, cujus Seneca meminit Ep. LIX. qui *quadratum agmen* Latinè vocat, ut etiam τετράγωνον πορείαν Onoſand. & alii veterum. Quidam melius τετράστομον vel τετράπλευρον, quod à quatuor lateribus armatos in hoſtem converſos haberet. Hujuſmodi πλινθία ſive quadratas acies in omnes partes ſpectantes Græci poſteriori ævi ſub Conſtantinopolitano Imperio, quando ex peditibus atque equitibus exercitum compoſitum habebant, quam σύμμικτον πάξιν vocabant, id eſt, miſcellam ordinationem, à tergo peditum collocare conſueverant ſub nomine νωτοφυλάκων. Eorum forma πλαγίου nomine vocatur: nam πλάγιον propriè eſt quadratum oblongum lignum, in quo formantur lateres ſive πλίνθοι. Inde Grammatici πλινθίον interpretantur ξύλον τετράγωνον ἑτερόμηκες, formam quadratam oblongam; quomodo &

XX. 1 Æmilius Paulus adversus Persen Macedonum regem, cum phalangem suorum duplicem, mediam in partem direxisset, eamque levi armaturâ cinxisset, & equitem in utroque cornu collocasset; 2 triplicem aciem cuneis instruxit: inter quos subinde velites emisit. Quo genere cum profligari nihil videret, cedere instituit, ut hac simulatione perduceret hostes in confragosa loca, quæ ex industriâ captaverat. Cum sic quoque suspectâ calliditate recedentium, sequeretur ordinata phalanx, equites à sinistro cornu præter ora phalangis jussit transcurrere, citatis equis tectos, ut objectis armis ipso impetu perfringerent hostium spicula: quo genere telorum 3 exarmati Macedones solverunt aciem, & terga verterunt.

XXI. Pyr-

πλαύσιον interpretantur. Alii tamen, ut Arrianus, πλινθίον quadratum æquilaterum faciunt, & eo nomine à πλαισίῳ distinguunt, quod πλαύσιον sit, ὁπόταν πρὸς πάσας τὰς πλευρὰς παραλλάξῃ τις οὐ ἐπερομήκη σχήματι. Hæc necessario sunt interstinguenda.

1. *Æmilius Paulus*] *Æmilius* reticetur in plerisque antiquis.

2. *Triplicem aciem cuneis instruxit*] *Cuneos* appellavit, manipulos viis disseptos à cuneorum theatralium forma, quæ sedilium loca erant viis & canalibus interjectis separata, quibus non dissimiles manipuli inter se distantes, per interpositas vias quibus dispescebantur. Aliàs *cuneus* apud Tacticos forma est catervæ militum in trigonum ordinatæ, de quâ non hic intellexit Frontinus, qui manipulos à manipulis viâ interpositâ separatos ita vocavit, ut mos fuit fieri in antiquâ militiâ. Ideo & velites inter eos cuneos subinde emissos memorat, quod inter manipulos intervallis distinctos fieri solebat. Et sic Scipio in acie quâ cum Hannibale conflixit velitibus ea intervalla ordinum complevit. Hæc manipulatim sive cuneatim instructa ordinatio, ac brevibus manipulis velut intercisa, præstabat ut acies in omnes partes versatilis esset, laxari & comprimi facilis propter intervalla, quibus erat distincta. Egregia ad hanc rem signandam verba Polybii sic legenda & emendanda: Οὔσης γὰρ ἀμφοτέρου τοῦ Ρωμαίων τάξεως τῶν ἀνδρῶν σύνεβη καὶ κοῦφοι καὶ βαρεῖς μέρη μάχεσθαι πρὸς πάσας τὰς ἐπιφανείας, ἀμφὶ τὴν μιᾶς συνάψεως ἀεὶ ἴγγιστα τοῦ δεινοῦ σημαινῶν συνεπιστρεφόμενον πρὸς τὸ δεόμενον. Vulgò malè lectum, οὔσης γὰρ ἀμφοτέρου. Nam certè τὸ ἀμφότερον in acie cum vitio fit. Quod tu me primum docere facis Vir omni laude major, sed deplorando literatorum fato pridem erepte Claudi Salmasi.

3. *Exarmati*] Hoc omnino verum

XXI. Pyrrhus Epirotarum rex 1 pro Tarentinis apud Asculum, 2 secundùm Homericum versum, quo pessimi in medium recipiuntur, dextro cornu Samnitas Epirotasque, sinistro Brutios atque Lucanos cum Salentinis, in mediâ acie Tarentinos collocavit, equitatum & elephantos in subsidiis esse jussit. Contra Coss. aptissimè divisis in cornua equitibus, legiones in primâ acie & in subsidiis collocarunt, & his immiscuerunt auxilia. Utrinque quadraginta millia constat fuisse: Pyrrhi dimidia pars exercitûs amissa, apud Romanos quinque millia desiderata sunt.

XXII. Cn. Pompejus adversus C. Cæsarem 3 Palæopharsali triplicem instruxit aciem, quarum singulæ denos ordines haberent 4 in latitudinem. Legiones secundùm virtutem

rum est; & perperam in exemplaribus aliis *armati* ἀντὶ τῶν ἀφοπλιζωμένων, excusum est.

1. *Pro Tarentinis*] *Tarantinis* in optimis membranis exaratum fuit, ex antiquâ scripturâ, ut *Picans* pro Picens, & alia, de quibus suprà.

2. *Secundùm Homericum versum*] Exstat Iliad. Δ.

—— κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν,
Ὄφρα καὶ οὐκ ἔθελέν τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.

Vide præcedentia & Ammianum libro XXIV.

3. *Palæopharsali triplicem*] Cum in libris Frontinianis variantem hoc loco lectionem impegisset doctiss. Modius; nulla potuit judicio suo satisfecisse; & quod in aliis *palestrialis*, in aliis *palæpharsali* repererit, ipse ut mera ænigmata fatetur rejicienda. Quis non vidit optimam scripturam restitui debere, *Palæopharsali*, vel *Palæpharsali*, quam rectè jam obtinere voluerunt viri docti. Græci antiquam urbem vocabant παλαιόπολιν, unde specialiter posteà urbes, locique istud prænominis sortiti sunt. Strabo lib. XVI. μετὰ τὴν Τύρον ἡ παλαιτέρα ἐν τριάκοντα σταδίοις. Post Tyrum dicit esse antiquam Tyrum, sive Græcorum voce Palætyron, quam vocem & retinuit Curtius in Tyriorum descriptione, Alexandrum recipere recusantium. Sic *Palæpharsalus* sive *Palæopharsalus*, est antiqua Pharsalus, sive vetus urbs in regione ad Pharsalum, extra quam triplicem aciem Cæsar instruxit. Florus *Pharsaliam* memorat in eâdem historiâ, pro regione nimirum ad Pharsalica, vel forsan ipsâ urbe Pharsalo. Quod secundùm morem suum est, & nimis solutum.

4. *In latitudinem*] Doctissimo Lipsio molestus Frontini locus & suspectus; ut qui *in altitudinem* malit apud eum scribi, quàm *latitudinem*. Et explicat alibi totum

tutem cujusque firmissimas in cornibus, & in medio collocavit, spacia his interposita tyronibus supplevit, dextro latere sexcentos equites, 1 propter flumen Enipeum, quod & alveo suo & alluvie regionem impedierat, reliquum equitatum in sinistro cornu cum auxiliis omnibus collocavit, ut inde Julianum exercitum circuiret. Adversus hanc ordinationem Julius Cæsar & ipse triplici acie, dispositis in fronte legionibus, sinistrum latus, ne circuiri posset, admovit paludibus. In dextro cornu posuit equitem, cui velocissimos miscuit peditum, & ad morem equestris pugnæ 2 exercitatos, 3 sed deinde cohortes in subsidio retinuit, ad res subitas: sed dextro latere conversas in obliquum, unde equitatum hostium expectabat, collocavit: nec ulla res ad victoriam plus eo die Cæsari contulit: effusum namque Pompeji equitatum 4 inopinato subinde lati excursu averterunt, cædendumque tradiderunt.

XXIII. 5 Imperator Cæsar Germanicus, cum subinde 1 Catti

hunc locum accuratè juxta rationem polemicam.

1. *Propter flumen Enipeum, quod*] Ita libri meliores; omninò rectè. Lucanus lib. VII.

Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus.

Enipeam vitiosè dederunt Parisienses, mutato relativo: & statim *Julianum* omiserunt, quam vocem nunc ex aliis supplevimus.

2. *Exercitatos*] *Exercitos* in schedis chirographis.

3. *Sed deinde cohortes*] Lege cum Modio & Stevvechio, *sex deinde cohortes*. Nihil verius. Nam palam Plutarchus in Cæsare: *ab extremo agmine sex cohortes*. Et in Pompejo: *cohortes sex ex ultimis aut subsidiariis*. Sic in sequentibus, *sex dextro latere, &c.*

4. *Inopinato subinde lati excursu*] Stevvechius *elati*.

5. *Imper. Cæs. Germanicus*] Libri veteres cum augmento: *Imp. Cæs. Aug. German.* Ita scripsit non ipse Frontinus, sed rescripsêre correctores ex antiquis numismatis. Nummus argenteus, qui penes me est: IMP. CÆS. AUGUSTUS. GERMAN. *Dacium* & *Germanicum* cognomina ex devictis gentibus reportâsse testis Juvenalis:

—— cum lance beatâ
Dacicus, & lato splendet Germanicus auro.

Ubi perperam *lato* in nostro codice excusum. Porrò nullus nummus exstat, nullum monimentum, in quo Dacici cognomen sit. At Germanicus sæpissimè in ejus nummis legitur: quod cognomen non habet

1 Catti equestre prœlium, in silvas refugiendo diducerent: jussit suos equites, simul atque ad impedimenta ventum esset, equis desilire, pedestrique pugnâ confligere: quo genere consecutus est, 2 ne quis non locus ejus victoriam miraretur.

XXIV. C. Duillius, cum videret graves suas naves 3 mobilitate Punicæ classis 4 eludi, irritamque virtutem militum fieri, excogitavit 5 manus ferreas, quæ ubi hostilem appre-

bet nisi jam consul decies. Sanè in XI. & XIV. Consulatu nummi habent tropæum cum inscriptione, GERMANIA. CAPTA.

1. *Catti*] Cæsari Germanico laudem suam eripuerunt, qui novum hominum genus *Catios κατ' ἀνιφορησίαν* supposuerunt. Suetonius: *Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario: sponte in Cattos; necessario unam in Sarmatas, legione cum legato simul cæsâ.* Sequitur: *De Cattis Dacisque post varia prælia, duplicem triumphum egit.* Alludit Martialis —— *ex Cattis gloria tota tua est*: quomodo ibidem reponendum, pro *Dacis*, monuit olim Just. Lipsius in suis epistolicis. Alii *Cateos* legendum hoc loco rati sunt; quorum fides æquè lubrica est. Sequitur *diducerent*, & hoc placet, pro Stevvechiano *ducerent*, vel aliorum *reducerent*; quod & in P. & quibusdam melioris notæ offendimus.

2. *Ne quis non locus ejus vict. mir.*] Victoriam ad multos dies remorati videbantur Catti, cum ad sylvas & luca ardua, impedita sæpius sese reciperent. Quare non dubita *τοῦ non* omisso cum doctis legere; *ne quis locus ejus Victoriam miraretur*: & hoc placet.

3. *Mobilitate Punicæ classis*] Perperam *nobilitate* scriptum invenio in nostris membranis. Respexit fabrifacturam, cujus opere lignario maximè claruerunt Pœni; unde multa fabricæ ligneæ opera ab ipsis nominata, ut *naves Punicæ*, item *lecti Punici* apud Plin. XXX. 11. *fenestræ Punicanæ* Varroni, & *torculare Punicum* eidem, & *coagmenta Punicana*, quæ fideliter hærebant, nec hiascebant, apud Catonem. Erant enim omnia magis mobilia & utensilia; & ipsi Pœni mobiles in opere manuario.

4. *Eludi*] Vetera excusa legunt *erudi*: Corruptè.

5. *Manus ferreas*] Hoc inventum C. Duillio à Polybio etiam, & plerisque scriptoribus antiquis tribuitur. Græci vocant eodem modo *χείρας σιδηρᾶς*. Zonaras lib. II. de Duillio: *μηχανὰς ἐπὶ τῶν τριήρων, ἀγκύρας τε καὶ χείρας σιδηρᾶς κατεσκεύασεν.* Ubi *anchoras* vocat ob eandem formam, quas plerique Veterum melius appellant *harpagones*. Corrigendus obiter JCt. in l. 12. §. 21. de Instr. Legat. apud quem mendosè *arpagones & amas* legitur, pro *harpagones* & *hamos*, quanquam prius vestigium sapiat antiquæ scripturæ. Plerique etiam

apprehenderent navem, ſuperjecto ponte, 1 tranſgrediebatur Romanus, & in ipſorum ratibus 2 cominus eos trucidabat.

harpagones ἐκ χεῖρας σιδηρὰς diſtinxêre. Quod & Cæſar indicat his verbis: *manus ferreas atque harpagones paraverant*; quæ duo Curtius tamen confundit lib. IV. cap. 2. *Ferreæ manus, harpagones vocant*; & deſcribit Dio lib. XXIV. ἁρπάγας τε ἕτερα ἔχουσαι, καὶ καθίεντο ἐξαπιναίως καὶ ἀνέσπων διὰ βραχέος. Addit auctor de Vir. Illuſtrib. primò *corvos* appellatas, in vita Duillii; quod fortaſſis gloſſema eſt, ut ſuſpicantur ad iſtum locum correctores.

1. *Transgrediebatur Romanus*] Pro *Romani transgrediebantur*. Χρήσις Romana, quæ paſſim obvia legentibus Florum & Romanos. Varro: *Romanus ſedendo vincit*. lib. I. de R. R. cap. 2.

2. *Cominus eos trucidabat*] Meliùs & figuratè P. *trucidabant*. Porrò ſimile quid narrat Appianus in pugnâ Menodori cum Menecrate: ἐπὶ τᾶς ναῦς καταῤῥάκτας ἐῤῥίπτουν ἐς τὸ ἐπιέναι δι' αὐτῶν. Vegetius: *Qui de virtute præſumunt, admotis liburnis, pontibus in adverſariorum tranſeunt naves, ibique gladiis manu ad manum cominus dimicant*.

CAPUT IV.

De acie hoſtium turbandâ.

EXEMPLUM I.

PAPYRIUS Curſor, filius Conſulis, cum æquo Marte 1 adverſus obſtinatos Samnites concurreret, ignorantibus ſuis præcepit Spurio Naucio, ut pauci calones, & agaſones mulis inſidentes, ramoſque per terram trahentes, à colle tranſverſo magno tumultu decurrerent: quibus proſpectis proclamavit victorem adeſſe collegam, ut occuparent ipſi præſentis prœlii gloriam: quo facto, & 2 Romani fiduciâ concitati propulêre, propulſi terga vertêre.

II. F. Rutilius Maximus quarto Cos. in Samnio, omni modo fruſtra conatus aciem hoſtium perrumpere, noviſſimè haſtatos ſubduxit ordinibus, & cum Scipione * legato ſuo

1. *ADverſus obſtinatos Samnites*] *Samnitas* ex membranis venuſtius & vetuſtius.

2. *Romani fiduciâ concitati*] Aliàs, *Romanis fiduciâ concitatis*, nullo ordine.

* *Lega-*

ſuo circummiſit, juſſitque collem capere, ex quo decurri poterat in hoſtium terga: quod ubi factum eſt, Romanis crevit animus, & Samnites perterriti fugam molientes cæſi ſunt.

III. Minutius Ruffus Imperator, cum 1 à Scordiſcis Daciſque premeretur, quibus impar erat numero, præmiſit fratrem & paucos equites unà cum æneatoribus: præcepitque, ut cum vidiſſet contractum prælium, ſubitus ex diverſo ſe oſtenderet, juberetque æneatores concinere: ſonantibus montium jugis, ſpecies ingentis multitudinis 2 offuſa eſt hoſtibus, quâ perterriti dedêre terga.

IV. 3 Attilius Glabrio Cos. adverſus Antiochi regis aciem, quam is in Achajam per anguſtias Thermopylarum 4 direxerat, iniquitatibus loci non irritus tantùm, ſed cum jacturâ quoque repulſus eſſet, 5 niſi circummiſſus ab eo M. Porcius Cato, qui tum Tribunus militum à populo factus in exercitu erat, dejectis jugis Callidromi montis, 1 Æto-

* *Legato ſuo circummiſit*] Perperam *legatos ſuos* in Pariſienſi editum: Nec enim legatos ſuos cum Scipione circummiſit, ſed haſtatos ordinibus ſubductos.

1. *A Scordiſcis*] Levi tralatione unius literulæ ſcriptum invenio in membranis noſtris, *Scodriſcis*, quod fortè melius eſt. Σκόδρων Ptolomæus inter Liburniæ μεσογείων ponit. Alia eſt σκύδρα apud Stephanum, qui ſcribit σκύδρων eſſe μακεδονικὴν πόλιν. Sed poſſet eadem eſſe σκύδρα & σκόδρα, ut iidem ſunt σόλκοι & σύλκοι, & alia. Sic puto, nec tamen *Scordiſcis* rejecero.

2. *Offuſa eſt hoſtibus*] Aliàs *effuſa*: prius placet.

3. *Attilius*] Ita vulgo ineptè conceptum & receptum eſt hoc nomen, cum nihil verius exſtet, quin *Acilius* ſit reſcribendum. In gente enim Aciliâ Glabriones fuerunt, ut notiſſimum eſt ex veterum monumentis. Is eſt Manius Acilius Glabrio. Apud Appianum mendosè legitur Ἀκίνιος inverſo a pro Ἀκίλιος.

4. *Direxerat*] Referunt *diduxerat* noſtræ ſchedæ membranaceæ. In ſequentibus ſcribo *territus*, non *irritus*.

5. *Niſi circummiſſus*] P. *ubi circummiſſus*. Sed poſteriora indubiè corrupta ſunt. Lectio nihili quorundam vulgatorum eſt, *qui tum, jam Conſularis, tribunus militum, &c.* Duæ voces pro gloſſemate mihi videntur παρέλκον. *Placet emendatum*, qui tum *tribunus militum à populo factus in exercitu erat.*

1 Ætolis, qui præsidio tenebantur, super eminentem castris regiis collem, à tergo subitus apparuisset: quo facto perturbatis Antiochi copiis, utrinque irrupêre Romani, & fusis fugatisque castra ceperunt.

V. C. Sulpitius 2 Petreius Cos. contra Gallos dimicaturus, jussit muliones clam in montes proximos cum mulis abire, & inde conserto jam prœlio, velut equis insidentes ostentare se pugnantibus: quare Galli existimantes adventare auxilia Romanis, cessêre jam penè victores.

VI. Marius, circa aquas Sextias, cum in animo haberet posterâ die depugnare adversus Teutonos, Marcellum cum parvâ manu equitum peditumque noctu post terga hostium misit, & ad implendam multitudinis speciem, agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem 3 instratorum cum centunculis, ut per hoc facies equitatûs objiceretur; præcepitque ut cum animadvertissent committi prœlium, ipsi in terga hostium descenderent: qui apparatus tantum terroris intulit, ut asperrimi hostes in fugam versi sint.

VII. M. Li-

rat. Sensus est: Ni M. Porcius Cato ab jugo Callidromi, dejectis inde Ætolis, & magnâ ex parte cæsis (incautos enim & plerosque sopitos oppresserat) super eminentem castris collem apparuisset; Glabrio iniquitatibus loci non territus tantùm, sed cum jacturâ quoque repulsus esset.

1. *Ætolis, qui præsidio tenebantur*] Modius totam fermè periodum ex Plutarcho conjecit hoc modo legendam; *dejectis jugis Callidromi montis Ætolis, quorum præsidio tenebantur*, aut certè, *qui ea præsidio tenebant, super imminentem regiis castris collem, à tergo subitus apparuisset, &c.* Optimâ ratione; nam hæc omnia mirè videbantur fœdata, & à correctoribus diversis immutata. In sequentibus idem maluit *super imminentem regiis castris collem*, quàm *superemineutem*, quod & Stevvechio minus displicuit.

2. *Petrejus COS.*] Reposuit ex Fastis nomen Sulpiciæ gentis *Peticus* pro *Petrejo*, accuratissimus Scriverius. Vide etiam Rubenium lib. II. cap. 39. Electorum.

3. *Instratorum cum centunculis*] Quidam, *continiculis*; quod pro sphalmate agnoscimus. *Centunculus* est vilis lacinia, seu stragulum jumentorum. Vetus Onomasticum: *Centunculus*, γναφάλιον.

Livius

VII. M. Licinius Crassus, fugitivorum bello, [1] apud Calamarcum educturus militem, adversus Castum & Canimocum duces Gallorum, duodecim cohortes cum C. Promptino, & cum Q. Martio Ruffo legatis post montem circummisit: quæ cum commisso jam prœlio, à tergo clamore jam sublato, * decurrissent, ita fuderunt hostes, ut ubique fugam pro pugnâ capesserent.

VIII. Mar-

Livius lib. VII. *Mulis strata detrahi jubet, binis tantùm centunculis relictis.*

1. *Apud Calamarcum*] Unius nominis ignorantia, sed in quo tota loci ratio ut in cardine suo verteretur, satis exercuit hujus ætatis doctissimos viros. Viderunt omnes mendum tegere vocem hanc *Calamarcum*, quod nemo potuit adhuc detegere; cum & manuscripti codices, & quicquid est veterum impressorum hoc quidem in loco sint corruptissimi; & nulla sitûs istius compar mentio reperiatur apud auctores, qui eandem fermè historiam exararunt. Non arridet nobis Scriverii conjectura, qui ex tanto variantium membranarum agmine, legendum fortassean opinatur, *M. Licinius Crassus, fugitivorum bello, ad caput Silari amnis &c.* idque ex Orosio lib. V. cap. 34 vel *ad Silarum amnem:* sed cum nec vola nec vestigium appareat uspiam istius opinionis; nihil temerè quicquam affirmare ausim: Apud Plutarchum nulla Calamarci mentio fit vel aliûs abstrusi vocabuli, sed hoc tantùm memorat, non procul à stagno Lucano accidisse hanc Licinii victoriam. Equidem pronum fuit accuratissimis viris καὶ κριτικωτάτοις, ex diversitate corrupti vocabuli quicquam suspicari, quod paululum historiæ conduceret. Et cum sequenti capite ejusdem fermè narrationis repetitio exstet, exemplo 34. varièque *Cathenam*, *Catanam* & *Cantennam* suppeditent diversi codices; nullus dubito erubescet, si discrepantiam se nescire, liberè fateatur. Philippo Cluverio certum est, *Calamarcum* & *Cathenam* unum & idem esse debere unius ejusdemque montis nomen: & censet, verum genuinumque nomen fuisse CALAMATIUS MONS. Unde postea factum vulgare *Calmatio*, mox *Calpatio*, & tandem *Capacio*. Et mansit etiamnum antiqui opidi in eo siti ruinis appellatio *Capacchio Vecchio*, apud hodiernos Italos, id est, Calamarcum vetus. Cæterùm & posteriora hîc quodammodo videntur affecta, cum potius *Gannicum* vel *Cannicium* pro *Canimoco* reponendum sit, qui Plutarcho Καννίκιος. Apertè in vita Crassi; Γαῖος Καννικιος καὶ Κάστος. Is est *Cannicius*, qui Livio lib. XLVII. appellatur *Granicus*, & ipsi Frontino *Gannicus* infrà cap. V. exempl. 34. Sed nihil magis apud auctores obvium est, quàm persequi λεπτολογίας

VIII. Marcellus, cum vereretur, ne paucitatem ejus militum clamor detegeret, ſimul lixas caloneſque, & omnis generis ſequelas conclamare juſſit; atque ita hoſtem magni exercitûs ſpecie exterruit.

IX. [1] Valerius Levinus, adverſus Pyrrhum Epirotarum regem, occiſo quodam [2] gregali, tenens gladium cruentum, exercitui utrique perſuaſit Pyrrhum interemptum. Quamobrem hoſtes deſtitutos ſe ducis morte credentes, conſternati à mendacio, ſe pavidi in caſtra receperunt.

X. Jugurtha, in Numidiâ, adverſus C. Marium, cum Latinæ quoque linguæ uſum ei converſatio priſtina caſtrorum dediſſet, in primam aciem procurrit, & occiſum à ſe C. Marium [3] tum Latinè clarè prædicavit, atque ita multos noſtrorum avertit.

XI. Myronides Athenienſis, dubio prœlio adverſus Thebanos [4] rem gerens, repentè in dextrum ſuorum cornu proſiliit, & exclamavit, ſe jam ſiniſtro viciſſe: quâ re & ſuis alacritate, & hoſtibus metu injecto, vicit.

XII. Crœſus prævalido hoſtium equitatui camelorum gregem oppoſuit; quorum novitate & horrore conſternati equi,

λογίας degenerantium nominum.

* *Decurriſſent*] Veteres *decucurriſſent*. Suprà de hoc diximus. Exemplo ſequenti in fine quidam legunt, *atque hoſtem &c.* Sed nobis, *atque ita hoſtem*, videtur omninò retinendum.

1. *Valerius Levinus*] Nec malè ſcriptum *Lævinus* in noſtro manuſcripto. Et ita Plutarcho vocatur in Pyrrho, ubi perperam Ἀλβῖνος literis tranſpoſitis & omiſſo ι, pro Λαιβῖνος.

2. *Gregali*] Meliora excuſa *grecali*, *c* pro *g*, ut aliàs, mutatis.

3. *Tum Latinè clarè prædicavit*] In P. fuit, *clamare prædicavit*, minori ſenſu: Lege, *clamare cœpit*, ut ex melioribus reſtituerunt Mod. & Scriver. Salluſtius Jugurthino: *Numida, cognito Bocchi adventu, clàm cum paucis ad pedites convortit: ibi Latinè (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat, noſtros fruſtra pugnare: paullo ante Marium ſuâ manu interfectum, &c.*

4. *Rem gerens*] *Rem gerere* eſt, pugnæ præeſſe, στρατηγεῖν. Horatius: *Rem gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes.* Sic *rem malè gerere*, de infelicitate belli, κακῶς πράττειν dicebant. Inde & *res geſta*, pro operibus bellicis, quas Græci

equi, non solùm insidentes præcipitaverunt, sed peditum quoque suorum ordines protriverunt, vincendosque hosti præbuerunt.

XIII. Pyrrhus Epirotarum rex, [1] pro Tarentinis adversus Romanos, eodem modo elephantis ad perturbandam aciem usus est.

XIV. [2] Pæni quoque adversus Romanos idem fecerunt frequenter.

XV. Volscorum castra, cum prope virgulta silvasque posita essent, Camillus ea omnia, quæ conceptum ignem usque in vallum proferre poterant, incendit; & sic adversarios exuit castris.

XVI. [3] M. Crassus, bello sociali, eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est.

XVII. Hispani contra Hamilcarem boves vehiculis adjunctos in primâ fronte constituerunt, [4] vehiculaque tædæ & sepi & sulphuris plena, signo pugnæ dato, incenderunt: actis deinde in hostem bobus consternatam aciem perruperunt.

XVIII. [5] Falisci & Tarquinienses, compluribus suorum

Græci πρόξεις & ἔργα vocant.

1. *Pro Tarentinis*] *Tarantinis*, MS. De elephantis Pyrrhicis frequens mentio apud auctores. In oriente tandem in desuetudinem abiit eorum usus ἀλλὰ τὸν τῶν ποδῶν μολαμάτων.

2. *Pœni quoque*] *Quidem*, Cod. Scriver.

3. *M. Crassus*] *P. Crassus*, nonnulli Veteres. Statim, *interemptus est*, pro *interceptus*, in aliis vilioribus vulgatis.

4. *Vehiculaque tædæ & sepi & sulphuris plena*] *Sepum*, *sebum*, & *sevum* promiscuè usurpabant veteres pro pinguedine ex omento animalium, ex quo candelæ nostræ conflunt. Quare minus diversum erit, qualem ex his lectionem recipias: Vet. Glossarium; *Sebum* (sic enim, vel aliter, non *sebrum* legendum) λίπος. Appulejus: *tædis*, *lucernis*, *cereis*, *sebaceis*, *&c. clarescunt tenebræ.*

5. *Falisci & Tarquinienses*] Nullo discrimine membranæ nostræ *Falerii* reponunt pro *Falisci*, qui & Livio & aliis idem sunt; licet Strabo inter Φαλίσκους & Φαλέρους videatur distinguere. Sed cum nulli Codd. sequantur magis, adlubescit receptum.

rum 1 in habitu ſacerdotum ſubornatis, faces & angues furiali habitu præferentibus, aciem Romanorum turbaverunt.

XIX. 2 Idem Vejentes & Fidenates facibus arreptis fecerunt.

XX. 3 Atheas rex Scytharum, cum adverſus ampliorem Triballorum exercitum confligeret, juſſit 4 à fœminis & pueris omnique imbelli turbâ, greges aſinorum ac boum ad poſtremam hoſtium aciem admoveri, & erectas haſtas præferre: famam deinde diffudit, tanquam auxilia ſibi ab ulterioribus Scythis adventarent: quâ aſſeveratione avertit hoſtem.

CAPUT

1. *In habitu ſacerdotum ſubornatis*] Τὸ *in* delet Stevvechius: τὸ *ſubornatis* verò MSS. Scriverii; quod etiam Sanutus ignorat. Parile eſt nuperrimum ſtrategema, quod in obſidione Hafniæ rex Suecorum Carolus adhibuit, militibus in habitu albicantium ſacerdotum ſubornatis, quanquam non facibus armati, & diſcoloribus, ſerpentum in modum, vittis, furiali more per albentia nivibus rura proceſſerint. Subita enim conterrent hoſtes, uſitata vileſcunt.

2. *Idem Vejentes & Fidenates*] Et facium tantùm meminit, non etiam ſerpentum, prælatarum à Fidenatibus eo prœlio Livius lib. IV. *Ignibus armata ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota colluccens, velut fanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit.* Quare falluntur illi, qui res diverſas ac tempora miſcent, confunduntque Faliſcorum & Fidenatium hiſtoriam.

3. *Atheas*] Ponticarum gentium rex quidam apud Florum occurrit *Atheas*, qui hic non eſt, niſi vehementer fallimur. Nam hic Scytharum Rex *Anteas* vel *Antias* à Plutarcho vocatur; à Strabone Ἀτέας: iſte Medeæ pater, Αἰήτης.

4. *A fœminis & pueris*] Redundat in noſtro P. repetitio & *Triballorum*, hoc modo: *cum adverſus ampliorem Triballorum exercitum confligeret, juſſit à fœminis & pueris Triballorum, omnique imbelli turbâ, &c. Imbellis turba* eſt militiæ inhabilis, ἀπόλεμος. Livius: *imbellis inermiſq; fœminarum turba.* Noſter capite ſequenti, exemplo 19. *molitus imbelles ſuorum*, & alibi ſæpius. Ovidius Epiſt.

Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus: uxor,
Laërteſque ſenex, Telemachuſque puer.

1. *Auxi-*

CAPUT V.

De Insidiis.

EXEMPLUM I.

ROMULUS, per latebras copiarum parte dispositâ, cum ad Fidenas accessisset, simulatâ fugâ temerè hostes insecutos eò perduxit, ubi occultos habebat milites, qui undique adorti effusos & incautos cecîderunt.

II. Q. Fabius Maximus Cos. 1 auxilio Sutrinis missus adversus Hetruscos, omnes hostium copias in se convertit: deinde simulato timore, in superiora loca velut fugiens recessit, effusèque subeuntes aggressus, 2 non aciem tantùm superavit, sed etiam castris exuit.

III. T. Sempronius Gracchus adversus Celtiberos, metu simulato, continuit exercitum: emissâ deinde armaturâ levi, quæ hostem facesseret, ac statim pedem referente, evocavit hostem: deinde inordinatos aggressus, usque eò cecîdit, ut etiam castra caperet.

IV. 3 Q. Metellus Cos. in Siciliâ bellum gerens adversus Hasdrubalem, 4 ob ejus ingentem exercitum & centum triginta Elephantos intentior, diffidentia simulata, intra Panormum copias tenuit, fossamque ingentis magnitudinis

1. *Auxilio Sutrinis missus*] Extra mendi aleam videtur mihi membranarum scriptura esse, quæ *Satrinis* ἀντὶ *Sutrinis* hoc quidem in loco reposuit. Et sanè *Satrium* Livius Pliniusque nominant istum locum, ubi postmodum colonia fuit: cujus gentile *Satrinus* dubitanter rescripserim. Vulgati manifestò mendosè *subtilius* ediderunt, quod nec in nostro P. correctum fuit. Certè aut *Sutrinis* aut *Sutriis* retinendum tantisper, donec *Satrinis* videbo aliis observatum.

2. *Non aciem tantùm*] P. *acie*, & sic sæpius. Placet editum. Exemplo sequenti perperam *referret* legitur in eodem libro.

3. *Q. Metellus*] *L. Metellus*, habuit cod. Scriverianus.

4. *Ob ejus ingentem exercitum, & cent. trig. eleph.*] Hæc lectio à Stevvechio est; Vitiosa prorsus vulgata, quæ copulam reticet.

1. *Eâ*

nis ante se duxit: conspecto deindè exercitu Hasdrubalis, qui in primâ acie elephantos habebat, præcepit hastatis, tela in belluas jacerent, protinusque se intra munimenta reciperent: 1 eâ ludificatione rectores elephantorum concitati, in ipsam fossam elephantos egerunt: quo ut primum illaqueati sunt, partim magnitudine telorum confecti, partim retro in suos acti, totam aciem turbaverunt. Tunc Metellus, hanc operiens occasionem, cum toto exercitu erupit, & aggressus à latere Pœnos cecîdit, 2 ipsisque & elephantis potitus est.

V. 3 Tamyris Scytharum regina, Cyrum Persarum ducem, æquo Marte certantem, simulato metu elicuit ad notas militi suo angustias, atque ibi repente converso agmine, naturâ loci adjuta, devicit.

VI. Ægyptii conflicturi acie in eis campis, quibus junctæ paludes erant, 4 algâ eas contexerunt, commissoque prælio fugam simulantes in insidias sevocaverunt: qui rapidius vecti per ignota loca, limo inhæserunt, circumventique sunt.

VII. 1 Vi-

1. *Eâ ludificatione rectores elephantorum*] Eâ deceptione, sive insidiis istis rectores elephantorum concitati sunt. Nam *ludificatio* est dolus compositus, quo quis hostem circumducit. Silius: *Ludificante ducem Fabio* ——. Rectores elephantorum sunt, primicerii jumentariorum; illi, per quos reguntur elephanti; *οἱ ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων*, vel *οἱ περὶ τῇ τῶν ἐλεφάντων ἐπιμελείᾳ*, ut quidam auctores loquuntur. Hos rectores aliquoties *magistros* appellant historici. Regebatur in bello elephas non arbitrio militum, nec ab ipsis in turri pugnantibus, sed magistro aliquo imposito. Quintilianus XIII. Declam. *Et vaccæ & armenta, & omne pecudum genus: sed illa impositus cohibet magister.* Hinc in Glossario, *ἐπικτηνίτης*, exponitur *jumentarius*, quo loci non ineptè ex vi præpositionis *superjumentarius* reponas.

2. *Ipsisque & elephantis*] Libri vilioris notæ: *ipsisque, ut elephantis, &c.*

3. *Tamyris*] *Tamiris* in schedis vetustioribus exaratum. Al. *Tomyris.* Τάμυρις, Τάμυρις & Θάμυρις, tot modis, & pluribus hujus reginæ nomen in antiquis libris tam Græcis, quàm Romanis exhibetur.

4. *Algâ eas contexerunt*] Τὸ *eas*, omit-

VII. [1] Viriatus ex latrone dux Celtiberorum, cedere se Romanis equitibus simulans, usque ad locum voraginosum & præaltum eos perduxit: & cum ipse per solidos ac notos sibi transitus evaderet, Romanos ignaros locorum immersosque limo cecîdit.

VIII. Fulvius Imperator, Cimbrico bello, collatis cum hoste castris, equites suos jussit succedere ad munitiones eorum, lacessitisque barbaris, [2] simulatâ fugâ regredi: hoc cum per aliquot dies fecisset, avidè insequentibus Cimbris, animadvertit castra eorum solita nudari: itaque per partem exercitûs custoditâ consuetudine, ipse cum expeditis post castra hostium consedit occultus; effusisque eis, ex more, repentè adortus, & desertum proruit vallum, & castra cepit.

IX. Cn. Fulvius, cum in finibus nostris exercitus [3] Faliscorum, longè nostro major castra posuisset, per suos milites quædam procul à castris ædificia succendit, ut Falisci suos id fecisse credentes, spe prædæ diffunderentur.

X. Alexander ex Epirotis adversus Illyrios [4] collocatâ in insidiis manu, quosdam ex suis habitu Illyriorum instruxit, & jussit

omittitur in nostro P. & deinceps *verti* pro *vecti*, in eodem vitiosè legitur.

1. *Viriatus*] Optimæ membranæ, *Viriathus*, Græcâ consuetudine. Nam Appiano est Οὐρίαθος. Perperam Οὐρίατθος apud Diodor. LII. Fragm. Frontino malè *Celtiberorum dux* vocatur. *Ex latrone*, quod conductus militasset. Nam latrones eos dicebant, qui conducti militabant.

2. *Simulatâ fugâ regredi*] Ita Modius: cum anteà esset, *recessit*, & *recedi*.

3. *Faliscorum*] *Faleriorum* MS. ut ubique; & deinceps *Illyricos*.

4. *Collocatâ in insidiis manu*] De ejusmodi insidiis Livius libro I. *Egressus omnibus copiis, partem militum locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis jussit.* Inde *subsessæ*, pro insidiis, apud posteriores. Vegetius libro tertio cap. sexto: *In itinere autem minus armatus, minusque attentus est miles, & superventus impetu vel fraude subsessæ repentè turbatur.* Sic rectè emendant ex vett. libris. Alibi eâdem voce usus idem Vegetius. Græci quoque ὑποκαθέζεσθαι de insidiis in occulto positis dicunt. Onosander Strategico cap. VI. πολλάκις γὰρ ἐνέδραι πολεμίων ὑποκαθέζονται.

& jussit vastare suam, (1 id est Epiroticam) regionem: quod cum Illyrii viderent fieri, ipsi passim prædari cœperunt, eò securius, quòd præcedentes veluti pro exploratoribus habebant; à quibus ex industriâ in loca iniqua deducti, cæsi fugatique sunt.

XI. 2 Leptenes quoque Syracusanus adversus Carthaginienses vastari suos agros, & incendi villas castellaque quædam imperavit. Carthaginienses à suis id fieri rati, & ipsi tanquam 3 in adjutorium exierunt, exceptique ab insidiatoribus fusi sunt.

XII. Maharbal, missus à Carthaginiensibus adversus Aphros rebellantes, cum sciret gentem avidam esse vini, 4 magnum ejus modium mandragorâ permiscuit, 5 cujus inter venenum ac soporem media vis est: tunc prœlio levi commisso, ex industriâ cessit: nocte deinde intempestâ, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & omni vino infecto, fugam simulavit: cumque barbari occupatis castris, in gaudium effusi, 6 medicatum avidè merum hausissent, * & in modum

ζονται. Sic enim legendum, non ut vulgo legitur, ὑπερκαθέζονται.

1. *Id est, Epiroticam*] Hoc ubique adjunctum in antiquis, quod Scriverio tamen de glossemate suspectum fuit.

2. *Leptenes*] Ita invenio in omnibus editionibus, & optimis libris, præterquam nostro manuscripto, ubi *Leptines* exaratum, quod æquè placet. Λεπτίνης Diodoro & Polyæno. Alius est in historiâ Polybii, τὸν Λεπτίνην εἰδὼς καὶ τῇ προστασίᾳ καὶ τῇ πίστει πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων πολιτῶν, quem malè video à docto quodam viro, cum Syracusano nostro confusum.

3. *In adjutor.*] *Aliàs adjutores.*

4. *Magnum ejus modium*] Scriverii MS. *magnum vas* exhibuit, nullis hactenus aliis adsentientibus. Non dissimulabo tamen, *modium* in meo exaratum; quod conjecturâ quidam rescripserat. Sic *modius vini Parisinus*, est apud Budæum, & alios.

5. *Cujus inter venenum & soporem*] Latinè dixit *soporem*, pro medicinâ soporiferâ. Seneca lib. V. de Benef. *Qui soporem, cum venenum crederet, miscuit*, &c. ubi vulgò malè *saporem*. Græci vocant Φάρμακον ὑπνωτικὸν, quod more medicamentorum bibebant; idque πιεῖν Φάρμακον dicebatur. De naturâ mandragoræ plura notavimus in appendice notarum ad Nepotem.

6. *Medicatum avidè merum*] *Vinum*

modum defunctorum ſtrati jacerent, [1] reverſus cepit eos, ac trucidavit.

XIII. Hannibal, cum ſciret ſua & Romanorum caſtra in eis locis eſſe, [2] quæ lignis deficiebantur, ex induſtriâ in regione deſertâ [3] plurimos armentorum greges intra vallum reli-

Vinum P. incuriâ correctorum.

* *Et in modum defunctorum ſtrati jacerent*] *Iacerent* eleganter in hâc narratione. Virg. VI. Eclogâ.

Silenum pueri ſomno vidêre jacentem,
Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho.

Idem Æneid. III. de Polyphemo.

—— *vinoque ſepultus*
Cervicem inflexam poſuit, jacuitque per antrum.

Ubi Servius notat, Poëtam verbum *jacuit*, de Vartone mutatum eſſe; qui ait, in lecto temulentos *jacere*, ſobrios *cubare* conſueſcere. Cæterum, *in modum defunctorum jacere*, non minus invenuſtè dictum eſt. Philoſtratus: ὀκτείνοντες ἑαυτὸς ὥσπερ οἱ ἀποθνήσκοντες. Heſychius: κεῖ) ἀεὶ ἐπὶ τῶ κακῶ πίπτ· ἢ θανάτκ, ἢ ἀπραξίας. *In modum defunctorum ſtrati*, ſunt ἐκδυτοι ὑπὸ τῶ ὕπνκ: Sic Apulejus *in modum mortui* dixit; pro quo tamen, *jacens in mortuum*, in plerisque omnibus melius, quod ſciam, inducitur. Erat autem κάρος ἐξ οἴνκ, de quo alibi plura obſervamus.

1. *Reverſus cepit eos, ac trucidavit*] Siſenna apud Nonium: Inermes armati, impeditos expediti ſine ullo ſuorum vulnere cunctos interficiunt. Nam facilis eſt victoria de madidis & blæſis atque mero titubantibus. Adſcribam ob argumenti ſimilitudinem Nonni verſus in Dionyſiacis, ubi de Indis canit, poſt potum medicatum fluvium à Baccho ſubjugatis:

Καὶ σφίσι λοιγὸς ὕπνος ἐπέχραον, ἀκλινέες δὲ
Ἕρκεα βακχοδόντες ἐπδυνάζοντο βοείαις,
Ἄλλοι δ' ἀσφρέεσι κατεκλίνοντο κατδυναῖς,
Νωθρὸν ἐπιτρέψαντες ἀκινήτῳ δέμας ὕπνῳ.
Βάκχαις ἀδρανέεσιν ἑλώρια καὶ Διονύσῳ.
Τὲς δ' ἄρα πολέμοιο καὶ δόκκοιο σπόνδκν
Δέλιον ἐς ζυγόδεσμον ἐλκίζαντο γυναῖκες
Βελδομένκς μελέεσι, καὶ ἀνπβίων ὑπὲς ὤμων
Ὡς νέκυες ζώοντες ἐλαφρίζονδο μαχητὰ.

2. *Quæ lignis deficiebantur*] Scriverianus, *deficiebant*; libro primo: *quia ſparto deficiebantur.*

3. *Plurimos armentorum greges*] Cicero Philippicâ: *Fudit apotheca, cecidit greges armentorum.* Sic *greges equarum*, dixit Prudentius in Pſychomach. Deinceps fine hujus exempli venuſtè dixit, *onerarunt:* Sic ἀναδάλλω utuntur Græci de Plautinis illis, qui *celocem onerant* & vino ſe implent. Itaque

reliquit: quâ velut prædâ Romani potiti in summis lignationis angustiis, insalubribus se cibis onerarunt: Hannibal reducto nocte exercitu, securos eos & semicrudâ graves carne, majorem in modum vexavit.

XIV. Tiberius Gracchus, in Hispaniâ, certior factus 1 hostem inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit, quæ adeptum hostem, & repertis intemperanter 2 repletum gravemque, reducto exercitu, subitò oppressit.

XV. Hi qui adversus Erythræos bellum gerebant, speculatorem eorum in loco edito 3 deprehensum occiderunt, & vestem ejus militi suo dederunt, qui ex eodem jugo Erythræos signo dato in insidias evocavit.

XVI. Arabes, cum esset nota consuetudo eorum, quâ de adventu hostium 4 interdiu fumo, nocte igne significare instituerant, ut sine intermissione ea fierent præceperunt, adventantibus autem adversariis intermitterent: qui cum cessantibus luminibus existimarent, ignorari adventum suum, avidius ingressi oppressique sunt.

XVII. Ale-

dum nimis sese ingurgitabant cibo insalubri, dicti à Frontino sunt *onerati*. Et antiqui *saburratos* vocabant homines multo cibo onustos, gulones sive gumias, quales isti Romani, semicrudâ carne graves, & repertis intemperanter repleti.

1. *Hostem inopem commercio laborare*] Apage Palmerii conjecturam, *commeatu laborare*. Græci venustè vocant, τὼ ἀγορῶν τῶ πωλεμίων, annonam propolarum sive promercalem; & ἀγορὰν propriè de esculentis accipiunt, ut Frontinus *commercium*, elegantissimâ imitatione. Est autem *commercio laborare*, τὰς ἀγορὰς ἐκ ἐ-χόν, sive πωνίζειν ἀγορῶν. Sic in Græcâ veteri historiâ, αἰτεῖν ἀγορὰν, & ἀγορᾷ δέχεσθαι, semper de commercio video acceptum. Quod minus intellexit Palmerius; qui suo intellectu non tam facilè debuit optimum scriptorem deformâsse.

2. *Repletum, gravemque*] Vox postrema nobis de glossemate suspecta est; quare jubemus eam salvo meliorum judicio exulare.

3. *Deprehensum occiderunt*] Quidam de vulgatis, *ceciderunt*: nec aliter P.

4. *Interdiu fumo, nocte igne*] Ob evidentem usum, consensu receptum est utrumque signum. Vegetius:

XVII. Alexander Macedo, cum hostis in saltu editiore castra communisset, [1] seductâ parte copiarum, præcepit his, quos relinquebat, ut ex more ignes excitarent, speciemque præberent totius exercitus: ipse autem [2] per avias regiones circumductâ manu, hostem, superiore aggressus loco, depulit.

XVIII. Memnon Rhodius rex cum equitatu prævaleret, & hostem in collibus se continentem in campos vellet deducere, quosdam ex militibus suis, sub specie perfugæ misit in hostium castra, qui affirmarent exercitum Memnonis jam perniciosâ seditione furere, ut & subinde aliqua pars ejus dilaberetur. Huic affirmationi ut fidem faceret, passim in conspectu hostium jussit parva castella muniri, velut in ea se recepturi essent, qui dissidebant: hâc persuasione solicitati qui in montibus se continuerant, in plana descenderunt, & dum castella tentant, ab equitatu circumventi sunt.

XIX. [3] Arridas rex Molossorum, [4] bello petitus ab Ardie Illyrio, majorem aliquanto exercitum habente, [5] molitus imbelles suorum, in vicinam regionem Ætoliæ famam sparsit, tanquam urbes ac res suas Ætolis concederet. Ipse cum his qui arma ferre poterant, insidias in montibus, & locis

tius: *Si divisæ sint copiæ, per noctem flammis, per diem fumo significant sociis; quod aliter non potest nunciari.*

1. *Seductâ parte copiarum*] P. *inductâ.* Quod non placet induci. Statim: *reliquerat*, pro *relinquebat*, Scriverii MSS.

2. *Per avias regiones*] *Alias* alii, perperam. Exemplo sequenti, fine habuit P. *castra tentant*, pro *castella.*

3. *Arridas*] Vitiosè *Arridas* vel *Harridas*, appellatur iste rex Molossorum; qui Justino melius *Arubas*; quomodo Vossii judicio apud Frontinum lubens rescripserim. Græcis promiscuè vocatur Ἄρυβας, & Ἄρυμβας: Sæpè enim inseritur τὸ μ; ut Sybaris Symbaris, Thynias Thymnias, Senones Semnones; & sexcenta alia.

4. *Bello petitus*] Hoc verum: *Petitus* ineptum in P. qui & malè *Ardycillyrio* statim excusum habet.

5. *Molitus imbelles suorum*] Ne dubita cum Stevvechio legere, *amolitus.* Removisse enim Harridas videtur ἀπολέμους, qui per ætatem arma ferre non possent, reliquis insidias & subsessas instituisse.

locis confragosis distribuit. Illyrii timentes, ne quæ Molossorum erant, ab Ætolis occuparentur, velut ad prædam festinantes, ordinibus neglectis, accelerare cœperunt: quos dissipatos, nihil tale exspectantes, Arridas ex insidiis fudit, fugavitque.

XX. T. Labienus C. Cæsaris legatus, adversus Gallos, ante adventum Germanorum, quos auxilio his venturos sciebat, confligere cupiens, diffidentiam simulavit, positisque in diversâ ripâ castris, profectionem edixit in posterum diem. Galli credentes eum fugere, flumen quod medium erat, instituerunt transmittere. Labienus circumacto exercitu, inter ipsas superandi amnis difficultates eos cecidit.

XXI. Hannibal, cum explorasset negligenter castra Fulvii Romani ducis munita, ipsum præterea multa temerè audere, primâ luce cum densiores nebulæ præstarent obscuritatem, paucos milites munitionum nostrarum vigilibus ostendit, quò Fulvius repentè movit exercitum, Hannibal 1 per diversam partem castra ejus occupavit: & ita in tergum Romanorum effusus, octo millia fortissimorum militum, cum ipso duce, trucidavit.

XXII. Idem Hannibal, cum inter Fabium Dictatorem & Minutium Magistrum equitum divisus esset exercitus, & Fabius occasionibus immineret, Minutius 2 pugnandi cupiditate flagraret, castra in campo, qui medius inter hostes erat, posuit: & cum partem peditum in confragosis rupibus celasset, ipse ad evocandum hostem misit, 3 qui proximum tumulum occuparent: ad quos opprimendos cum eduxisset copias Minutius, insidiatores ab Hannibale dispositi, subitò

1. *Per diversam partem*] *Adversam* in Scriverii MSS.

2. *Pugnandi cupiditate flagraret*] Nepos Miltiade: *Qua manus flagrabat tantâ pugnandi cupiditate*, &c.

3. *Qui proximum tumulum*] Libri quidam, *cumulum*: ita P. ἐνικῶς. Florus lib. III. cap. 10. *Per invitos montium tumulos &c.* nam *cumulum* vitio non caret, licet & alibi irrepserit.

1. *Et*

bitò consurrexerunt, 1 & delessent Minutii exercitum, nisi Fabius periclitantibus subvenisset.

XXIII. Idem Hannibal, cum ad Trebejam in conspectu haberet Sempronii Longi Cos. castra, medio amne interfluente sævissimâ hyeme Magonem & electos in insidiis posuit. Deinde Numidas equites, ad eliciendam Sempronii crudelitatem, adequitare vallo ejus jussit: quibus præceperat, ut ad primum nostrum incursum per nota refugerent vada. Hos Consul & adortus temerè, & secutus, jejunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rigere fecit. Mox torpore & inediâ affectis Hannibal suum militem opposuit, 2 quem ad id ignibus, oleoque & cibo foverat: nec defuit partibus Mago, quin terga hostium in hoc ordinatus cæderet.

XXIV. Idem Hannibal ad Thrasymenum, cum arcta quædam via in radices montis & campos patentes duceret, simulatâ fugâ per angustias ad patentia evasit, ibique castra posuit, ac nocte dispositis militibus, & per collem qui imminebat, & in lateribus angustiarum, primâ luce, nebulâ quoque adjutus, aciem direxit. Flaminius velut fugientem insequens, cum angustias esset ingressus, non antè providit insidias, quàm simul à fronte, lateribus, tergo circumfusus, 3 ad internecionem cum exercitu cæderetur.

XXV. Idem Hannibal, adversus Junium Dictatorem, nocte intempestâ sexcentis equitibus imperavit, ut in plures turmas segregati per vices, sine intermissione circa castra hostium se ostentarent. Ita totâ nocte Romanis in vallo statione, ac pluviâ, quæ fortè continua fuerat, inquietatis confectisque, cum receptui signum jam Junius dedisset, Han-

1. *Et delessent*] Hæc crebra sunt tam historicis, quàm Poëtis.

2. *Quem ad id ignibus, oleoque & cibo foverat*] Florus: *Tunc callidissimi hostes frigidum & nivalem nacti diem, quum se ignibus priùs, oleoque fovissent (horribile dictu) homines à meridie & sole venientes, nostrâ nos hieme vicerunt.*

3. *Ad internec.*] Aliàs MSS. *interemptionem* & *interitionem*. Hoc alii vocant, *ad unum omnes interiisse*.

Hannibal ſuos 1 requietos reduxit, & caſtra ejus invaſit.

XXVI. Epaminondas Thebanus, in eundem modum, cum Lacedæmonii 2 Athmon 3 vallo ducto Peloponneſon tuerentur, paucorum operâ levis armaturæ, totâ nocte inquietavit hoſtem: ac deinde primâ luce vocatis ſuis, cum Lacedæmonii ſe recepiſſent, ſubitò univerſum exercitum quem quietum habuerat, admovit, & per ipſa munimenta deſtituta propugnatoribus irrupit.

XXVII. Hannibal directâ acie ad Cannas ſexcentos equites Numidas juſſit transfugere, qui ad fidem faciendam, gladios & ſcuta noſtris tradidêre: & in ultimum agmen recepti, ubi primum concurri cœpit, 4 ſtrictis minoribus (quos occultaverant) gladiis, ſcutis jacentium aſſumptis, Romanorum aciem cecîderunt.

XXVIII. Japyges P. Licinio Procos. pagos quoque ſub ſpecie deditionis obtulerunt, qui recepti, & in poſtremâ acie collocati, terga Romanorum cecîderunt.

XXIX. Scipio Aphricanus, cum adverſa haberet bina hoſtium caſtra, Syphacis & Carthaginenſium, ſtatuit Syphacis,

1. *Requietos reduxit*] Scriverii MS. *eduxit*.

2. *Athmon*] Magnus Caſaubonus ad Polyæni II. de Epaminondâ, mavult legere: *ad Iſthmum*; quam conjecturam & Palmerio ſuo in mentem veniſſe, notat Stevvechius. Qui Polyænum ſequuntur, *ad Onium* ſive *Onion* legunt, inter quos etiam Scriverius. Nobis ſatis adridet in exaratis hactenus receptum lectionis, *ad Athmon*: quod nec Ortelio vidi diſplicuiſſe. Polyænus & Frontinus eandem hiſtoriam, hic ad Athmon, ille ad Onium, deſcribunt, loca inter ſe vicina; in Atticâ nempe, circa Corinthum.

3. *Vallo ducto*] *Valle*, P. contra χαρακωσιν. Sequitur: *Primâ luce vocatis ſuis*: Stevvechius, *evocatis*.

4. *Strictis minoribus*] Diodorus Siculus in Excerptis: ἔχοντες τοὺς τοῖς ἱματίοις ξίφη. Ubi ξίφη vocat, quæ tantùm erant μικρὰ ξιφίδια. Heſychius: Παροπτίδιον, μικρὰ μάχαιρα, ubi forſan παροπτίδιον reſcribendum. Cæterum hoc erat fide Punicâ δολοφονεῖν, de quâ re nos alibi ex profeſſo. Exemplo ſequenti non conveniunt Critici ſuper *& pagos*: quod in *paganos* mutavit Stevvechius; in *ſpathas* vel *ſparos* Palmerius. Alterutrum ſequatur qui volet; ego Scriverii conjecturam non rejecerim, *paucos*

cis, ubi multa incendiis alimenta erant, aggredi nocte, ignemque injicere, ut ex eâ re Numidas quidem ex suis castris trepidantes cæderet: Pœnos autem, quos certum erat ad succurrendum sociis procursuros, insidiis dispositis exciperet: utrumque ex sententiâ cessit.

XXX. Mithridates à Lucullo virtute frequenter superatus, insidiis eum appetiit, Adathante quodam eminente viribus subornato, ut transfugeret: & 1 fide pactâ hosti, facinus perpetraret: quod is strenuè quidem, sed sine eventu conatus est: receptus enim à Lucullo in gregem equitum, non sine tacitâ custodiâ habitus est: quia nec credi subito transfugæ, nec inhiberi reliquos oportebat. Cum deinde, frequentibus excursionibus, promptam & enixam operam exhiberet, fide acquisitâ, tempus elegit, 2 quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant, prætoriumque secretius præstabant. Casus adjuvit Lucullum: nam qui ad vigilantem usque admitteretur, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore 3 quiescentem invenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum ac necessarium, intrare vellet, & pertinaciter à servis valetudini domini consulentibus excluderetur, veritus, ne suspectus esset, equis quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem resurgit irritus.

XXXI. Sertorius, in Hispaniâ, cum apud Lauronem oppidum vicina castra Pompeji castris haberet, & duæ tantummodo

eos restituentis. Pauci à Japygibus Licinio sub specie deditionis oblati; qui recepti & in extremo collocati, terga Romanorum cecîderunt.

1. *Fide pactâ*] Stevvechius, *factâ*. Deinceps in membranis meis *excursationibus*, ἐμφανεστέρον exhibetur.

2. *Quo missa principia*] *Remissa* Palmerius reposuit; quod & Stevvechio probatur. Ipsi milites dicebantur *principia*, & quidem castrensi vocabulo; etsi etiam principes vocati, quorum officium erat δεξιοφορικόν. Ammianus libro XXII. *Præsentibus Iovianorum, Herculianorumque principiis & tribunis:* & alibi sæpius.

3. *Quiescentem invenit*] *Quiescentes*, P.

modo regiones essent, ex quibus pabulum peti posset, una in propinquo, altera longius sita, ea quæ in propinquo erat, subinde à levi armatura infestari, ulteriorem autem vetuit ab ullo armato adiri, donec persuasit adversariis, tutiorem esse quæ erat remotior: quam cum petiissent Pompejani, Octavium Græcimum cum decem cohortibus in morem Romanorum armatis, & decem Hispanorum levis armaturæ, & Tarquinium Priscum cum duobus millibus equitum ire jubet ad insidias tendendas pabulatoribus. Illi strenuè imperata faciunt: exploratâ enim locorum naturâ, in vicinâ silvâ nocte prædictas copias abscondunt, ita ut in primâ parte leves Hispanos, 1 aptissimos ad furta bellorum ponerent: paulo interius scutatos, in remotissimo equites, ne fremitu equorum cogitata proderentur, quiescere omnes silentio servato in horam tertiam diei jubet: cum deinde Pompejani 2 securi servatique pabulo de reditu cogitarent, & hi quoque, qui in statione fuerant, quiete invitati ad pabulum colligendum dilaberentur, emissi primum Hispani, 3 velocitate gentili in palantes effunduntur, & convulnerant confunduntque, nihil tale expectantes: prius deinde quàm resisti his inciperet, scutati erumpunt è saltu, & redeuntes in ordinem consternunt, vertuntque: fugientibus equites immissi toto eo spacio quo redibatur in castra * persecuti cædun-

1. *Aptissimos ad furta bellorum*] Insidias. Sallustius: *Gens ad furta belli peridonea.* Et frustra sunt Viri docti, qui heic aliam explicationem comminiscuntur. A nostrâ non abhorrent Græci, qui suum κλοπὴ & κλέμμα pari modo usurpant: unde τὰ κλοπεῖα, & Homero κλόπποι μάθοι.

2. *Securi servatique*] Postrema vox variè suspecta est: aliis placuit, teste Stevvechio, legi, *securi, saturique*: aliis, *securi, onera-tique*: rursum aliis, *securi, serenatique.* Quorum nullum nemo non verius esse dixerit, quàm illud, *servatique*.

3. *Velocitate gentili in palantes effunduntur*] Justinus de Hispanis lib. XLIV. *Velocitas genti pernix: inquies animus: plurimis militares equi, & arma, sanguine ipsorum cariora.* Cæterum *palantes* illud à Modii conjecturâ est; cum anteà ineptè in libris legeretur, *in planis*, &c.

* *Perse-*

cæduntur: curatum quoque, ne quis effugeret, nam reliqui ducenti & quinquaginta 1 equites præmissi facilè per compendia itinerum effusis habenis, antequam ad castra Pompeji perveniretur conversi, occurrerunt eis qui primi fugerant. Ad cujus rei sensum Pompejo immittente legionem cum Lælio in præsidium suorum, subducti in dextrum latus velut cesserunt equites, deinde & cum ita legionem hanc tergo infestarent, cum jam etiam à fronte qui pabulatores persecuti erant incursarent, sic legio quoque inter duas acies hostium cum legato suo elisa est: ad cujus præsidium Pompejo totum educente exercitum, Sertorius quoque è collibus suos instructos ostendit, effecitque, ne Pompejo expediret: ita præter duplex damnum, eâdem solertiâ illatum, spectatorem quoque eum cladis suorum continuit. Hoc primum prœlium inter Sertorium & Pompejum fuit: decem millia hominum de Pompeji exercitu amissa, & omnia impedimenta, Livius auctor est.

XXXII. Pompejus, in Hispaniâ, dispositis antè, qui ex occulto aggrederentur, simulato metu, deduxit instantem hostem in loca infesta: deinde 2 ubi res poposcerunt, conversos & in fronte & utrisque lateribus ad internecionem cecîdit, capto etiam duce eorum Perpennâ.

XXXIII. Idem adversus Mithridatem, in Armeniâ, numero & genere equitum prævalentem, tria millia levis armaturæ, & quingentos equites nocte in valle sub virgultis, quæ inter bina castra erant, disposuit: primâ deinde luce in stationem hostium emisit equites ita firmatos, ut cum universus cum exercitu hostium equitatus prœlium inîsset, servatis

* *Persecuti cæduntur*] Stevvechius, *cædunt*. Et ita nôster Parisinus.

1. *Equites præmissi facile per compendia itinerum, &c.*] Hoc magis probamus, quàm vulgarium quorundam, *emissi*. Compendia sunt breviores viæ. Gloss. Philox. *compendiaria*, συντομία. Aliæ: Σύντομος Ὁδός, *compendiaria*. Unde, *compendiosum iter*, apud Appulejum. Florus lib. III. bello Cimbrico: *Marius, mirâ statim velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem.*

2. *Ubi res poposcerunt*] Perperam, popo-

tis ordinibus paulatim cederent, donec ſpatium darent conſurgendi à tergo, ob hoc diſpoſitis: quod poſtquam ex ſententiâ contigit, converſis qui terga dediſſe videbantur, medium hoſtem trepidantem cecîdit: ipſos etiam equos pedite cominus accedente confodit: eoque prœlio fiduciam regi, 1 quam in equeſtribus copiis habebat, detraxit.

XXXIV. 2 M. Craſſus, bello fugitivorum, 3 apud Cathenam bina caſtra cominus cum hoſtium caſtris vallavit: nocte deinde 4 commutatis copiis, manente prætorio in majoribus caſtris, ut fallerentur hoſtes, ipſe omnes copias eduxit, & in radicibus prædicti montis conſtituit: diviſoque equitatu præcepit L. Quintio partem Spartaco objiceret, pugnâque eum fruſtraretur: parte aliâ Gallos Germanoſque ex factione 5 Caſti & Gannici eliceret ad pugnam, & pugnâ ſimulatâ deduceret, ubi ipſe aciem inſtruxerit. Quos cum barbari inſecuti eſſent, equite recedente in cornua, ſubitò acies Romana adaperta cum clamore concurrit. 6 Triginta quinque millia armatorum eo prœlio interfecta cum ipſis ducibus Livius tradidit, receptas quinque Romanas aquilas, ſigna ſex & viginti; multa ſpolia, inter quæ quinque faſces cum ſecuribus.

XXXV. C. Caſſius, in Syriâ adverſus Parthos ducens aciem,

popoſcunt, excuſum fuit in meo P. Deinde ſcribe; *utriuſque lateribus*, notante Stevvechio.

1. *Quam in equeſtribus*] Aliàs, *eampeſtribus*.

2. *M. Craſſus*] *M. Licinius Craſſus*. Vide hujus libri cap. IV. ex. 7. ubi eadem hiſtoria repetitur.

3. *Apud Cathenam*] Triplex lectio reperitur in diverſis codicibus membranaceis: *Cathenam*, *Cathanam* & *Catennam*. Plutarchus videtur dicere in Rhegii peninſulâ factum.

4. *Commutatis copiis*] Nihil mutamus: libri quidam *communitis*: exarati Scriveriani, *communicatis*: Utrumque ſanè non placet. Aut *commutatis*, aut *combinatis* legendum; non, quod alii placuit comminiſci, *comminatis*.

5. *Caſti & Gannici*] Vide quæ capite præcedenti notamus: Sequitur paullò pòſt; *ubi ipſe aciem inſtruxerit*; ſic ibi legendum; non, *niſi ipſe &c.*

6. *Triginta quinque millia*] Lege Epitomam Livii lib. XCVII.

1. *Suis*

ciem, equitem offendit à fronte, cum à tergo peditem in confragoso loco occultasset; dein cedente equitatu & per nota se recipiente, in præparatas insidias perduxit exercitum Parthorum, & cecîdit.

XXXVI. Ventidius, Parthos & Labienum alacres successibus victoriarum, dum suos ipse per simulationem metus continet, evocavit: & in loca iniqua deductos, aggressus per obreptionem, adeò debellavit, ut destituti Labieno provinciâ excederent Parthi.

XXXVII. Idem adversus Pharnastanis Parthos, cum ipse exiguum numerum militum haberet, illis autem fiduciam ex multitudine videret increscere, ad latus castrorum octodecim cohortes in obscurâ valle posuit, equitatu post terga militum collocato: tum paucos admodum milites in hostem misit, qui ubi simulatâ fugâ hostem effusè sequentem, ultra locum insidiarum perduxêre, coortâ à latere acie, præcipitatis in fugam his, Pharnastanem interfecit.

XXXVIII. C. Cæsar, 1 suis & Afranianis castris contrarias tenentibus planicies, cum utriusque partis plurimum interesset, colles proximos occupare, idque propter saxorum asperitatem esset difficile, 2 tanquam Ilerdam repetiturum, retro agmen ordinavit, faciente inopiâ fidem destinationi. Intra brevissimum deinde spatium, exiguo circuitu flexit repentè ad montes occupandos. Quo visu perturbati Afraniani, velut captis castris, & ipsi effuso cursu eosdem montes petiêre: 3 quod futurum cum prædivinasset Cæsar, partim

1. *Suis & Afranianis*] Hoc loco ex libris quidam *Affricanis*, ediderunt; quam lectionem & in meo P. inveni. Malè: Nam ipsi Cæsari etiam *Afraniani* dicuntur, lib. I. Civ. & Frontino, *exercitus Afranii*. lib. I.

2. *Tanquam Ilerdam repetiturum*] Pro, *repetiturus*; ut in fine ejusdem exempli; *inordinatus est adortus*, ἀντὶ τοῦ *inordinatos*, & alia. Frontinus, *Ilerdam repetere* dixit, pro quo Cæsar, *ad Ilerdam reverti*, Græcorum consuetudine, qui πορεύομαι εἰς τὴν Ἴλερδαν loquuntur. Infrà *Ilergetum* vocat lib. IV. cap. 7.

3. *Quod futurum cum prædivinasset*] Perperam *prædestinasset* Vet. P. *Prædivinare* est de exitu divinare sive

partim peditatu, quem præmiserat, partim à tergo submissis equitibus, inordinatos est adortus.

XXXIX. Antonius, apud Forum Gallorum, cum Pansam Cos. adventare comperisset, insidiis per silvestria Æmiliæ viæ dispositis, agmen ejus excepit, fuditque: & ipsum eo vulnere affecit, quo intra paucos dies exanimaretur.

XL. Juba rex, [1] in Aphricâ, bello civili, Curionis animum simulato regressu impulit in vanam alacritatem: cujus spei vanitate deceptus Curio, dum tanquam fugientem Saboram regium præfectum persequitur, devenit in patentes campos, ubi Numidarum circumventus equitatu, perdito exercitu, cecidit.

XLI. Melanthus dux Atheniensium, cum provocatus à rege hostium Xantho Bœotio, descendisset ad pugnam, ut primum cominus stetit; Iniquè (inquit) Xanthe, & contra pactum facis; adversus solum enim cum altero processisti: cumque admiratus ille, quisnam se comitaretur respexisset, [2] aversum uno ictu confecit.

XLII. Iphicrates Atheniensis ad Cherronesum, cum sciret Lacedæmoniorum ducem Anaxibium, exercitum pedestri itinere ducere, firmissimam manum militum eduxit è navibus, & in insidiis collocavit: naves autem omnium, tanquam onustas milite, palam transnavigare jussit: ita securos & nihil exspectantes Lacedæmonios, [3] à tergo ingressus itinere oppressit, fuditque.

XLIII. Liburni, cum vadosa loca obsedissent, capitibus

re sive prudentiâ, sive conjecturâ: nam & prudentia est quodammodo divinatio. Unde ajunt, prædivinare sapientem; quia, qui verum prædicit, divinus est.

1. *In Aphricâ*] Ita Modius ex conjecturâ rescripsit, cum anteà esset, *in Aphrico bello*, aut, *in Aphrica bello*. Totâ hac narratione parùm dissentit Cæsar lib. II. de bello civili.

2. *Aversum*] Noster P. *adversum* corruptè, ἀντὶ τοῦ ἀπεστραμμένου. Adversum aggredi dicimus, quum eum à fronte invadimus: aversum autem, quem à tergo adorimur. Vide infiâ exempla.

3. *A tergo ingressus*] Stevvechius,

bus tantùm eminentibus, fidem fecerunt hosti alti maris, ac triremem, quæ eos persequebatur, [1] implicatam vado ceperunt.

XLIV. Alcibiades dux Athenienſium, in Helleſponto [2] adverſus Numidarum & Lacedæmoniorum ducem, cum amplum exercitum & plures naves haberet, nocte expoſitis in terram quibuſdam militum ſuorum, parte quoque navium poſt quædam promontoria occulta, ipſe cum paucis profectus, ita ut contemptu ſui hoſtem invitaret, eundem inſequentem fugit, donec [3] in præparatas inſidias induceret: averſumque deinde, & egredientem in terram, per eos, quos ad hoc ipſum expoſuerat, cecîdit.

XLV. Idem, navali prœlio decertaturus, conſtituit malos quoſdam in promontorio; præcepitque his, quos ibi relinquebat, ut cum prœlium commiſſum ſenſiſſent, panderent vela. Quo facto conſequutus eſt, ut hoſtes aliam claſſem in auxilium ſupervenire ei arbitrati, verterentur.

XLVI. Memnon Rhodius, navali prœlio, cum haberet ducentarum navium claſſem, & hoſtium naves elicere ad prœlium vellet, ita ordinavit ſuos, ut paucarum navium [4] malos erigerent, eaſque primas agi juberent: hoſtes autem procul conſpicati numerum arborum, & ex eo navium quoque conjectantes, obtulerunt ſe certamini, & à pluribus occupati ſuperatique ſunt.

XLVII. Ti-

chius, *aggreſſus*, non malè.

1. *Implicatam vado*] Subſidentem: Nam *ſidere* propriè naves dicuntur, quæ in fundo fixæ hærent. ἐπὶ βραχέων καθήζεσθαι.

2. *Adverſus Numidarum & Lacedæmoniorum ducem*] Ineptiſſima eſt hæc Frontini lectio. Quis enim unquam prodidit, Numidas Lacedæmoniis opem tuliſſe? Nihil certius eſt, quàm reſcribendum eſſe; *adverſus Mindarum, Lacedæmoniorum ducem, &c.*

3. *In præparatas inſidias induceret*] *Perduceret*, ex libris chirographis reſcribendum; atque ita habuit Vet. P. Statim: *averſumque* cum Modio lege: vulgo perperam; *adverſumque*.

4. *Malos erigerent*] Scriverius, *erigere*: legitque periodum ſequenti ſerie: *ita ordinavit ſuos, ut paucarum navium malos erigere, eaſque primas agi juberet*; &c.

1. *Vt*

XLVII. Timotheus dux Athenienſium, adverſus Lacedæmonios navali acie decertaturus, cum inſtructa claſſis eorum ad pugnandum proceſſiſſet, ex velociſſimis navibus viginti præmiſit, quæ omni arte varioque fluxu eluderent hoſtem, 1 ut primùm ſenſit, deinde minus agiliter moveri adverſam partem progreſſos prælaſſatos facilè ſuperavit.

1. *Vt primùm ſenſit &c.*] Stevvechius: *deinde ut primùm ſenſit minus agiliter adverſam partem moveri; progreſſus, prælaſſatos facilè ſuperavit:* & ſimilia.

CAPUT VI.

De emittendo hoſte, ne clauſus prœlium ex deſperatione redintegret.

EXEMPLUM I.

GALLOS, eo prœlio quod Camilli ductu geſtum eſt, deſiderantes navigia, quibus Tiberim tranſirent, 1 Senatus cenſuit tranſvehendos, 2 & commeatibus quoque perſequendos. Ejuſdem generis hominibus poſtea 3 per Pomptinum agrum fugientibus via data eſt, quæ Gallica appellatur.

II. 4 L. Martius eques Romanus, cui duobus Scipionibus occiſis, exercitus imperium detulit, cum circumventi ab eo Pœni, ne inulti morerentur, acrius pugnarent, laxatis manipulis, & conceſſo fugæ ſpacio, diſſipatos ſine periculo ſuorum trucidavit.

III. C. Cæſar Germanos incluſos, ex deſperatione fortius pugnantes, emitti juſſit, fugienteſque aggreſſus eſt.

IV. Han-

1. *Senatus cenſuit transvehendos*] Ita ſcribere malim, quàm *tranſeundos*, mendo veterum librorum.

2. *Et commeatibus quoque perſequendos*] Παθητικῶς: ut infrà: *illi eum adventarent, perſecuti:* quod elegantiæ eſt.

3. *Per Pomptinum agrum*] *Promptinum*, P. mendosè. Vide Livium libro ſeptimo.

4. *L. Martius*] Aliàs, *Q. Martius*, teſte Scriverio.

1. *Cum*

IV. Hannibal, 1 cum ad Thrasymenum 2 inclusi Romani acerrime pugnarent, deductis ordinibus fecit eis abeundi potestatem, euntesque sine suorum sanguine stravit.

V. Antigonus rex Macedonum Ætolis, qui in obsidionem ab eo compulsi, fame urgebantur, statuerantque eruptione facta commori, 3 viam fugæ dedit, atque ita infracto impetu eorum, 4 insecutos aversos cecidit.

VI. Agesilaus Lacedæmonius, adversus Thebanos cum acie confligeret, intellexissetque, hostes locorum conditione clausos, ob desperationem fortius dimicare; laxatis suorum ordinibus, apertaque Thebanis ad evadendum via, rursus in abeuntes contraxit aciem, & sine jactura suorum cecidit aversos.

VII. Cn. Manlius Cos. cum ex acie reversus capta ab Hetruscis Romana castra invenisset, omnibus portis statione circundatis, inclusos hostes in eam rabiem efferavit, ut ipse in prælio caderet. Quod ut animadverterunt legati ejus, ab una parte remota statione, exitum Hetruscis dederunt, & effusos persecuti, occurrente altero Consule Fabio, cecíderunt.

VIII. Themistocles victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, 5 cum docuisset potius esse, eum expelli ex Europa, quam cogi ex desperatione pugnare. Idem misit ad eum, qui indicaret in quo periculo esset, * nisi fugam maturaret.

IX. Pyr-

1. *Cum ad Thrasymenum*] In membranis nostris malè, *Thrasomenum, &c.*

2. *Inclusi Romani*] Ita rescripsimus doctissimorum judicio. Vulgò depravatè legitur, *inclusi Germani:* κοῖ' ἀνισοῤῥόων. Barthio videtur reducendum, *inclusi primarii:* nullo negotio.

3. *Viam fugæ dedit*] Libro IV. cap. 7. *Scipio Africanus dicere solitus est, hosti non solum dandam esse viam fugiendi, sed etiam muniendam.* Hac voce monebant lictores populum magistratibus via decedere: DATE VIAM CONSULI.

4. *Insecutus aversos cecidit*] *Insecutus*, à Stevvechio est: Vulgares, *insecutos.*

5. *Cum docuisset, potius esse*] Veteres, *aptius esse*, cum P.

* *Nisi*

IX. Pyrrhus Epirotarum rex, cum quandam civitatem cepisset, clausisque portis ex ultima necessitate fortiter dimicantes eos, qui inclusi erant, animadvertisset; locum illis ad fugam dedit.

X. Idem inter cetera præcepta imperatoria 1 memoriæ tradidit, 2 non esse pertinaciter instandum hosti fugienti: non solum, ne fortius ex necessitate resisteret, sed ut postea quoque facilius acie cederet, 3 ratus non usque ad perniciem fugientibus 4 instaturos victores.

CAPUT

* *Nisi fugam maturaret*] Desumptum à Poëta, ut & alia. Suprà: *jussit cæteros suffugere, & iter maturare.* Vide Macrobium lib. VI. cap. 8. Saturn. & A. Gellium; quorum explicationem non probat tamen Vir summus, A. Turnebus.

1. *Memoriæ tradidit*] P. *memoriter:* qui etiam τὸ *cætera*, reticet.

2. *Non esse pertinaciter instandum hosti fugienti*] Vide Lipsium lib. V. cap. 17. Politicorum.

3. *Ratus, non usque, &c.*] Prima vox à. P. exulat.

4. *Instaturos victores*] Hæc vetus scriptura est, & planè, quantum judico, venusta. Nam, ut ex aliis pluribus, ita & hoc loco apertè cognoscere est χρῆσιν Frontinianam, Veterum scriptorum elegantiis æqualem. Plinius lib. XII. cap. 22. *Exstatura etiamnum duabus gemmis.* Seneca antiloquio 1. Controversiarum; *Ipsis quoque multum præstaturus videor, quibus oblivio imminet.* Martialis X. Epigramm.

Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus ———

Quinctilianus lib. II. cap. 12. *Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi.* Et alia plura χαϊκῶς sumi solita.

1. *Pro-*

CAPUT VII.

De dissimulandis adversis.

EXEMPLUM I.

TULLUS Hostilius rex Romanorum, commisso adversus Vejentes prœlio, cum Albani, deserto exercitu Romanorum, 1 proximos peterent tumulos, eaque res turbasset nostrorum animos, clare pronunciavit, jussu suo Albanos id fecisse, ut hostem circumveniret. Quæ res & terrorem Vejentibus, & Romanis fiduciam attulit; remque inclinatam consilio restituit.

II. L. Sylla, cum præfectus ejus, comitante non exigua equitum manu, commisso jam prœlio, ad hostes transfugisset, pronunciavit jussu suo id factum; eaque ratione militum animos non tantum à confusione retraxit, sed quadam etiam spe utilitatis, quæ id consilium secutura esset, confirmavit.

III. Idem, cum auxiliares ejus missi ab ipso, circumventi ab hostibus, interfecti essent, vereretur que, ne propter hoc damnum, universus trepidaret exercitus; pronuntiavit, auxiliares, qui ad defectionem conspirassent, consilio à se in loca iniqua deductos: ita manifestissimam cladem, ultionis simulatione velavit, & militum animos hac persuasione confirmavit.

IV. Scipio, cum Syphacis legati nuntiarent ei regis sui nomine, ne fiducia societatis ejus, ex Sicilia in Aphricam transiret, veritus ne confunderentur animi suorum abscissa peregrina societate, 2 dimisit propere legatos, & famam diffudit tanquam ultro à Syphace accerseretur.

V. Q. Ser-

1. P*Roximos peterent tumulos*] *Cumulos*, P. Lege suprà notata.

2. *Dimisit properè legatos*] Hæc variè emendant viri κριτικώτατοι. Habent veteres editiones: *dimisit per se legatos*. Modius partim ex illis, partim ex conjecturâ receptam scripturam posuit, *dimisit properè legatos*: cum anteà in aliis legere-

V. Q. Sertorius, cum acie decertaret, barbarum, qui ei nunciaverat Herculejum periisse, pugione trajecit, ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi suorum infirmarentur.

VI. Alcibiades Athenienſis, cum ab Abydenis prœlio urgeretur, ſubitoque magno curſu triſtem advertiſſet adventare tabellarium, prohibuit palam dicere quid afferret. Deinde 1 ſecreto ſciſcitatus, à Pharnabazo regio præfecto, claſſem ſuam oppugnari, celatis & hoſtibus & militibus prœlium finiit, ac protinus ad eripiendam claſſem ducto exercitu ſuis opem tulit.

VII. Hannibalem venientem in Italiam tria millia 2 Carpetanorum reliquerunt: quos ille extemplo, ne & cæteri moverentur, edixit à ſe eſſe dimiſſos, & inſuper, in fidem ejus rei, paucos leviſſimæ operæ 3 domum remiſit.

VIII. L. Lucullus, cum animadvertiſſet Macedonas equites, quos in auxilio habebat, ſubito conſenſu ad hoſtem transfugere, ſigna canere juſsit, & turmas, quæ eos ſequerentur, immiſit: hoſtis committi prœlium ratus, transfugientes telis excepit Macedones; qui cum viderent, neque recipi

tur, *dimiſit ire legatos*; in aliis, *ire relegatos*; vel, *per relegatos*. Nobis placet Barthii conjectura, quæ eſt; *Dimiſit riſu legatos*. Suaviter ad regiam illam renunciationem ſubriſit, velut non magni faciens, quam tamen ante ambiverat. Regiam autem benevolentiam in ſe vultu ad riſum compoſito exercitui conteſtatus eſt. *Ire legatos* non tamen fruſtraneum eſt & abſurdum.

1. *Secreto ſciſcitatus*] Veteres membranæ, *decreto ſciſcitatus*; quibus hac quidem in parte non obſequimur. Sciſcitari, eſt occulta magis, & ſecretiora rimari, & cognoſcere velle: uti exponit Donatus ad Eunuchum. Gloſſæ: φιλοπόυστης, *ſciſcitator*. Item: πολυπραγμονῶ, *ſciſcitor, percontor*.

2. *Carpetanorum reliquerunt*] Ita lege: vulgò perperam excuſum eſt, *carpentariorum*. Sed notandum, ita Veteres τὸ *relinquere* ſolitos uſurpari, pro *deſerere*. Cui etiam reſpondet Græcorum κοῦλειπόν. Polyænus lib. I. Polydor. ἀυλόμολον ἔπεμψεν ἀξιόλογα ὅτι ταπεινάζεται τὴ κοῦλείψεσιν ἀλλήλας.

3. *Domum remiſit*] Scripti Scriveriani cum meo P. *domos*. Cap. XI. *& quia ſibi opera eorum in præſentia non eſſet neceſſaria, abirent domos*.

1. *Ad-*

recipi se ab adversariis, & premi ab his, quos deserebant, necessario ad justum prœlium conversi hostem invaserunt.

IX. Datames dux Persarum, [1] adversus Authophradatem in Cappadocia, cum partem equitum suorum transfugere comperisset, ceteros omnes venire secum jussit, assecutusque transfugas collaudavit, quod eum alacriter præcessissent, hortatusque est eos etiam, ut fortiter hostem adorirentur: pudor transfugis attulit pœnitentiam; & consilium suum (quia non putabant deprehensum) mutaverunt.

X. T. Quintius Capitolinus Cos. cedentibus Romanis ementitus est in altero cornu hostes fugatos, & ita confirmatis suis victoriam retulit.

XI. Cn. Manlius, adversus Hetruscos, vulnerato [2] collega Fabio, qui sinistrum cornu ducebat, & ob id parte cedente, quod etiam occisum crederent Consulem, cum turmis equitum occurrit, clamitans & collegam vivere, & se dextro cornu vicisse. Qua constantia redintegratis animis suorum vicit.

XII. Marius adversus Cimbros & Teutonos, [3] cum metatores ejus per imprudentiam ita castris locum cepissent, ut sub potestate barbarorum esset aqua, flagitantibus eam suis,

1. *Adversus Autophradatem*] Variè nomen hoc conceptum in antiquis & vulgo editis; ut supra etiam notavimus. De strategemate vide Polyænum lib. VII.

2. *Collega Fabio*] *Collegas* vocabant, legitimæ cujusdam militiæ socios. Exinde *collegium*, τάξις στρατιωτικὴ exponitur in Vet. Glossario.

3. *Cum metatores ejus*] *Metitores*, in nostris schedis haud ignoro, quin absurdum sit, nec jure defendam. *Commetari* dicebant ἀρχαίως, pro *commetiri*: & *metari*, pro *metiri* solenne est eadem significatione. Unde *castra metari*, quod interpretantur Græci, διαμετρεῖν χώρας τῷ στρατοπέδῳ: & στρατοπέδοις ἐπιτήδεια χωρία ἀναμετρεῖν καὶ διαγράφειν. Qui præcedentes locum castris eligebant, & ad podismum dimetiebantur loca, in quibus milites tentoria figerent; antiquis *metatores* vocabantur; posterioribus *mensores*, vel *antecessores*. Mauritius in libro de militiâ Romanâ: *Antecessores*, inquit, *qui ante agmen eunt, & loca castris metandis idonea deligunt; & vias, quà duci*

ſuis, digito hoſtem oſtendens, 1 Illinc (inquit) petenda eſt. Quo inſtinctu aſſecutus eſt, ut protinus barbari tollerentur.

XIII. T. Labienus poſt Pharſalicam pugnam, cum victis partibus Dyrrhachium refugiſſet, miſcuit vera falſis, & non celato exitu pugnæ, æquatam partium fortunam, gravi vulnere Cæſaris finxit: & hac aſsimulatione 2 reliquis Pompejanarum partium fiduciam fecit.

XIV. M. Cato, cum Ambraciam, eo tempore, quo ſociæ naves ab Ætolis oppugnabantur, imprudens uno lembo appuliſſet, quanquam nihil ſecum præſidii haberet, cœpit ſignum voce geſtuque dare, quo videretur ſubſequentes ſuorum naves vocare: eaque aſſeveratione hoſtem terruit, tanquam plane appropinquarent, qui quaſi è proximo citabantur. Ætoli, ne adventu Romanæ claſsis opprimerentur, reliquerunt oppugnationem.

duci exercitus commodè poſſit, rident. Menſores, qui loca caſtris metandis metiuntur.

1. *Illinc (inquit) petenda eſt*] Si per alios liceret, interrogationis notam libenter apponerem, hoc modo: (*Illinc inquit*) *petenda eſt?*

2. *Reliquis Pompejanarum*] Modius, *reliquiis Pomp.* Non placet, *Reliqui*, pluribus in locis à Frontino ſumuntur, ἀντὶ τῶν λειψάνων.

CAPUT VIII.

† *De conſtituenda per conſtantiam acie.*

EXEMPLUM I.

SERVIUS Tullius adoleſcens, prœlio quo Tarquinius rex, 1 adverſus Sabinos conflixit, ſigniferis ſegnius dimicantibus, 2 raptum ſignum in hoſtem miſit, cujus recipiendi

† Lemma capitis ex manuſcriptis emendandum; in quibus *reſtituendâ*, pro *conſtituendâ*: meliori notâ legitur.

1. *Adverſus Sabinos*] Meliores & antiquiores, *Gabinios*: & ita exemplo decimo.

2. *Raptum ſignum in hoſtem miſit*] In membranis, *emiſit*. De ſignis in mediam hoſtium aciem projectis, ut magna vi repeterentur; à plurimis imperatoribus factitatum

piendi gratia Romani ita ardenter pugnaverunt, ut & ſignum & victoriam retulerint.

II. Furius Agrippa Cos. cedente cornu, ſignum militare ereptum ſignifero, in hoſtes Hernicos & Æquos miſit: quo facto ejus prœlium reſtitutum eſt. Summa enim alacritate Romani ad recipiendum ſignum incubuerunt.

III. 1 T. Quintius Capitolinus Cos. ſignum in hoſtes Faliſcos ejecit, militeſque id repetere juſsit.

IV. M. Furius Camillus Tribunus militum conſulari poteſtate, cunctante exercitu, arreptum manu ſigniferum in hoſtes Volſcos & Latinos traxit, cæteros puduit non ſequi.

V. 2 Salvius Pelignus, bello Perſico idem fecit.

VI. Q. Furius, averſo exercitu, cum occurriſſet, affirmavit non recepturum ſe in caſtra quemquam niſi victorem; reductiſque in aciem ſuis, victoria potitus eſt.

VII. Scipio apud Numantiam, cum averſum ſuum videret exercitum, pronuntiavit ſibi pro hoſte futurum, quiſquis in caſtra rediſſet.

VIII. 3 Servilius Priſcus Dictator, cum ſigna legionum ferri in hoſtes Faliſcos juſsiſſet, ſigniferum cunctantem occîdi imperavit, quo exemplo perterriti hoſtem invaſerunt.

IX. Coſſus Cornelius Magiſter equitum adverſus Fidenates idem fecit.

X. Tar-

ctitatum legimus, apud *Livium*, Florum, Ammianum & alios.

1. *T. Quintius Capitolinus*] Eædem membranæ per ſecundam vocalem, *Capetolinus*, exhibuerunt Græcorum more; qui Καπιτώλιον ſcribunt, ut Diodorus & Euſebius.

2. *Salvius Pelignus*] *Salinus Pelignus*, in meo P.

3. *Servilius Priſcus*] Vulgo perperam, *Sinilius*.

4. *Cum ſigna legionum ferri in hoſtes Faliſcos juſſiſſet*] Obſerva loquendi modum, *ſigna ferre, vel, inferre in hoſtes*. Cæſar II. de bello Gallico: *Reliquos cohortatus milites, ſigna inferre & manipulos laxare juſſit*. Livius non ſemel, & optimè ad exemplum quartum de Furio Camillo: *Signiferum ſecum arreptum in hoſtes rapit*, INFER MILES, *clamitans*, SIGNUM. Ubi manendum erat, imperabant ſignifero ſtatuere ſignum. Inde formulæ: SIGNIFER STATUE SIGNUM. HIC OPTIME MA-

X. Tarquinius adversus Sabinos cunctantes equites, detractis frenis, concitatisque equis procurrere & 1 perrumpere aciem jussit.

XI. M. Attilius Cos. bello Samnitico, ex acie refugientibus in castra militibus aciem suorum opposuit, affirmans secum & cum bonis civibus dimicaturos eos, nisi cum hostibus maluissent; ea ratione universos in aciem reduxit.

XII. L. Sylla, cedentibus jam legionibus exercitui Mithridatico, ductu Archelai, stricto gladio in primam aciem 2 procucurrit, appellansque milites dixit; Si quis quæsisset, ubi Imperatorem reliquissent, responderent pugnantem in Bæotia: cujus rei pudore universi eum secuti sunt.

XIII. D. Julius, ad Mundam suis referentibus pedem, 3 equum suum abduci à conspectu suo jussit, & in primam aciem pedes prosiliit: milites dum destituere Imperatorem erubescunt, redintegrarunt prœlium.

XIV. Philippus, veritus ne impetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos equitum à tergo posuit, præcepitque, ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur, perseverantius abeuntes trucidarent. Qua denuntiatione cum effecisset, ut etiam 4 timidissimi mallent ab hostibus quam à suis interfici, victoriam acquisivit.

CAPUT

NEBIMUS. Plutarchus Camillo: Καὶ τὴ φερόντα πρῶτον τὸ σημεῖον, μεγάλῃ φωνῇ κατεβοᾶν ἐκέλευεν, ἀντεῖ μόνον, καὶ τὸ σημεῖον πήξας κατέλιπε· καὶ οὐ πρόθυμα κατεδέξαντο καὶ μόνον.

1. *Perrumpere aciem jussit*] In exarato, *perfundere*: pro quo malim, *perfindere*. Sed placet receptum. Vegetius libro tertio: *Si nimium fuerit acies attenuata, cito ab adversariis factâ impressione perrumpitur*. Sic etiam meliores libri hoc loco legunt.

2. *Procucurrit*] Ita repone consensu meliorum: Vulgò, *procurrit*: quod & antea notamus.

3. *Equum suum abduci*] Illud *suum*, ni fallor, hoc quidem in loco vehementer abundat; ideoque rejiciendum judicamus.

4. *Timidissimi mallent*] P. *timidi*. Statim, *anquisivit*, ἀρχαϊκώτερον in nostro MS.

† Sic

CAPUT IX.

† *De confirmandis reliquiis belli, si res prospere cesserit.*

EXEMPLUM I.

C. MARIUS, victis prœlio 1 Teutonis, reliquias eorum (quia nox circumvenerat) circumsedens, sublatis subinde clamoribus, per paucos suorum territavit, insomnemque hostem detinuit; ex eo consecutus, ut postero die irrequietum facilius debellaret.

II. Claudius Nero, victis Pœnis, quos Hasdrubale duce in Italiam ex Hispania trajicientes exceperat, caput Hasdrubalis 2 in castra Hannibalis ejecit: quo factum est, ut & Hannibal luctu (nam frater occisus erat) & exercitus desperatione adventantis præsidii affligeretur.

III. L. Sylla his, qui Prænestę obsidebantur, occisorum in prœlio ducum capita hastis præfixa ostendit, atque ita obstinatorum pervicaciam fregit.

IV. Arminius dux Germanorum, capita eorum, quos occiderat, similiter præfixa, ad vallum hostium admoveri jussit.

V. Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obsideret, & Armenii pertinaciter viderentur 3 toleraturi obsidionem, 4 in quendam ex Megistanis, quos ceperat, animadvertit, caput-

† Sic omnino legendum; quanquam dissensu scriptorum Scriverii, in quibus *consternendis*, ineptè pro *confirmandis*, legebatur.

1. *Teutonis*] *Teutonibus*, non malè etiam P. Nam utroque modo dicuntur, *Teutoni* & *Teutones*: de quibus libro præcedenti diximus.

2. *In castra Hannibalis ejecit*] Vana est curiositas illorum, qui *injecit*, vel *conjecit*, conjiciunt. Nepos Alcibiade: *his in ignem ejectis, &c.*

3. *Toleraturi obsidionem*] *Tolerare obs.* P.

4. *In quendam ex Megistanis*] Hunc *non ignobilem barbarum* vocat Tacitus lib. XIV. Annalium;

caputque ejus balista excussum, intra munimenta hostium misit: id forte decidit in medium consilium, 1 quod tum cum maxime habebant barbari, ad cujus conspectum velut ostento consternati ad deditionem festinaverunt.

VI. Hermocrates Syracusanus, 2 superatis acie Athenienſibus, veritus, ne captivi, quorum ingentem manum in potestatem redegerat, parum diligenter custodirentur, quia eventus dimicationis in epulas, & securitatem compellere victores poterant, finxit proxima nocte equitatum hostilem venturum: qua expectatione assecutus est, ut attentius vigiliæ agerentur.

VII. Idem, rebus prospere gestis, & ob id resolutis suis in nimiam securitatem, somnoque & mero pressis, in castra transfugam misit, qui præmoneret se fuga elapsum: dispositas enim ubique à Syracusanis insidias: quarum metu recepit aciem. (3 Illi cum adventarent, persecuti, in fossas deciderunt, & eo modo victi sunt.)

CA-

ad quem ex Frontino locum scriptoris illustrat Just. Lipsius.

1. *Quod tum cum maximè*] Sic meliores: Vulgo perperam, *cum maximè*. Libro tertio cap. II. *& sacrificio tum cum maximè occupatos oppressit. Tum cum maximè*, δραστικῶς. *Cum maximè* autem est ὅτι μάλιστα. Glossæ, *cum maximè*, αὐτόθεν.

2. *Superatis acie Athenienſibus*] Ne dubita hoc modo cum Scriverio legere, suffragantibus Veterum historiis. Nam malè *Carthaginenſibus*, excusum in vulgò editis.

3. *Illi cum adventarent, persecuti, in fossas deciderunt, & eo modo victi sunt*] Sanè hæc verba de glossemate suspecta sunt, & aliunde videntur irrepsisse. Nec enim ad Hermocratis factum pertinent; cujus duo ista exempla ne quidem capiti suo respondere, vidit accuratissimus Scriverius.

1. *T. Didius*

CAPUT X.

De adversis emendandis, si res durius cesserit.

EXEMPLUM I.

1 T. DIDIUS, in Hispaniâ, cum acerrimo prœlio conflixisset, quod nox diremerat, magno numero utrinque cæso, 2 complura suorum corpora atrâ nocte sepelienda curavit. Hispani postero die 3 ad simile officium progressi, quia plures ex ipsorum numero, quàm ex Romanis cæsos repererant, victos se esse secundum eam dinumerationem argumentati, ad conditiones Imperatoris descenderunt.

II. T. Martius eques Romanus, qui reliquiis exercitus duorum Scipionum præfuit, cum in propinquo bina castra Pœnorum paucis millibus passuum distarent, cohortatus milites, proxima castra intempestâ nocte adortus est: & cum hostem victoriæ fiduciâ incompositum aggressus, ne nuntios quidem cladis reliquisset, brevissimo tempore militi ad requiem dato, eâdem nocte raptim famam rei gestæ prægressus, altera eorundem castra invasit. Ita bis simili usus eventu, deletis ubique Pœnis, 4 amissas populo Romano Hispanias restituit.

CAPUT

1. T. *Didius*] In argenteo denario. T. DIDI. IMP. descriptus est, quem Plutarchus vocat στρατηγὸν. Σερτώριος μετὰ τὸν Κίμβρων καὶ Τευτόνων πόλεμον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Δείδιῳ στρατηγῷ χιλίαρχος ἐπὶ Ἰβηρίας.

2. *Complura suorum corpora*] id est, *cadavera*. Isidorus: *Corpus, quod non vivit:* & statim: *Corpus dicitur, aut quod post vitam mortuum est, aut sine vita est conditum.*

3. *Ad simile officium*] Τετάφθαι est supremum funeris officium: nam *officia* vocabant istud munus, quod in apparatu funerum mortuis debebant vivi. Hinc *officia humationis* vocat Arnobius, & *officiosa funera* Augustinus. Curtius: *apparatum funerum, quo Persæ suprema officia celebrarent &c.* Sed de his alibi plura.

4. *Amissas P. R. Hispanias*] Vitiosa quidem & inepta lectio est Vet. P. ubi, *Pepulorum*, pro *pop. R.* lectoribus obtruditur.

1. *Appa-*

CAPUT XI.

De dubiorum animis in fide retinendis.

EXEMPLUM I.

P. VALERIUS, Epidauri, timens oppidanorum perfidiam, quia parum præsidii habebat, gymnicos ludos procul ab urbe [1] apparavit. Quo cum omnis ferè multitudo spectandi causâ exisset, clausit portas, nec in eas antea admisit Epidaurios, quàm obsides à principibus acciperet.

II. Cn. Pompejus, cum suspectos haberet [2] Catinienses, & vereretur, ne præsidium non reciperent, petiit ab eis, ut agros interim apud se refici paterentur: fortissimis deinde, habitu languentium missis, civitatem occupavit continuitque.

III. Alexander, devictâ perdomitâque Thraciâ petens Asiam, veritus ne post ipsius discessum sumerent arma; [3] reges eorum, præfectosque, & omnes, quibus videbatur inesse cura detractæ libertatis, secum velut honoris caussa traxit: ignobilibus autem relictis, plebejos præfecit: consecutus uti principes beneficiis ejus obstricti, nihil novare vellent: plebs verò ne posset quidem spoliata principibus.

IV. Antipater, conspecto priore Neciorum exercitu, qui audita morte Alexandri ad infestandum imperium ejus confluxerant, dissimulans se scire quâ mente venissent, gratias

1. *Apparavit*] Libri variant, & quidam, *aperuit*, legunt; ut noster P. Sed meliores, *apparavit*. Cicero ad Quint. fratrem: *Ludos apparat magnificentissimos*, &c.

2. *Catinenses*] Modius hanc vocem ex Plinio restituit cap. sexto libro quarto. Nam vulgo malè *Causenses* vel *Chaucenses* editum memini.

3. *Reges eorum præfectosque &c.*] Quales isti Reges? Necesse est tales fuerint, quales Romanorum auspiciis & arbitrio regnarunt, stipendiarii, precarii & vix reges. In exercitu Alexandri, Pythagoram regem Cypriorum memorat Curtius lib. IV. cap. 3. & Arrianus in multitudinis numero, *Cypriorum reges*, dixit; quos Plinius alibi novem enumerat. Unde Procopius lib. I.

tias his egit, quod ad auxilium ferendum Alexandro adversus Lacedæmonios convenissent: adjecitque id se regi scripturum. Cæterum ipsos, quia sibi opera eorum 1 in præsentiâ non esset necessaria, abirent domos, hortatus est: & hâc asseveratione periculum, quod ex novitate rerum imminebat, discussit.

V. Scipio Africanus, in Hispaniâ, cum inter captivas alias eximiæ formæ virgo, 2 & nobilis, ad eum perducta esset, omniumque oculos in se converteret, summâ custodia habitam 3 sponso nomine Luceio reddidit: insuperque aurum, quod parentes ejus redempturi captivam 4 domum Scipioni attulerant, eidem sponso 5 pro nuptiali munere dedit: qua multiplici magnificentia universa gens victa imperio populi Romani accessit.

VI. Alexandrum quoque Macedonem traditum est, eximiæ pulchritudinis virgini captivæ, 6 cum finitimæ gentis principi

lib. I. de bello Gothico tradit, Barbaros, duces suos, reges vocare.

1. *In præsentia*) Alias, *in præsenti*.

2. *Et nobilis*) Ita libri. In membranis tamen, *mollis*. Inde *mollities* ἡ θηλεῖα νόσος. Non placet. Scribe meo judicio, *& nubilis, &c.* quod ex optimo altero MSS. nos primi nunc eruimus. Aristænetus ep. II. 22. *Tu solum visa cunctorum oculos rapis.* Ἁρπάζεις τὰ πάνθων ὄμματα.

3. *Sponso, nomine Lucejo*] Sic emendandum ex Plutarcho. Vulgo perperam, *Alicio* vel *Alitio*.

4. *Domum Scipioni*] *Domo* Stevvechius, & nescio quis *donum*; Sed cur non *domum Scipionis?*

5. *Pro nuptiali munere*] Reliqui, *nuptiali gratia*, teste Modio. Sequitur: *quâ multiplici magnificentiâ*, scribe, *munificentiâ*, quod in quibusdam legitur.

6. *Cum finitimæ gentis principi fuisset desponsata*] Unum hoc, quod sciam, exemplum de Alexandro legitur apud Frontinum. Simile aliud à Curtio traditum, Alexandrum virgines regias excellentis formæ tam sanctè habuisse, quam si eodem quo ipse parente genitæ forent. Nec tamen suâ laude privandus est Cyrus, qui Pantheam pulcherrimam mulierem, marito servavit; auctore Xenophonte lib. V. παιδ. Erant enim maximè religiosi veteres in desponsatis parcendis: Symphosianus in historia Apollon. Tyrii: QUICUNQUE TARSIAM DEFLORAVERIT, MEDIAM LIBRAM DABIT, POSTEA POPULO PATEBIT, AD SINGULOS SOLIDOS.

1. Vt

principi fuisset desponsata, summâ abstinentiâ ita pepercisse, [1] ut illam ne aspexerit quidem. Quâ mox ad sponsum remissâ, universæ gentis, per hoc beneficium, animos conciliavit sibi.

VII. Imperator Cæsar Augustus (Germanicus,) eo bello, quo victis hostibus cognomen Germanici meruit, [2] cum in finibus Ubiorum castella poneret, pro fructibus eorum locorum, quæ vallo comprehendebat, pretium solvi jussit: [3] atque eâ justitiæ famâ omnium fidem astrinxit.

1. *Vt illam ne aspexerit quidem*] Ἀλλ' ἐγὼ ἐ πιθόμλω. Nam si in Perside nata fuit, *magnus oculorum dolor* Alexandro obvenit. Exstat de eadem re jocus apud Plutarchum in vita: ὡς εἰσὶν μεγάλαι ἀλγηδόνες ὀμμάτων Περσίδες.

2. *Cum in finibus Vbiorum*] Ita Modius rescripsit, cum anteà esset *Cubiorum*. Alias, *Galliarum*. Omnes Scriveriani MSS. *Cubiorum*, exaratum habent.

3. *Atque ea justitiæ fama*] Haud multo melius ex libris legas cum interpunctione, *atque ea justitiâ, famâ omnium fidem adstrinxit*. De jure vide virum summum, Hugonem Grotium lib. III. cap. 17. de jure belli & pacis.

CAPUT XII.

Quæ facienda sunt pro castris, si satis fiduciæ in præsentibus copiis non habeamus.

EXEMPLUM I.

T. QUINTIUS Cos. cum Volsci castra ejus aggressuri forent, cohortem tantummodo in statione detinuit, reliquum exercitum ad quiescendum dimisit, æneatoribus præcepit, ut vallum insidentes equis circumirent, concinerentque. Quâ facie & simulatione cum & propulsasset, & detinuisset per totam noctem hostes, [1] ad lucis exortum fessos vigiliâ, repente factâ eruptione, facilè superavit.

II. Q. Sertorius, in Hispania, hostium equitatui maximè

1. *AD lucis exortum*] Circa crepusculum matutinum. Græci dicunt πρὸς ὄρθρον, ceu πρὸ ἀφαύματος.

1. *Nocte*

mè impar, qui usque ad ipsas munitiones nimiâ fiduciâ succedebat, 1 nocte scrobes aperuit, & ante eas aciem direxit: cum demum turmales secundùm consuetudinem redire vellent, pronunciavit 2 comperisse insidias se ab hostibus dispositas: idcirco ne discederent à signis neue laxarent agmen. 3 Quod cum solvere ex disciplinâ fecisset, exceptus fortè veris insidiis, quia prædixerat, interritos milites habuit.

III. 4 Chares dux Atheniensium, cum expectaret auxilia, & vereretur, ne interea contemptu præsentis paucitatis hostes castra ejus oppugnarent, complures ex iis, quos habebat, per adversam partem nocte missos, jussit qua præcipue conspicui forent hostibus, redire in castra, & accedentium novarum virium speciem præbere: atque ita 5 simulatis auxiliis tutatus est, donec instrueretur expectatis.

IV. Iphicrates Atheniensis, cum campestribus locis castra haberet, exploraſſetque Thraces ex collibus, per quos unus erat descensus, nocte ad diripienda castra venturos, clam duxit exercitum, *& in utroque viæ latere, per quam transituri erant Thraces, distributum collocavit: hostemque decurrentem in castra, in quibus multi ignes per paucorum

1. *Nocte scrobes aperuit*] Sequor aliorum judicium: *nocte scrobes prærui*t. Prærui & præfodi fecit scrobes munimentis, atque ita instructus milites tenuit, nuncium de insidiis se accepisse mentitus.

2. *Comperisse insidias se*] Ultima vox à MSS. abest, & sanè glossema est.

3. *Quod cum solvere ex disciplina fecisset*] Puto cum Barthio rescribendum, *quod cum solenne ex disciplina fecisset*, optimâ divinatione. Non tamen video, quid præcedentia velint. Sanè ita instruxerat aciem ut propter scrobes noctu apertas à numero superioribus equitibus tuta esset. Videtur unum exemplum excidisse, aut minimè huc pertinens immistum esse: diversa enim narrat clausulâ ab iis quæ initio exspectantur.

4. *Chares*] Corruptè *Phares* in P. editum.

5. *Simulatis auxiliis tutatus est*] Scriverii membranæ, *tuitus est*. In nostro P. legitur, *s. a. tutus esset*. Sed *tuitus*, aut *tutatus* retinendum est, immissâ tamen voculâ; *simulatis auxiliis sua tutatus est*: atque ita verum putamus. Sequitur, *instrueretur exerc.* ubi, malè *instruetur*

corum curam instituti, speciem manentis ibi multitudinis servabant, à lateribus adortus oppressit.

struetur in quibusdam vilioribus.

1. *Et in utroque viæ latere*] Τὸ *in*, non agnoscunt scripti libri, quos inspexit Scriverius.

CAPUT XIII.

De Effugiendo.

EXEMPLUM I.

GALLI, pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum 1 certis custodibus tradiderunt, quibus 2 si acie fusi essent parceretur, quò facilius colligendâ prædâ hostem impeditum effugerent.

II. Triphon Syriæ rex victus, per totum iter fugiens 3 pecuniam sparsit: 4 eaque sectantes Antiochi equites moratus, effugit.

III. Q. Sertorius pulsus acie à Q. Metello Pio, ne fugam quidem sibi tutam arbitratus, milites dispersos abire jussit, admonitos in quem locum vellet convenire.

IV. 5 Viriatus dux Lusitanorum copias nostras, locorumque iniquitatem evasit eâdem quâ Sertorius ratione, sparso exercitu, deinde recollecto.

V. Horatius Cocles, urgente Porsennæ exercitu, jussit suos per pontem redire in urbem, eumque (6 ne casu sequeretur

1. *Certis custodibus*] Scribe, *Græcis custodibus*.

2. *Si acie fusi essent*] Editum fuit in prioribus, *fugissent*; unde Modius *fusi essent*, pronâ correctione: & statim *spargeretur*, ἀντὶ τοῦ *parceretur*; quod non adlubescit doctissimo Barthio.

3. *Pecuniam sparsit*] In Plautina Menæchmei. *Nisi feres argentum, frustra; me ductare non potes.* Apud Pindarum in Isth. Χρυσῶ μεσονύκτιον γίφοντα δεξαμένα τὸν φέρτατον θεῶν: pro quo Prudentius, *nummos serere* dixit, eadem ferè tralatione lib. I. Symmach.

4. *Eaque sectantes*] Quidam, *eumque*: item *eique insectandæ*, quod Modius arripit, & legit mox, *moratos*.

5. *Viriatus*] Membranæ cum spiritu, *Viriathus*, Οὐριάθος. Vide supra.

6. (*Ne casu sequeretur hostis*) Barthius

queretur hostis) intercidere. Quod dum efficitur, in capite ejus propugnator ipse insequentes detinuit. Audito denique fragore pontis abrupti, dejecit se in alveum: 1 eumque non armis, sed vulneribus oneratus tranavit.

VI. Afranius, in Hispania ad Ilerdam, cum Cæsarem fugeret, instante eo castra posuit: cum idem Cæsar fecisset, & pabulatum suos dimisisset, ille signum repente itineri dedit.

VII. Antonius, 2 cum ex Parthis sibi instantibus reciperet exercitum, & quoties primâ luce moveret, toties urgentibus barbarorum sagittis infestaretur, 3 abeuntium agmen in quintam horam continuit; suisque fidem constantiorem fecit: quâ persuasione digressis inde Parthis, justum iter 4 reliquo die sine interpellatione confecit.

VIII. Philippus, 5 in Epiro victus, ne fugientem eum Romani premerent, inducias ad sepeliendum eos, qui cæsi erant, impetravit: & ob id remissioribus custodibus evasit.

IX. P. Clau-

Barthius rescribendum retur, (*ne hæc assequeretur hostis*) &c. Dum enim pontem transirent, spatium dabant assequendi; interruptione vero intercipiebatur periculum.

1. *Eumque non armis, sed vulneribus*] Retineo istam ut germanam lectionem. Conjecerat olim idem Barthius, *in armis & vulneribus*. Modius, *& armis & vulneribus*; quorum neuter intellexit elegantiam, quam primum Stevvechius vidit, & alii postmodum τῶν γραμματικῶν παῖδες. Antiqui sæpius involvunt particulam, quæ subintellecta tamen emollit locutionem. Sic apud Sallustium Jugurthino: *non enim regnum, sed fugam, exilium, & has omnes, quæ me premunt, miserias, cum animâ simul amisisti*: hoc est, *non enim solum regnum, &c.* Tacitus III. Annalium: *nobilitatem sine probro actam, honori quam ignominiæ habendam ducebat*: id est, *magis honori*. Et observamus ejusmodi hellenismum apud Thucyd. II. 18. τῇ δυνάμει πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται. Cui geminum est illud Nazianzeni: Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον; & alia sexcenta.

2. *Cum ex Parthis*] Minora exemplaria, *cum ex parte*: & ita Parisiensis. Perperam: vide Appianum in Parthicis, qui totam hanc rem fusè narrat.

3. *Abeuntium agmen*] Istud *abeuntium*, jubet abire Barthius; & post τὸ *constantiorem*, redire.

4. *Reliquo die*] Aliàs, *alto* vel *alio die*.

5. *In Epiro victus*] Exarati, *veritus*: utrumque probum est. Cæterum non pugnat cum induciis,

IX. P. Claudius, navali prœlio ſuperatus à Pœnis, cum per hoſtium præſidia neceſſe haberet erumpere, reliquas viginti naves tanquam victrices juſſit ornari: atque ita Pœnis exiſtimantibus ſuperiores fuiſſe acie noſtros, terribilis exceſſit.

X. Pœni claſſe ſuperati, quia inſtantem avertere Romanum ſtudebant, ſimulaverunt in vada naves ſuas incidiſſe; 1 hærenteſque imitati, effecerunt ut victor eorum timens caſum, ſpatium ad evadendum daret.

XI. 2 Comminius Artebas, cum victus à D. Julio ex Gallia in Britanniam fugeret, & fortè ad Oceanum ſecundo vento quidem, ſed æſtu recedente veniſſet, quamvis naves in ſiccis littoribus 3 hærerent, pandi nihilominus vela juſſit. Quæ cum perſequens eum Cæſar ex longinquo tumentia, & flatu plena vidiſſet, ratus proſpero ſibi eripi curſu, receſſit.

SEXTI

occiſos ſepelire, & interſtitium humandorum cadaverum impetrare; niſi quid ſpecialius convenerit.

1. *Hærenteſque imitati*] Adjunctum margini fuit Cod. Modiani, *à ventiſque nutari*: quæ verba & ipſe pro geniis agnoſcit.

2. *Commmius*] Scriptum fuit in ſchedis noſtris, *Commius A.* ex quo fecerim, *Comius*; atque ita à Cæſare vocatur. Vix tamen *Comminius* rejecerim, nam & obſcura minus in antiquitate Romana eſt familia *Cominia*, vel *Comminia*. Marmor Carpenſe prope Romam ad villam ſuburbanam. DIS. MANIBUS. L. COMINI. L. F. POL. BASSI. SACRUM.

3. *Hærerent*] MSS. *haberet*.

* Nec

SEXTI JULII FRONTINI VIRI CONSULARIS, IN STRATEGEMATΩN LIBRUM TERTIUM.

PRÆFATIUNCULA.

SI priores libri responderunt titulis suis, & lectorem hucusque cum attentione perduxerunt, edam nunc circa oppugnationes urbium defensionesque strategemata: * nec morabor ullâ prælocutione, prius traditurus, quæ oppugnandis urbibus usui sunt, tum quæ obsessos instruere possint: depositis autem operibus & machinamentis, quorum expletâ jam pridem inventione, nullam video ultra artium

* NEc morabor ullâ prælocutione] Melius *prolocutione*, ut in Scriverii membranis exaratum legitur. *Morari prolocutione* est προοιμιάζεσθαι. Hesychius: ἀναβάλλεσθαι, προοιμιάζεσθαι; quomodo legendum pridem sustinuerunt eruditi. Quintilianus VI. 1. *principia dicere*, dixit ex lege Attica.

tium materiam; has circa expugnationem species strategematωn fecimus:

LIBER

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De repentino impetu.*
CAP. II. *De fallendis iis qui obsidentur.*
CAP. III. *De eliciendis ad proditionem.*
CAP. IV. *Per quæ hostes ad inopiam redigantur.*
CAP. V. *Quemadmodum persuadeatur obsidionem (esse) permansuram.*
CAP. VI. *De destructione præsidiorum hostium.*
CAP. VII. *De fluminum derivatione & vitiatione aquarum.*
CAP. VIII. *De injiciendo obsessis pavore.*
CAP. IX. *De irruptione ex diversa parte quam expectamus.*
CAP. X. *De insidiis, per quas eliciantur obsessi.*
CAP. XI. *De simulatione regressus.*

Ex contrario circa tutelam obsessorum:

CAP. XII. *De excitandâ curâ suorum.*
CAP. XIII. *De emittendo & recipiendo nuntio.*
CAP. XIV. *De introducendis auxiliis, & commeatibus suggerendis.*
CAP. XV. *Quemadmodum efficiatur, ut quæ deerunt, abundare videantur.*
CAP. XVI. *Quâ ratione proditoribus & transfugis occurratur.*
CAP. XVII. *De eruptionibus.*
CAP. XVIII. *De constantiâ obsessorum.*

Æquis

SEXT. JUL. FRONT. STRATEG.

LIBER TERTIUS,

CAPUT I.

De repentino impetu.

EXEMPLO I.

T. QUINTIUS Cos. victis acie [1] Æquis & Volscis, cum Antium oppidum expugnare statuisset, [2] ad concionem vocato exercitu, exposuit quàm id necessarium & facile esset, si non differretur: eoque impetu, [3] quem exhortatio concitaverat, aggressus est urbem.

II. M. Cato animadvertit, in Hispania, potiri se quodam oppido posse, [4] si inopinantes invaderet: quatridui itaque iter biduo per confragosa [5] & deserta emensus, nihil tale metuentes oppressit hostes: victoribus deinde suis caussam tam facilis eventus requirentibus, dixit: tum illos victoriam adeptos, cum quatridui iter [6] biduo arripuerunt.

CAPUT

1. Æquis] *Equis*, habent libri degeneres ac vilioris notæ.

2. *Ad concionem vocato exercitu*] Melius forte ex vestigiis scriptorum, *concione vocata, exercitui exposuit, &c.*

3. *Quem exhortatio*] MSS. *quo exhortatos, &c.*

4. *Si inopinantes*] Idem, *inopinatos.* Notavimus ad librum primum cap. I. nec juvat actum agere in persequendis λεπτολογίαις.

5. *Et deserta emensus*] In MSS. Scriverii, *nisus.*

6. *Biduo arripuerunt*] Offendit Stevvechium geminatio caninæ literæ, & scriptum esse *aripuerunt* opinatur, quod valet ac *abripuerunt.* Nihilominus Barthius sinceram γραφὴν contendit esse, *corripuerunt*; quod non vehementer improbo. *Corripere* gradum, viam, iter, spatium; solenne est apud omnes auctores. Virgilius lib. V. Æneidos:

Corripiunt spatium medium, foribusque propinquant:

Ubi bene Servius, *raptim peragunt.*

CAPUT II.

De fallendis iis qui obsidentur.

EXEMPLUM I.

DOMITIUS Calvinus, 1 cum obsideret Lucam oppidum Ligurum, situ non tantùm & operibus, verùm etiam propugnatorum præstantiâ tutum, circuiri muros frequenter omnibus copiis instituit, easdemque reducere in castra. Quâ consuetudine inductis ita oppidanis, ut crederent exercitationis id gratiâ facere Romanum, & ob hoc nil ab eo conatu caventibus, morem illum obambulandi in subitum direxit impetum, 2 occupatisque mœnibus expressit, ut seipsos dederent & oppidum.

II. C. Duillius Cos. subinde exercendo milites remigesque, consecutus est, ut secutis Carthaginiensibus usque in id tempus innoxiæ consuetudinis, subitò admotâ classe, murum occuparet.

III. Hannibal, in Italia, multas urbes cepit, cum Romanorum habitu quosdam suorum ex longo belli usu Latinè quoque loquentes præmitteret.

IV. Arcades, Messeniorum castellum obsidentes, factis quibusdam armis 3 ad similitudinem hostilium, eo tempore quo successura alia præsidia his exploraverant, instructi eorum qui expectabantur ornatu, admissique per hunc errorem,

1. *CVm obsideret Lucam*] Perperam nonnulli, *Lucriam*; ut Parisiens. vel *Lueriam*, ut Modianus.

2. *Occupatisq; mœnibus expressit*] Ita rectè Modius: non, ut aliàs, *oppressit*.

3. *Ad similitudinem hostilium*] MSS. Scriverii, *hostium*. Nobis religioni est vulgatum sollicitare. Deinceps *errorem* sumit, pro dolo composito, ut etiam exemplo ultimo hujusdem capitis. Talis error Græcis est πραξικόπησις, aut etiam πρᾶξις: unde πράττειν & πρασσικοπεῖν, molitione clandestina, sive proditorum ope urbem occupare. Thucyd. lib. IV. ὡς ἤσθοντο οἱ πράσσοντες τὸ ἁμάρτημα, οὐδὲν ἐκίνησαν τῶν ἐν ταῖς πέλεσι. Alia est προδοσία, apud Græcos polemicos.

1. *Stra-*

rem, ut ſocii, poſſeſſionem loci, [1] ſtrage hoſtium adepti ſunt.

V. Cimon dux Athenienſium, in Cariâ inſidiatus cuidam civitati, religioſum incolis templum Dianæ, lucumque qui extra muros erat, noctu improviſus incendit: effuſiſque oppidanis ad opem adverſus ignes ferendam, vacuam defenſoribus cepit urbem.

VI. Alcibiades dux Athenienſium, cum civitatem [2] Agrigentinorum egregiè munitam [3] obſideret, petito ab eis conſilio, diu tanquam de rebus ad commune pertinentibus [4] diſſeruit in theatro, ubi ex more Græcorum locus conſultationi præbebatur; dumque conſilii ſpecie tenet multitudinem, Athenienſes, quos ad id præparaverat, incuſtoditam urbem ceperunt.

VII. Epaminondas Thebanus, in Arcadiâ die feſto effuſè

1. *Strage hoſtium*] P. *cum ſtrage h.*

2. *Agrigentinorum*] In eodem P. *Agrigenitorum*: melius in optimis membranis, *Agragantinorum*: nam *Agragantum* hujus urbis nomen legitur apud antiquos; unde Ἀκραγαντῖνος, *Agragantinus*, vel *Agrigentinus*. Et in nummis argenteis hujus civitatis nomen occurrit, ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ.

3. *Obſideret*] Fortaſſis legendum *deſideraret*, vel tale aliquid; ſed excutiantur hiſtoriæ.

4. *Diſſeruit in theatro*] Ἐν τῷ θεωτρῷ κοινῷ, vel ἐφορείῳ, ut Græci loquuntur: quale μυρίοι ἐν μεγάλῃ πόλει apud Arcadas. Nam Græcis & Græcienſibus pleriſque *theatrum* pro curiâ, foro, comitio fuit, in quo de rebus publicis diſſerebant, vel ad commune pertinentibus. Juſtinus lib. XXII. *Populum in theatrum vocari jubet*: Tacitus hiſtoriis. *Theatrum ingreſſus, ubi illis conſultare mos eſt.* Quod etiam ab Auſonio diſcimus, Ludo ſeptem Sapientum, in Prologo.

Quid erubeſcis tu togate Romule,
Scenam quod introibunt tam clari viri?
Nobis pudendum eſt hoc, non & Atticis
Quibus theatrum curia præbet vicem:
Noſtris negotiis ſua loca ſortitò data,
Campus comitiis, ut conſcriptis Curia.
Forum atque roſtra ſeparat jus civium.
Vna eſt Athenis; atque in omni Gracia
Ad conſulendum publici ſedes loci.

fusè 1 extra mœnia vagantibus hostium fœminis, plerosque ex militibus suis muliebri ornatu immiscuit: quâ simulatione illi intra portas 2 sub noctem recepti, ceperunt oppidum, & suis aperuerunt.

VIII. Aristippus Lacedæmonius, festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo, ad celebrandum Minervæ sacrum, urbe egressa erat, jumenta saccis frumentariis paleâ refertis onusta Tegeam misit, agentibus ea militibus, qui negotiatorum specie inobservati portas aperuerunt suis.

IX. 3 Antiochus, in Cappadociâ, ex castello Suendâ, quod obsidebat, jumenta frumentatum egressa intercepit: occisisque calonibus, eorundem vestitu milites suos, tanquam frumentum reportantes, submisit. Quo errore illi, custodibus deceptis, castellum intraverunt, admiseruntque milites Antiochi.

X. Thebani, 4 cum portum Sicyoniorum nullâ vi redigere in potestatem suam possent, 5 navem ingentem armatis compleverunt, expositâ super merce, ut negotiatorum specie fallerent: ab eâ deinde parte murorum, quæ longissimè remota erat, apparere paucos disposuerunt, 6 cum quibus è nave quidam egressi inermes simulatâ rixâ, occurrerunt:

1. *Extra mœnia vagantibus hostium fœminis*] Non probo Rubenii conjectutam, qui *bacchantibus* ex Polyeno legendum saragit. Ait ille fœminas eas bibisse ἄχρι μέθης, usque ad ebrietatem, & mox exivisse ἐπὶ νυὰ νυκτερινὴν θυσίαν, ad quoddam nocturnum sacrificium. Certè nimis coarctamus Pomœria Latinorum, si in narrando semper ad verbum transmarinos assequimur.

2. *Sub noctem recepti*] *nocte* Parisiensis.

3. *Antiochus*] Idem *Antiochius*: quod omnimodò damnamus: statim, *Sueda* & *Sumeda*, diversi manuscripti, pro *Suenda*, exhibuerunt doctissimo Scriverio.

4. *Cum portum Sicyoniorum*] P. *Syciozniorum*: transpositis literis.

5. *Navem ingentem armatis compleverunt*] Locum habuit in mente Poëtæ —— *uterumque armato milite complent*. De Batavo milite Bredæ in cespitum scaphâ recepto, recentior multo est memoria, quam ut scribi tanquam obliterata debeat.

6. *Cum quibus à nave*] Prior vocula facit ne Latinè quidem loqui Frontinum: idcirco à doctis jam-

runt: Sycioniis ad dirimendum id jurgium advocatis, Thebanæ naves & portum vacantem & urbem occupaverunt.

XI. Thymarchus Ætolus, [1] occiso Charmade Ptolemæi regis præfecto, chlamyde interempti & galero [2] ad Macedonicum ornatus est habitum, per hunc errorem pro Charmade in Samniorum portum receptus occupavit.

jamdudum non eliminatam miramur.

1. *Occiso Charmade*] Aliàs *Carneade*, ex connexione literarum. Et statim *Samiorum*, in Scriverii scriptis. P. *Saniorum*. Sic mutandum.

2. *Ad Macedonicum ornatus est habitum*] Id est, instar Charmadis Macedonis ornatus est. Solinus: *honore & pretio ad smaragdos viret.* τῇ τιμῇ πρὸς σμαραγδοὺς. Sic *Grammaticus ad Scaurum*; *Rhetor ad Fabium*, & alia. *Ornatus ad habitum Macedonicum*, instar Macedonis armatus. Malè *armatus*, pro *ornatus* in Arceriano scriptum fuit. *Ornatus* est enim *armatus*; & *ornamenta*, sunt *arma*. Inde de gladiatore apud Senecam, *qui per ornamenta percussus est*. Supra notamus.

CAPUT III.

De eliciendis ad proditionem.

EXEMPLUM I.

1 PAPYRIUS Cursor Cos. apud Tarentum, Miloni, qui tum præsidio Epirotarum urbem obtinebat, salutem ipsi & popularibus, si per illum oppido portiretur, pollicitus est. Quibus præmiis ille corruptus, persuasit Tarentinis, ut se legatum ad Consulem mitterent: à quo plena promissa [2] ex pacto referens, in securitatem oppidanos resoluit; atque ita incustoditam urbem Cursori tradidit.

II. Marcellus, cum Syracusanum quendam Sosistratum ad proditionem solicitasset, ex eo cognovit remissiores custodias fore die festo, quo [3] Epicides præbiturus esset vini epu-

1. *Papyrius Cursor*] Paphyrius, Parisiensis.

2. *Ex pacto referens*] κατ' συνθήκλν: quod vehementer placet. Statim exemp. seq. *M. Marcellus*, in auctiore Pat.

3. *Epicides*] MS. *Ephicydes*. P. *Ephicides*. Deinceps venustè, *præbitu-*

epularumque copiam: insidiatus igitur hilaritati, & quæ eam sequebatur socordiæ, munimenta conscendit, vigilibusque cæsis, aperuit exercitui Romano urbem nobilibus victoriis claram.

III. Tarquinius Superbus, cum Gabios in deditionem accipere non posset, filium suum Sextum Tarquinium cæsum virgis ad hostem misit: is incusatâ patris sævitiâ persuasit Gabinis, ut odio suo adversus regem uterentur; & dux ad bellum electus tradidit patri Gabios.

IV. Cyrus Persarum rex, 1 suum comitem Zopyrum, exploratâ ejus fide, truncatâ de industriâ facie ad hostes dimisit: ille assentante injuriarum fide, creditus inimicissimus Cyro, cum hanc persuasionem adjuvaret, procurrendo propius quotiens acie decertaretur, & in eum tela dirigendo, commissam sibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro.

V. 2 Philippus oppido Samiorum exclusus, 3 Apollonio præfecto eorum, ad proditionem corrupto, persuasit, ut plaustrum lapide quadrato oneratum, in ipso aditu portæ poneret: confestim deinde signo dato insecutus oppidanos, circa impedita portæ claustra, oppressit trepidantes.

VI. Hannibal apud Tarentum, quæ à præsidio Romano, duce Livio, tenebatur, 4 Eoneum quendam Tarentinum, quem

biturus esset, verbo rei familiaris ἡ τοῦ τοῦ βίου.

1. *Suum comitem Zopyrum*] Præambulum duarum vocum ab ævo sequiori intrusum mihi semper visum est, quibus descriptor aliquis ex sæculo suo *comitem* dignitatis titulo Zopyrum vocavit. Sic interpres Apollonii Tyrii, scriptor ævi fortassis non multum inferioris, de Cassiodoriano piscatore: *Ego sum Apollonius Tyrius, cui dimidium tribuisti tribunarium; & donavit ei CC. sestertia argenti, & servos, & ancillas; & fecit eum comitem suum, usque dum vixit.* De hoc autem facto vide Aristidem oration. ἡ τῶν ἐρρεχμιδῶνων.

2. *Philippus oppido Samiorum*] *Seniorum* legitur in Vet. manuscripto. Puto melius: *Saniorum*, τῶν Σανειῶν. Hoc verissimum est ἐθνικὸν à *Sana*. Sed & Σανεῖοι vocabantur oppidi hujus incolæ. Rectum igitur est *Seniorum* & *Saniorum*, non *Samiorum*.

3. *Apollonio præfecto*] P. *Apollonide*.

4. *Eoneum*] *Coneum*. MSS. *Niconem*.

1. *Man-*

quem ad proditionem solicitaverat, ejusmodi fallaciâ instruxit, ut ille per caussam venandi noctu procederet, quasi id per hostem interdiu non liceret: egresso ipsi apros subministrabant, quos ille tanquam ex capturâ Livio offerret; idque cum sæpius factum esset, & ideo minus observaretur, quâdam nocte Hannibal, venatorum habitu, Pœnos comitibus ejus immiscuit: qui cum onusti venatione, quam ferebant, recepti essent à custodibus, protinus eos adorti occiderunt. Tunc fractâ portâ admissus cum exercitu Hannibal omnes Romanos interfecit, exceptis his qui in arcem profugerant.

VII. Lysimachus rex Macedonum, cum Ephesios oppugnaret, & illi in auxilio haberent 1 Mandronem Archipiratam, qui plerumque oneratas prædâ naves Ephesum appellebat, corrupto ei ad proditionem, junxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captivis Ephesum introduceret: qui postea, raptis ex arce armis, urbem Lysimacho tradiderunt.

1. *Mandronem*] *Mendronem*, quidam vilioris notæ. Deinceps scribe, *qui plurimum oneratas &c.* fide membranarum.

CAPUT IV.

Per quæ hostes ad inopiam redigantur.

EXEMPLUM I.

FABIUS Maximus vastatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset, recessit sementis tempore, ut frumentum quod reliquum habebant, in sationes conferrent: reversus deinde 1 renata protrivit, & ad famem redactis potitus est.

II. Antigonus adversus Athenienses idem fecit.

III. Dionysius, multis urbibus captis, cum Rheginos aggre-

1. *Renata protrivit*] Aliàs, *prostravit.*

1. *Alex-*

aggredi vellet, qui copiis abundabant, ſimulavit pacem, petiitque ab eis, ut commeatus exercitui ipſius ſubminiſtrarent: quod cum impetraſſet, exhauſto oppidanorum frumento, aggreſſus urbem alimentis deſtitutam ſuperavit.

IV. Idem & adverſus Himeræos feciſſe dicitur.

V. 1 Alexander oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundantem, prius caſtella, quæ in confinio erant, cepit: omneſque ex his Leucadiam paſſus eſt confugere, ut alimenta inter multos celerius 2 abſumerentur.

VI. Phalaris 3 Agrigentinus, cum quædam loca munitione tuta in Sicilia oppugnaret, ſimulato fœdere 4 frumenta, quæ reſidua ſe habere dicebat, apud eos depoſuit: deinde datâ operâ, 5 ut tectorum cameræ, in quibus id conferebatur, reſciſſæ pluviam reciperent, fiduciâ 6 conditi commeatus, 7 proprio tritico abuſos primo initio æſtatis 8 aggreſſus, inopia compulit ad deditionem.

CA-

1. *Alexander oppugnaturus*] Legebatur hic vulgò, *Q. Curtius, Alexander*, tanquam ille hoc ſtrategemate uſus eſſet. Ridiculè; & rectè Modius fecit, qui correxit, ut etiam Scriverio viſum.

2. *Abſumerentur*] Scripti, *conſumerentur*.

3. *Agrigentinus*] *Agrigantinus*, P. ut ubique.

4. *Frumenta, quæ reſidua*] Non *reſidia*, ut in eodem libro. Apage ἐγκάφισμα medicorum.

5. *Vt tectorum cameræ*] Scribo ex optimis membranis, *tectoriorum*. Tectoria, κοινιάματα, τὰ τοιχῶν παρὰ χρίματα. Fiebant enim calce macerata, quæ facillimè nimbo laborarent. Aliàs *tectorium* eſt, τοῖχος κεκονιαμένος.

6. *Conditi commeatus*] Optimè, *conditi commeatus fiduciam* dixit, de ἀποτεθησαυρισμένοις. In Hadriani vitâ: *Laborabat præterea, ut condita militaria inſpiceret*: id eſt, annonam militarem in horreis. Sed de conditis mentio eſt etiam in Cod. Theodoſ. Quare perperam *abditi*, legendum jubet Scriverius.

7. *Proprio tritico abuſos*] *Properè*, Stevvechius: qui & *abuti* interpretatur, *conſumere*: elegantiſſimè.

8. *Aggreſſus*] P. *aggreſſos*: Sed hæc omnia ibidem corrupta leguntur.

1. *Omnia*

CAPUT V.

Quemadmodum persuadeatur obsidionem esse permansuram.

EXEMPLUM I.

CLEARCHUS Lacedæmonius exploratum habens Thracas 1 omnia victui necessaria in montes comportasse, unà quoque ope sustentari, quod crederent eum commeatus inopiâ recessurum: per id tempus, quo legatos eorum venturos opinabatur, aliquem ex captivis in conspectu jussit occîdi, 2 & membratim, tanquam alimenti caussâ, in contubernia distribui. Thraces nihil non facturum perseverantiæ caussa eum credentes, qui tam detestabiles epulas sustinuisset experiri, in deditionem venerunt.

II. Tiberius Grachus, Lusitanis dicentibus, in decem annos cibaria se habere, 3 & ideo obsidionem non expavescere, Undecimo, inquit, anno vos capiam. Quâ voce 4 perterriti Lusitani, quanquam instructi commeatibus, statim se tradiderunt.

III. A. Torquato Græcam urbem oppugnanti, cum diceretur, juventutem ibi studiosè jaculis & sagittis exerceri, Pluris eam, inquit, propediem vendam.

CA-

1. *OMnia victui necessaria*] Scriveriani, *victu*. ἀρχαϊκῶς.

2. *Et membratim, tanquam alimenti caussa, in contubernia distribui*] Quidam, *distribuit*. *Membratim*; ut *frustatim*, dixit Apulejus: *Nacti prædam jacentem, miserum illum adolescentem sic frustatim discerpunt*. IX. Melesiorum: *frustratim* perperam legebatur, pro *frustatim*. Glossæ; *membratim* κατὰ μέλη. Arnobius: *membratim conjugem lancinatum*: & alia.

3. *Et ideo obsidionem*] *Obsidium*, lectio nostrarum membranarum. Glossæ: *Obsidium*, πολιορκία, περικάθισις. Florus lib. II. cap. 2. *Regulus jam ipsam belli caput Carthaginem urgebat obsidio*. Quod solenne est apud eundem auctorem.

4. *Perterriti Lusitani*] *Præterriti*, quidam librorum.

1. De

CAPUT VI.

De destructione præsidiorum hostium.

EXEMPLUM I.

SCIPIO Hannibale in Aphricam reverso, cum plura oppida, quæ ratio illi in potestatem redigenda dictabat, firmis præsidiis diversæ partis obtinerentur, subinde aliquam manum submittebat ad infestanda ea: novissime etiam, tanquam direpturus civitates, aderat; deinde simulato metu, refugiebat. Hannibal ratus veram esse ejus trepidationem, deductis undique præsidiis, tanquam [1] de summâ rerum dimicaturus, insequi cœpit: ita consecutus Scipio, quod petierat, nudatas propugnatoribus urbes, per Masinissam & Numidas cepit.

II. P. Cornelius Scipio intellectâ difficultate expugnandi [2] Delminium, quia omnium concursu [3] defendebatur, aggredi alia oppida cœpit; & evocatis ad sua defendenda singulis, vacuatum auxiliis Delminium cepit.

III. Pyrrhus Epirotarum rex, adversus Illyrios, cum civitatem, quæ caput gentis erat, redigere in potestatem suam vellet, ejus desperatione cæteras urbes petere cœpit: consecutusque est, ut hostes fiducia velut satis munitæ urbis ejus ad tutelam aliarum dilaberentur. Quo facto ipse rursus revocatis omnibus suis, [4] vacuam eam defensoribus cepit.

IV. Cor-

1. DE *summa rerum dimicaturus*] *Decuraturus*, perperam habuit P. Scribe, *decertaturus*: & sic sæpe. Græci dicunt κρίνειν τὸ πόλεμον καὶ διακρίνειν, venustè κρίνειν τὰ ὅλα.

2. *Delminium*] Variè scriptum est hujus oppidi nomen in veteribus libris, *Delminum*, *Delvinum*, *Delminium*; quorum nullum verius est, quàm quod edidimus.

3. *Defendebatur*] Hoc melius, quàm *defendatur*. Deinde τὸ *vacuantum*, malè abest à Vet. Paris. & incuria librariorum omissum est.

4. *Vacuam eam defensoribus*] Scriver. *cavatam*.

1. In

IV. Cornelius Rufinus Cos. cum aliquanto tempore Crotonam oppidum frustra obsedisset, quod inexpugnabile faciebat assumpta [1] in præsidia Lucanorum manus, simulavit se cœpto desistere: captivum deinde magno præmio solicitatum, misit Crotonam, qui (tanquam ex custodiâ effugisset) persuasit discessisse Romanos: id verum Crotonenses arbitrati, dimisêre auxilia, destitutique propugnatoribus, [2] inopinati, & invalidi capti sunt.

V. Mago dux Carthaginiensium, victo Cn. Pisone, & in quâdam turre circumsepto, suspicatus venturà ei subsidia, perfugam misit, qui persuaderet appropinquantibus, captum jam Pisonem: quâ ratione deterritis eis, reliqua victoriæ consummavit.

VI. Alcibiades in Siciliâ, cum Syracusanos capere vellet, [3] ex Catanensibus, apud quos tum exercitum continebat, quendam exploratæ solertiæ submisit Syracusanis: is in publicum consilium introductus, persuasit, infestissimos esse [4] Catanenses Atheniensibus, & si adjuvarentur à Syracusanis, futurum ut opprimerent eos, & Alcibiadem. Quâ rē adducti Syracusani universis viribus Catanam perituri processerunt, relictâ ipsorum urbe: quam à tergo adortus Alcibiades desolatam, ut superaverat, afflixit.

VII. Cleonymus Athenienses Trœzenios, qui præsidio Craterum tenebant, aggressus, tela quædam (in quibus scriptum erat, venisse se * ad liberandam eorum Rempublicam) intra

1. *In præsidia Lucanorum*] *In præsidium* L. Veteres cum meo. P.

2. *Inopinati & invalidi capti sunt*] *Inopinati invalida capti sunt.* MSS. Unde Scriverius dubitat, num legendum sit; *inopinati vi valida capti sunt*. Indubitanter.

3. *Ex Catanensibus*] *ex Atheniensibus*: Parisiens. & statim, *ad Syracusanos*, non *Syracusanis*; utrumque malè.

4. *Catanenses*] Idem, *Cathenienses*: unde conjicere est mendosam scripturam præcedentem, facili errore degenerantem. *Catana* & *Catina* dicitur, unde ἐθνικὸν *Catanenses*, & *Catinenses*; nunquam *Cathenienses*. *Catinam* etiam video excusum paulo post in eodem libro.

* *Ad*

intra muros jecit: & eodem tempore captivos quosdam conciliatos sibi remisit, qui Craterum detrectarent. Per hoc consilium seditione intestinâ apud obsessos conciliatâ, admoto exercitu potitus est civitate.

* *Ad liberandam eorum remp.*] Vulgo editi: *liberandum.* Deinceps, *concitata* pro *conciliata*, Scriveriani MSS.

CAPUT VII.

De fluminum derivatione, & † Vitiatione aquarum.

EXEMPLUM I.

P. SERVILIUS, 1 Isauram oppidum, flumine ex quo hostes aquabantur averso, ad deditionem siti compulit.

II. C. Cæsar in Galliâ 2 Cadurcorum civitatem amne cinctam, & fontibus abundantem, ad inopiam aquæ redegit, cum fontes cuniculis avertisset, & fluminis usum per sagittarios arcuisset.

III. 3 L. Metellus, in Hispaniâ citeriore, 4 in castra hostium, humili loco posita, fluvium ex superiore parte immisit; & subita inundatione turbatos, per dispositos in hoc ipsum insidiatores, cecidit.

IV. Alexan-

† Hoc *vitiatione*, à certa conjectura est duorum doctissimorum virorum, Modii & Stevvechii: quod nemo non probabit, qui *vitatione*, ad hanc materiam saltem curriculo consideret.

1. *Isauram oppidum*] Nulla in re magis ineptiunt librorum descriptores, quàm in urbium & populorum nominibus renovandis, quæ non secus atque Peliam recoquunt. Inde *Isauram* ab imperito correctore editum fuit; qui veteri Parisiensi præfuit. *Isaura* oppidum, notius quàm ut ex auctoribus illustretur. Aliis vocatur *Isaurus*, unde Publius Valerius *Isaurici* nomen adeptus est. Hæc & alia crebra sunt, ex conjunctione præcedentis literulæ degenerantia.

2. *Cadurcorum civitatem*] Ita ex ipso Cæsare legendum: Vulgo, *Caduceorum*, quo quid ineptius?

3. *L. Metellus*] MSS. Scriverii, ut aliàs, *Q. Metellus.*

4. *In castra hostium*] *In* præambulum, à vulgatibus nonnullis exulat.

1. *Apud*

IV. Alexander [1] apud Babylonem, quæ media flumine Euphrate dividebatur, fossam pariter & aggerem instituit, ut in usum ejus existimarent hostes [2] egeri terram, atque ita subitò flumine averso, per alveum veterem (qui siccatus ingressum præbebat) urbem intravit.

V. Semiramis, adversus eosdem Babylonios eodem Euphrate averso, idem fecisse dicitur.

VI. Clisthenes [3] Sicyonius ductum aquarum [4] in oppidum Criseorum ferentem rupit: [5] mox affectis siti restituit [6] aquam

1. *Apud Babylonem*] *Babyloniam*, P. Ptolemæus de Euphrate: ὀχίζει εἰς τὴν Διὰ βαβυλῶνος ῥέοντα, καὶ Διὰ Σελευκείας, ὧν ὁ μεταξὺ καλεῖται βασίλειος ποταμός. Pro sequentibus istis; *quæ media flumine Euphrate dividebatur*, legunt calamo exarati libri, *quæ medio fluvio, &c.* verius & sincerius, ut ex Ptolemæo patet. Deinceps, *fossam pariter & aggerem instituit*: Istam fossam Ptolemæus βασίλειον ποταμὸν vocat, & Polybius lib. V. τὴν βασιλικὴν διώρυχα: estque Arabum, Almelic, cujus meminit Nubiensis Geographus.

2. *Egeri terram*] Sic primum de conjecturâ Modius; cum vulgò esset, *aggeri*: quod melioribus non placuit. Optimo Stevvechio exindè *aggerari* reponere visum fuit; quod quidem cum non improbem, malim tamen *aggregari*, verissimâ emendatione. Vetus Onomasticum; *aggrego*: ἐπισαυαθροίσω. Apul. IX. Mil. *In rectum aggregata cumulum*: nec planè damno Stevvechii conjecturam, τὸ *aggerari*, rescribentis. Curtius lib. IV. *exhauriendas esse regiones, ut illud spatium aggeraretur*: Gloss. ἐπισωρεύω: *Coaggero, congero, cumulo, &c.*

3. *Sicyonius*] *Sycionius*. P. Quidam, *Sicronius*. Uterque malè.

4. *In oppidum Criseorum*] Scriverius *Crissæorum*: Sed *Cyrræorum* ex Polyeni VI. in Amphyctiones, Ortelius. Nullo negotio. *Criseorum* enim vera scriptio est; nec opus mutatione; immo eadem urbs *Crisa* & *Crissa*. Vide Pausaniam in Phocicis. Stephanus *Crisam* vocat. Inde bellum Criseum in Justini Prologo tertio; quo loco & Rutgersius *Crissæum* legendum affirmat, quod Κρισσαῖος sinus Straboni, idem esset ac Κορινθιακὸς.

5. *Mox affectis siti*] ita lege: vulgo ineptè, *affectus*.

6. *Aquam elleboro corruptam*] Græcis medicorum filiis σησαμοειδὲς vocatur istud ellebori genus, quo dejectiones olim moliebantur: Hesychio & Dioscoridi est ἀντικύρικον. Theophrastus: εἴπερ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ καθάπερ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσιν. ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον. Erat autem semen ellebori nigri, quo usus fuit in vitiatione Clisthenes Sicyonius; cujus vi alvus inferior diluitur. Immo ipsum

quam elleboro corruptam, qua usos profluvio ventris [1] decipiens, cepit.

elleborum Plinius venenum vocat lib. X. cap. 23. de coturnicibus scribens, quibus *veneni semen gratissimus cibus*. Isto veneno corrumpebantur aquarum ductus, & vitiabantur. Et exinde constat, herbarum seminumque naturam exactè nostrum intellexisse; quod & de mandragora constat, cui mediam vim inter venenum & soporem attribuit. Istud ellebori semen contusum commiscebatur aliis substantiis liquidis, & in fluvium infundebatur. Inde *corruptam* rectè dixit aquam elleboro fuisse; nam liquidorum mixtiones sunt φθορά. Tacitus, ubi Germanorum ἐπιχύελον πόμα, sive *veliam* describit; tandem adjungit, *ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptam fuisse*. Sic *diluta* dicebant *corrupta*: & *diluere elleborum*, Persius.

1. *Decipiens, cepit*] Suspectum illud *deciptens*, erat Freinshemio, & corruptionis manifestum, pro quo *deficientes*, idem melius substituisse putat. Sic etiam Rubenius, ut & alteram suam opinionem addat: *profluvio ventris deinceps cepit*. Nihil tamen ego mutem.

CAPUT VIII.

De injiciendo obsessis pavore.

EXEMPLUM I.

PHILIPPUS, cum [1] Trinassum castellum [2] nulla vi capere posset, [3] terram ante ipsos muros aggessit, simulavitque agi cuniculum: [4] castellanique, quia subrutos se existimarant, dediderunt.

II. Pelo-

1. *Trinassum*] Vel, *Trinessum*: utrumque probum est. Quidam corruptè, *Teenassum*.

2. *Nulla vi*] Sic ex libris melioribus emendavit Stevvechius; cum antea malè, *nudá vi*, legeretur operarum culpa.

3. *Terram ante ipsos muros aggessit*] Hoc *agessit*, non ignorant hoc loco Veteres editiones, quanquam superiore capite ejecerint. Nec temerè quicquam mutandum; etsi Scriverius suum *egessit*, nonnulli, *ejecit*, protrudant; ἄγεσα καὶ ἔγεσα, voces sunt barbaro-Græcæ, quæ plurimis occasionem dedêre, optimos auctores deformandi.

4. *Castellanique, &c.*] Postrema hæc indubiè turbata sunt. Scribe igitur: *Castellam, qui ita Subrutos se existimarant, dediderunt.*

1. *Non*

II. Pelopidas Thebanus Magnetum duo oppida ſimul oppugnaturus, 1 non ita longo ſpatio diſtantia, quo tempore ad alterum eorum exercitum admovebat, præcepit, ut ex compoſito ab aliis caſtris 2 quatuor equites coronati, notabili alacritate velut victoriam annuntiantes, venirent: ad cujus ſimulationem curavit, ut ſilva, quæ in medio erat, incenderetur, præbitura ſpeciem urbis ardentis: præterea quoſdam captivorum eodem habitu juſſit perduci. Qua aſſeveratione perterriti, qui obſidebantur, dum in parte jam ſe ſuperatos exiſtimarent.

III. Cyrus rex Perſarum, incluſo Sardibus Crœſo, qua præruptus mons nullum aditum præſtabat, ad mœnia malos exæquantes altitudinem jugi ſubrexit: quibus ſimulachra hominum armata perfici habitus impoſuerat, noctuque eos monti admovit. Tum prima luce ex altera parte muros aggreſſus eſt, ubi orto jam Sole ſimulachra illa, armatorum habitum referentia, refulſerunt. Oppidani captam urbem à tergo credentes, 3 & ob hoc in fugam dilapſi victoriam hoſtibus conceſſerunt.

1. *Non ita longo ſpatio*] P. immiſsâ voculâ, *non tam ita*, *&c.* Statim, *admonebat*, pro *admovebat*: Ineptè.

2. *Quatuor equites*] *Sex equites*, Scriver. MSS. & poſt, *eorum habitu*.

3. *Et ob hoc*] Vulgo perperam, *& hos*, *&c.*

CAPUT IX.

De irruptione ex diverſa parte quam exſpectamus.

EXEMPLUM I.

SCIPIO apud Carthaginem ſub diſceſſum æſtus maritimi ſecutus Deum (ut dicebat) ducem, ad muros urbis acceſſit: & cedente ſtagno, 1 qua non expectabatur, irrupit.

II. Fa-

1. *QVà non expectabatur, irrupit*] Ut ſuprà; *quà non expectabatur, intravit*: & ſimilia κατὰ λέξιν Frontinianam.

II. Fabius Maximus Cunctatoris filius, apud Arpos præsidio Hannibalis occupatos, considerato situ urbis, sexcentos milites obscura nocte misit: qui per munitam eoque minus frequentatam oppidi partem scalis evecti in murum, 1 portas revellerent: hi adjuti 2 decidentium aquarum sono, qui operis strepitum obscurabat, jussa peragunt: ipse, dato signo ab alia parte aggressus, cepit Arpos.

III. C. Marius, bello Jugurthino, apud flumen 3 Mulucham, cum oppugnaret castellum in monte saxeo situm, quod una & angusta semita adibatur, cetera parte (4 velut consulto) præcipiti, nuntiato sibi per Ligurem quendam ex auxiliis gregalem militem, qui forte aquatum progressus, dum per saxa montis cochleas legit, ad summum pervenerat, 5 eripi posse castellum, paucos centuriones, quibus perfectissimos cum velocissimis militibus æneatores immiscuerat, misit: capite pedibusque nudis, 6 ut prospectus nisusque

1. *Portas revellerent*] In membranis, *evellerent*, exaggeranter, ut apud Appulejum lib. III. Metamorph. *& domus januas, &c. evellere gestientes.*

2. *Decidentium aquarum sono*] *Aquarum sonum*, vocat quem veteres *fremitum*. Ennius: *ratibusque fremebat Imber Neptuni.* Quod sequitur, *obscurabat*, est antiquæ lectionis; quare non adlubescit Stevvechianum, *obturabat*.

3. *Mulucham*] Quidam *Muluccham*, viliori notâ. Sallustius: *Namque haud longè à flumine Mulucha, quod Iugurthæ, Bocchique regnum disjungebat, erat inter cæteram planitiem mons saxeus, mediocri castello, satis patens, in immensum editus, uno per angusto aditu relicto, &c.* Florus multò aliter hæc tradit; nempe per Ligurem quendam, urbem Mulucham saxeo inditam monti Marium inaccesso aditu penetrasse; qui & historias & verba nonnunquam κατὰ τὰ ἐνθισμένα confundit.

4. (*Velut consulto*)] Ita benè reposuit, quisquis fuit. Aliis videtur legendum, *cum saltu, &c.* quod non probat Modius.

5. *Eripi posse castellum*] Stevvechius, *erepi posse in castellum*: sed non placet. Scribo igitur, *erumpi posse in castellum.*

6. *Vt prospectus, nisusque per saxa facilior foret*] Ita ex Sallustio pridem emendarunt Stevvechius & Scriverius, queîs lubens adsentior. In Jugurthâ enim ipsissima verba citanrur, cujus totum locum, sed aliis interdum verbis repetit Frontinus. Vulgo igitur perperam editum fuit; *ut prospectus, visusq́, &c.*

1. *Scu-*

que per ſaxa facilior foret, 1 ſcutis gladiiſque à tergo aptatis, hi Ligure duce 2 & telis & clavis, quibus in aſcenſu nitebantur, adjuti, cum ad poſteriora & ob id vacua defenſoribus caſtelli perveniſſent, 3 concinere & tumultuari, ut præceptum erat, cœperunt: ad quod conſtitutum Marius conſtantius adhortatus ſuos, acrius inſtare caſtellanis cœpit: quos ab imbelli 4 multitudine ſuorum revocatos, tanquam capti à tergo eſſent, inſecutus caſtellum cepit.

IV. 5 L. Cornelius Cos. complura Sardiniæ cepit oppida, dum firmiſſimas partes copiarum noctu exponit, quibus præcipiebat, ut deliteſcerent, opperirenturque tempus, 6 quod ipſe nactus appelleret: occurrentibus deinde adventanti hoſtibus, & ab ipſo per ſimulationem fugæ longius ad perſequendum avocatis, illi in relictas ab eis urbes 7 impetum facerent.

V. Pericles Atheniensium dux, cum oppugnaret quandam civitatem magno conſenſu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum, 8 quæ mari adjacebat, claſſicum cani,

1. *Scutis, gladiisque*] P. *Scutis, armisque*: nihil movendum: *Super terga gladii & ſcuta.* Erant enim Numidicæ cituræ ex coriis orychis, ſive ſcuta Numidarum minora.

2. *Et telis, & clavis*] Scriverius *loris* mavult ἀντὶ τῶν *telis*, ex veſtigiis MSS.

3. *Concinere & tumultuari*] Quid illud in veteri libro, quod diviſum editum, *concinere & tumultu agi? Tumultuari* puero patet legendum. Gloſſæ: *tumultuatur*, θορυβεῖ, θρυλλεῖ. θόρυβος Græcis eſt clamor tumultuantium & concentus æneatorum.

4. *Multitudine ſuorum revocatos*] *Evocatos*, libri degeneres exhibuerunt.

5. *L. Cornelius*] Scriverii MSS. *Cornelius Rufinus*; deindè in ſequentibus aliàs *fortiſſimas*, legitur, pro *firmiſſimas*.

6. *Quod ipſe nactus appelleret*] Sic omninò legendum. Vulgo eſt, *quo ipſe noctu appelleret*: unde Stevvechius *interdiu*, pro uſu doli deponendum conjecit; nullo negotio.

7. *Impetum facerent*] Idem Stevvechius, *fecerunt*. Exempl. ſequenti legit P. *Pericles Atheniensium*, omiſſo duce, quod elegantiæ eſt.

8. *Quæ mari adjacebat*] Non diſſimulabo, veterum membranarum ſcripturam fuiſſe, *quæ mare adjacebat*; pro quo fortaſsè reſcribendum foret: *quæ ad mare*

ni, clamoremque attolli jussit: hostes penetrari illac in oppidum rati, reliquerunt portas, per quas Pericles destitutas præsidio irrupit.

VI. Alcibiades dux Atheniensium, Cyzicum oppugnandi ejus caussa nocte improvisus accessit; & diversa parte mœnium cornicines canere jussit: sufficere propagationi murorum poterant ad id latus, à quo solo se tentari putabant, 1 cum confluerent, 2 qua non obsistebatur, muros transcendit.

VII. Thrasybulus dux Milesiorum, ut portum 3 Sicyoniorum occuparet, à terra subinde oppidanos tentavit: & illo quo lacessebantur conversis hostibus, classe inexpectata portum cepit.

VIII. Philippus in obsidione cujusdam maritimæ urbis, binas naves procul à conspectu contabulavit, 4 superstruxitque eis turres: aliis deinde turribus adortus à terra, domibus propugnatores * distrinxit, turritas naves à mari applicuit, & qua non resistebatur, subiit muros.

IX. Pericles Peloponnesorum castellum oppugnaturus, in quod duo omnino erant accessus, alterum fossa interclusit, alterum munire instituit: castellani securiores ab altera parte facti, eam solam, quam muniri videbant, custodire cœperunt. Pericles, præparatis pontibus, injectisque super fossam, qua non cavebatur, subiit castellum.

X. Antio-

adjacebat; quod nemo puto rescripserit, qui antiquissimam cognovit, & Græcanicam; Homerus Iliad. π. τῷ δὲ καὶ Αὐτομέδων ὕπαγε: ζυγὸν ἵππους: ubi ὕπαγε ζυγὸν ἵππους, pro ἤπαγε ζυγὸν ὑπὸ ἵππους. Scriptor Latinus vitæ Timothei: *omnesque eas gentes, quæ mare illud adjacent*: & similia ἀρχαΐζοντα.

1. *Cum confluerent*] Stevvechius præmissâ voculâ, *quò cum confluerent*; vel, *cumque eo confluerent*.

2. *Quà non obsistebatur*] Non novit auctoris ingenium, quisquis ineptè reposuit, *quà non obsidebantur*; quod manifestò mendosum est.

3. *Sicyoniorum*] Quidam, *Sycioniorum* & *Sicroniorum*, ut suprà, pessimè.

4. *Superstruxitque eis turres*] Navibus turres imponebantur ad libram, tam ad proram quàm puppim. Docet id Appianus in bell. civil.

X. Antiochus, adversus Ephesios, Rhodiis quos in auxilio habebat præcepit, ut nocte portum cum magno strepitu invaderent: ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defensore reliquis munitionibus ipse aggressus, ex adverso civitatem cepit.

civil. Καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν εἶρον καταστήσας πρῶρον ἐς τὴν πόλιν. Virgilius VIII. Æn. *Tanta mole viri turritis puppibus instant.* Servius ad illud: *Hoc de historia traxit; nam Agrippina primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis subito erigerentur, simul ac ventum esset in prœlium, turres hostibus improvisæ.*

1. *Distrinxit*] *distringit*, P. Hoc amat Rubenius, & divulsè legit: *dum ibi propugnatores distringit.*

CAPUT X.

De insidiis, per quas eliciantur obsessi.

EXEMPLUM I.

CATO in conspectu Lacetanorum, quos obsidebat, reliquis suorum submotis, Suessanos quosdam ex auxiliaribus, maxime imbelles, aggredi mœnia jussit: hos cum 1 facta irruptione Lacetani facile avertissent, & fugientes avide insecuti essent, illis, quas occultaverat, cohortibus oppidum cepit.

II. L. Scipio in Sardinia, cujusdam civitatis 2 per tumultum relicta oppugnatione quam instruxerat, speciem fugientis præstitit: insecutisque temere oppidanis, per eos, quos in proximo occultaverat, oppidum invasit.

III. Hannibal, cum obsideret civitatem 3 Hymeram, castra sua capi de industria passus est, jussis recedere Pœnis, tan-

1. *Facta irruptione*] *Eruptione*, placuit Stevvechio. In fine hujus exempli postrema in quibusdam malè concepta sunt, hoc nimirum modo: *illis, quos occultaverat cohortis, oppidum cepit.*

2. *Per tumultum relicta*] Legeres ex Parisino, si velles, *parte militum relicta*; nihil ego mutem: Deinceps, *insecutusque*, vix sapit nostro palato.

3. *Hymeram*] P. *Hyemeram.* In sequentibus retineo lectionem, *Hymeræis ita deceptis*; ubi vulgò cou-

tanquam prævaleret hostis. Quo eventu Hymeræis ita deceptis, ut gaudio impulsi relicta urbe procurrerent ad Punicum vallum, Hannibal vacuam urbem, per eos, quos in insidiis ad hanc ipsam occasionem posuerat, cepit.

IV. 1 Idem, ut Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens, ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit, interpositoque exercitu ab oppido intercluso hostes à suis, in medio trucidavit.

V. Himilco Carthaginiensis, apud Agrigentum, juxta oppidum partem copiarum in insidiis posuit: præcepitque his, ut cum processissent oppidani, ligna humida incenderent, deinde cum reliqua parte exercitus luce ad eliciendos hostes progressus, simulata fuga persequentes oppidanos longius cedendo protraxit: insidiatores prope mœnia imperatum 2 ignem acervis subjecerunt, unde obortum contemplati fumum Agrigentini, incensam civitatem suam existimaverunt: 3 defendendæque ejus gratia, dum trepide recurrunt, obviis eis qui insidiati juxta muros erant, & à tergo instantibus quos persecuti fuerant, in medio trucidati sunt.

VI. Viriatus, disposito per occulta milite, paucos misit, qui abigerent pecora 4 Segobrigensium: ad quæ illi vindicanda, cum frequentes procurrissent, simulantesque fugam prædatores persequerentur, deducti in insidias, cæsique sunt.

VII. Scor-

concisum, *Hyemerâ eis deceptis*, &c.

1. *Idem, ut Saguntinos eliceret*] Optima sunt quæ ad hunc locum affert acutissimus Rubenius, dum degendum conjicit, *ut Segestanos eliceret*, notam Siliciæ gentem: & deinceps: *Item Hannibal ut Saguntinos eliceret*, repetito Hannibalis nomine & alio exemplo interjecto, quod omissum quasi supervacuum à temporum hominumque parum gnaris.

2. *Ignem acervis subjecerunt*] Vulgares, *acerbum*: Ineptissimè. *Acervi* sunt δέσμη ξύλων ὑγρῶν & χλωρῶν; quibus ignem subjici jussit Himilco ad excitandum fumum.

3. *Defendendæque ejus gratia*] Ultimam vocem magna gratia excludit Arcerianus manuscriptus.

4. *Segobrigensium*] Unius literulæ mutatio variavit hoc loco P. Cod. lectionem, non depravavit; in quo *Secobrigensium*, excusum est; solenni diversitate, *g* pro *c* ut aliàs

VII. Scordisci equites, cum [1] Heracleæ duarum partium præsidio præpositus esset Lucullus, pecora abigere simulantes, provocarunt eruptionem: fugam deinde mentiti, sequentem Lucullum in insidias deduxerunt, & octingentos cum eo milites occiderunt.

VIII. Chares dux Atheniensium, civitatem aggressurus littori appositam, post quædam promontoria occulte habita classe, è navibus velocissimam præter hostilia præsidia ire jussit: qua visa, cum omnia navigia, quæ pro custodia portus agebantur, ad persequendam evolassent, Chares in indefensum portum cum reliqua classe invectus, etiam civitatem occupavit.

IX. [2] Barca dux Pœnorum, in Sicilia Lilybæum nostris terra marique obsidentibus partem classis suæ procul armatam jussit ostendi: ad ejus conspectum cum evolassent nostri, ipse reliquis, quas in occulto tenuerat, navibus, Lilybæi portum occupavit.

aliàs degenerante. Sic *Segisama* & *Secisama*; ut *Segobriga* & *Secobriga*, quæ Straboni Σεγόβριδα; & alia sexcenta.

1. *Heracleæ duarum partium*] Vetera excusa; *cum Eracleæ Heduarum p.* quod κριτικώτατοις discutiendum relinquo.

2. *Barca*] Membranæ, *Barcas*: Græcâ formâ. Porphyrius obiter emendandus περὶ ἀποχῆς, II. ubi mendosè Βάλκας, pro Βάρκας. Statim, *Lilibacum*, editum in P. pro *Lilybæum*.

CAPUT XI.

De simulatione regressus.

EXEMPLUM I.

1 PHORMION dux Atheniensium, cum depopulatus esset agros Chalcidensium, legatis eorum [2] de ea re quærenti-

1. P*Hormion*] Veteres *Phormio* scribunt: nam à Græcis τὸ ν expellitur in illis, quæ in ων definunt, quum Latinam induunt formam: Vide Priscianum lib. I. Et ita Parisiensis excusum habuit.

2. *De ea re querentibus*] Idem, *requirentibus*: quod heîc nimis rotundum est.

rentibus benigne respondit: & nocte qua dimissurus illos erat, finxit literas sibi supervenisse civium suorum, propter quas redeundum haberet, ac paulum regressus dimisit legatos. his omnia tuta & abisse Phormionem renuntiantibus, Chalcidenses spe & oblatæ humanitatis, & abducti exercitus, remissa urbis custodia, cum confestim Phormion revertisset, prohibere inexpectatam vim non potuerunt.

II. Agesilaus dux Lacedæmoniorum, cum Phocenses obsideret, & intellexisset eos, qui tunc præsidio illis erant, jam gravari belli incommodo, paululum regressus tanquam ad alios actus, liberam occasionem recedendi his dedit: non multo post, milite reducto, destitutos Phocenses superavit.

III. Alcibiades, adversus Bysantios, qui se mœnibus continebant, insidias disposuit, &, simulato regressu, incautos eos oppressit.

IV. Viriatus, cum tridui iter discedens confecisset, idem illum uno die remensus, securos Segobrigenses [1] & sacrificio tum cum maxime occupatos oppressit.

V. Epaminondas, apud Mantinæam, cum Lacedæmonios in subsidium hosti venisse [2] animadverteret, ratus posse Lacedæmonem occupari, si clam illo profectus esset, nocte crebros ignes fieri jussit, ut specie remanendi occultaret profectionem: sed à transfuga proditus, assecuto exercitu Lacedæmoniorum, itinere quidem, [3] quo Spartam petebat, destitit: idem tamen concilium convertit ad Mantinienses; æque enim ignibus factis Lacedæmonios, quasi maneret, frustratus, per quadraginta millia passuum Mantinæam rerevertitur, eamque auxilio destitutam occupavit.

CA-

1. *Et sacrificio tum cum maxime*] Venustè: vide suprà notata.

1. *Animadverteret*] *Animadvertisset*, Scriverius.

3. *Quo Spartam petebat*] Hoc probo; reliqui malè, *portam petebat*.

† Et

CAPUT XII.

† *De excitanda cura suorum.*

EXEMPLUM I.

1 ALCIBIADES Atheniensis, civitate sua à Lacedæmoniis obsessa, veritus 2 negligentiam vigilum, denunciavit his qui in stationibus erant, ut observarent lumen quod nocte ostensurus esset ex arce, & ad conspectum ejus ipsi quoque lumina attollerent: in quo munere qui cessasset, pœnam passurum. Dum solicite expectatur signum ducis, 3 pervigilatum ab omnibus, & suspectæ noctis periculum evitatum est.

II. Iphicrates dux Atheniensium, cum præsidio Corinthum teneret, & sub adventum hostium ipse 4 vigilias circumiret, vigilem quem dormientem viderat, transfixit cuspide

† Et hujus capituli rubrica mendosè in vulgo editis concepta est; ubi perperam *exercitanda*, nobis obtruserunt imperiti correctores.

1. *Alcibiades Atheniensis*] Frustra sunt viri docti, qui heic aliam lectionem comminiscuntur, hoc nempe modo: *Alcibiades Athenis civitate suâ*, quam & in Vet. P. excusam vidi, sed contra vulgatam Frontini scripturam; cui nihil tam solenne est, quam cujusque ducis strategema vel à patria vel imperio exordiri.

2. *Negligentiam vigilum*] *Vigilium*, in Scriverianis exaratum fuit: vide Sosipatrum I. & Priscian. VII.

3. *Pervigilatum ab omnibus*] *Pervigilatum* cum augmento, ut exprimat vim vigilandi: *nam vigilare, leve est; pervigilare grave*; ut canit Martialis. Vetus Glossarium: *Pervigilat*, παννυχίζει. *Pervigilatio*, παννυχὸς, & alterum: παννυχὶς, *hoc excubium*, *pervigilium*; quod de eroticis plerumque dicebant antiqui: Nam *pervigilium* ἁπλῶς Veneri debebatur, παννυχισμὸς καὶ ἡ διὰ νυκτὸς ἀγρυπνία. Unde antiquissimo Poëtæ Orpheo Venus φιλοπάννυχος cognominata fuit.

4. *Vigilias circumiret*] Vegetio sunt *circatores* qui vigilias circumeunt, quos *rondier* hodiè dicimus: *Circare* est περιοδεύειν, *circuire*; inde *circitor* & *circator*. Φράγειν & φράττειν Græci dicebant. Inde Latinum priscum *fraxare*, obire, circumire vigilias. *Fraxatores*, vigiles, ἱδρυμένοι, καὶ περίπολοι.

1. Qua-

pidè: quod factum quibusdam, tanquam sævum increpantibus, [1] Qualem inveni, inquit, talem reliqui.

III. Epaminondas Thebanus idem fecisse dicitur.

1. *Qualem inveni, inquit, talem reliqui*] Quidam libri, *dimisi*, quod repugnat ipsi facto, sive potius narrationi. Ipse vigil, quem dormientem invenerat Iphicrates, extemplò mucrone gladii ab eo transfixus est, & exinde ab Iphicrate relictus: jacebat enim immobilis, & quasi dormiens cadaver. Tertullianus de anima: *Propone tibi corpus &c. blandâ quietis accessione prostratum, immobile situ: quale ante vitam jacuit, & quale post vitam jacebit.* Cui parile est illud in Simocattæ epistolis: τὸ πέρα καθεύδειν τοῦ πρέποντος, τοῖς τεθνηκόσι μᾶλλον ἤπερ τοῖς ζῶσιν ἁρμόδιον.

CAPUT XIII.

De emittendo & recipiendo nuntio.

EXEMPLUM I.

ROMANI obsessi in Capitolio ad Camillum ab exilio implorandum miserunt [1] Pontium Cominum, qui ut stationes Gallorum falleret, per saxa Tarpeja dimissus, transnato Tiberi, Vejos pervenit, & perpetratu legatione similiter ad suos rediit.

II. Campani diligenter Romanis, à quibus obsessi erant, custodias agentibus, quendam pro transfuga subornatum miserunt, qui occultatam balteo epistolam, inventa [2] effugiendi occasione, ad Pœnos pertulit.

III. [3] Venationi quoque & pecoribus quidam insuerunt literas, membranis mandatas.

IV. [1] Ali-

1. *Pontium Cominum*] *Comitium*, in membranis legitur Scriverii; Scribo *Cominium*. Atque ita Livio vocatur, dum incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur.

2. *Effugiendi occasione*] Veteres hoc quidem in loco unâ voce ampliores sunt, *effugiendi caussa occasione*: vel, *effugiendi caussa occasione*: nullo operæ pretio.

3. *Venationi quoque*] Ita cum Scriverio lege. Vulgo enim perperam est, *venatione*. *Venatio* κυνηγέσιον caro venando capta, sive ferina ex venatu. Glossæ: κυνηγέσιον, *venatio*: at κυνηγεσία *venatus*, ipse venandi actus. Corn. Celsus:

IV. 1 Aliqui & jumentum in adverſam partem infulſerunt; dum ſtationes tranſeunt.

V. 2 Nonnulli interiora vaginarum inſcripſerunt.

VI. L. Lucullus 3 Cyzicenos obſeſſos à Mithridate, ut certiores adventus ſui faceret, cum præſidiis hoſtium teneretur introitus urbis, qui unus & anguſtus ponte modico inſulam continenti jungit, militem è ſuis ſciolum nandi, & nauticæ artis peritum, juſſit inſidentem duobus inflatis utribus, literas inſutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter ſe diſtantibus commiſerat, ire ſeptem millium paſſuum trajectum. Quod ita perite gregalis fecit ut cruribus 4 velut gubernaculis dimiſſis curſum dirigeret, & procul

ſus: *Venatio, durique piſces, & ex domeſticis animalibus aſſa caro maximè juvant.* Frontinus ſupra cap. III. lib. III. *Qui cum onuſti à venatione, quam ferebant, recepti eſſent à cuſtodibus.* Inde Gallorum *venaiſon*, τὸ ἀγριμαῖον. Ariſtot. VIII. cap. 5. de Hiſtor. Animal. ἀνθρωποφαγοῦσι δὲ οἱ μονοπείραι τῶν λύκων μᾶλλον ἢ τὰ κυνηγέσια.

1. *Aliqui & jumentum in adverſam partem infulſerunt*] Quis non miretur hoc monſtrum lectionis? Ora Pariſienſis editionis, quâ Stevvechius olim uſus fuit; habebat, *averſam partem inflixerunt*: unde idem geminam lectionem conjecit; *aliqui & jumento in averſam partem inflixerunt.* Vel hoc modo: *aliqui & jumento averſam partem inflixerunt:* quorum alteruttrum ὡς ὁδοῦ πάρεργον amplexus eſt Modius. Jumento in partem averſam literas quandoque inflixiſſe, id eſt, per poſticum commiſiſſe, ait noſter Frontinus, donec tranſiſſent ſtationes hoſtium: idem innuit, quod proximè præmiſſum eſt, *pecoribus quidam inſuerunt literas.* Nobis ſaltem tam felices eſſe non contigit, ut veriorem ſcripturam ex iſtis veſtigiis erueremus, quamvis de veriſſimâ etiamnum dubitamus.

2. *Nonnulli interiora vaginarum inſcripſerunt*] Ammianus: *In vaginæ internis figuris notarum membranam reperimus ſcriptam.* Vide ſis quæ notat Porta Neapolitan. de furtivis literarum notis lib. II. c. 21.

3. *Cyzicenos*] In P. *Cyrycenos. Cyxicenos*, in libris calamo exaratis. Error ex antiquâ ſcriptura, ubi tertium elementum Z pro Ξ, uſurpatum memini. In nummo Gordiani circumfertur hæc literarum formula: ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ.

4. *Velut gubernaculis dimiſſis*] Scribe cum Stevvechio, Scriverio, Salmaſio, *demiſſis: Cruribus velut gubernaculis demiſſis*, in quibuſdam malè legebatur, *cruribus velut gubernantis dimiſſis.* Florus totum

procul visentes, qui in statione erant, [1] marinæ specie beluæ deciperet.

VII. Hircius Cos. ad Decimum Brutum, qui Murinæ ab Antonio obsidebatur, literas subinde misit plumbo scriptas, quibus ad brachium religatis, milites [2] Scultennam amnem transnabant.

VIII. [3] Idem columbis (quas inclusas ante tenebris & fame affecerat) epistolas ad collum sera religabat, easque à propinquo inquantum poterat mœnibus loco emittebat: illæ lucis cibique avidæ, altissima ædificiorum petentes excipietum hoc factum non militi Luculli, sed ipsi Lucullo attribuit; qui per medias hostium naves utre suspensus, & pedibus iter adgubernans, videntibus procul quasi marina pristrix evaserat. *Gubernacula* autem sunt crurium guberna, quibus iter adgubernavit nandi sciolus, & velut εἶδος πλοίου cursum direxit.

1. *Marinæ specie beluæ*] In aliis ineptum est, *marinâ specie beluæ.*

2. *Scultennam*] *Scutellam, Scultellam, Scultenam*; tot modis corruptum est hujus amnis nomen in libris antiquioribus. De toto hoc capite videndus erit Æneas in commentario Poliorcetico cap. XXXI.

3. *Idem columbis*] Res antiquæ originis, quæ nec hodiè penitus obsolevit. In Oriente etiamnum instituuntur columbæ ad jussa paratæ, præsertim ad literas in longinqua terrarum deferendas. Videtur illud nobis Europæis ultra captum credulitatis nostræ; sed tamen verissimum est, & cum veteribus usitatum; cujus exemplum Mutinense præter Frontinum apud Plinium habes in columbâ ejusdem Decimi Bruti. Pherecrates apud Athenæum lib. IX. cap. II.

Ἀπόπεμψον ἀλεκτρυόνι τὸ πρωΐτερον.

Nuperrimum est, & superiori sæculo in obsidione Leidensi adhibitum, quod de Douza ludit ὁ θαυμάσιος Dan. Heinsius, in Græco carmine, cujus initium:

Τὴν βαλιβῶν ὅτε πᾶσιν Ἄρης ἐφοβήσεν Ἰσηος.

In Veteri Jure Judaico, inter eos, qui μὴ πρεσβευτεοὶ εἰς μαρτυρίαν, sive *intestabiles* sunt; ponuntur etiam aleatores, & ii, qui columbas volare faciunt, מַפְרִיחֵי יוֹנִים Hoc ita fiebat, fitque hodie: Quidam instituit columbam emissam ad se redire: ei rostrum moscho linunt; eam multæ aliæ columbæ sequuntur. Est enim ea avis moschi appetentissima. Estque ars inter illas se blandiri & corrumpere alias, furtoque comitatiores reverti, ut ait Plinius. Qui igitur hoc artificio alienas columbas furantur, meritò à dicendo testimonio repelluntur. Ejusmodi erat & Muham-

piebantur à Bruto, qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat: utique postquam disposito quibusdam locis cibo columbas illuc devolare instituerat.

hammedis impuri Pseudoprophetæ columba. Samaritani in suo Chronico Josuæ duci columbam administram adtribuunt, sed divinitus, ut ipsi ajunt, non autem humanis magisteriis edoctam. Sed quod heic officium columbæ præstiterunt; idem ipsum de hirundinibus tradit Plinius; de cornicibus Regis Ægyptii Marrhæ Ælianus; de passeribus alii: cujusmodi nos vidimus obsequentiores & paratiores ad jussa herilia, quàm ullus canis venaticus institui possit.

CAPUT XIV.

De introducendis auxiliis, & commeatibus suggerendis.

EXEMPLUM I.

BELLO civili, cum 1 Ategua urbs in Hispania Pompejanarum partium obsideretur, Maurus interrex, tanquam Cæsarianus Tribuni cornicularius 2 vigiles quosdam excitavit, è quibus aliquos evitans, constantia fallaciæ suæ per medias Cæsaris copias præsidium Pompeji 3 traduxit.

II. Hannibale obsidente 4 Casilinum, Romani farinam doliis secunda aqua Vulturni fluminis demittebant, ut ab obsessis exciperetur: quibus cum objecta per medium amnem cathe-

1. *Ategua*] *Aregua*, corruptè quidam à Modio inspecti. *Ategua* Plinio, Cæsari, Hirtio & Frontino. Dioni est Ἀτέγυα.

2. *Vigiles quosdam excitavit*] Stevvechius legendum jubet, *excivit*. Deinde notandum est, *cornicularium* Tribuni militaris ministrum fuisse: Vide Asconium Pedianum Verrinâ III. Inde *corniculum* vel *corniculo merere* dicebantur; qui donabantur corniculis. Est autem cornicularius, qui corniculo tribuni militum præest; nomine de legionariâ militiâ desumpto.

3. *Traduxit*] P. *transduxit*; ut alibi, *transmavit*: δεχαϊκῶς.

4. *Casilinum*] Ille P. *Catilinum*, nullâ fide veterum Scriptorum. Καζίλινον Græcis communiter, at Βασιλίνας corruptè apud Zonaram. *Casilinum* ductus fuit errore Hannibal, ibique conclusus; cum *Casinum* cogitaret; sedendo tum temporis

cathena Hannibal obstitisset, nuces sparsere; quæ cum aqua ferente ad oppidum defluerent, eo commeatu sociorum necessitatem sustentaverunt.

III. Hircius Cos. Mutinensibus obsessis ab Antonio, salem, quo maxime indigebant, 1 cuppis conditum, per amnem Saniturnum intromisit.

IV. Idem pecora secunda aqua dimisit, quæ excepta sustentaverunt necessariorum inopiam.

poris ad Turrim Fracolisam Fabio Maximo. Deinde *Vulturni*, lege, ex Livio & cæteris; Vulgò perperam, *Vulturii*.

1. *Cuppis conditum, per amnem Saniturnum intromisit*] Cupæ, Græcis σκεύη, vasa sunt vinaria majora, quæ vulgò vegetes appellantur. In antiquo: *cybeis*. At κυβείαι sunt πλοῖα στρογγύλα, naves oneratoriæ instar triremium. Hesychius: κύπαι, εἰδός τι νεώς. Glossæ: *Cupa*, βοῦττις μεγάλη, ἥν τινες γαυλὸν καλοῦσι. Deinde, *Saniturnum*: nam quod ex membranis exhuit Scriverius, *per amnem Samminicorum*; corruptum est.

CAPUT XV.

Quemadmodum efficiatur, ut quæ deerunt abundare videantur.

EXEMPLUM I.

ROMANI, cum à Gallis Capitolium obsideretur, in extrema jam fame 1 panem in hostem jactaverunt: consecutique, ut abundare commeatibus viderentur, obsidionem, donec Camillus subveniret, toleraverunt.

II. Athenienses, adversus Lacedæmonios idem fecisse dicuntur.

III. Hi qui ab Hannibale Casilini obsidebantur, ad extremam famem pervenisse crediti, cum etiam herbas alimentis eorum Hannibal sæpe arato loco, qui erat inter castra ipsius & mœnia, præriperet, semina in præparatum locum jece-

1. P*Anem in hostem jactaverunt*] *in hostes*, P. Inde Jupiter Pistor apud Romanos. Lege Ovidium in Fastis.

1. *Quia*

jecerunt: consecuti, ut habere viderentur, quo victum sustentarent usque ad satorum proventum.

IV. Reliqui ex Varianâ clade, cùm obsiderentur, [1] quia defici frumento videbantur, horrea totâ nocte circumduxerunt captivos: deinde præcisis manibus dimiserunt: hi circumsidentibus suis persuaserunt, ne spem maturæ expugnationis reponerent in fame Romanorum, quibus alimentorum ingens copia superesset.

V. Thraces in arduo monte obsessi, in quem hostibus accessus non erat, collato viritim exiguo tritico, aut caseo paverunt pecora, & in hostium præsidia dimiserunt: quibus exceptis occisisque, [2] cum frumenti vestigia in visceribus eorum apparuissent, opinatus hostis magnam vim tritici superesse eis, qui inde etiam pecora pascerent, recessit ab obsidione.

VI. [3] Thrasybulus dux Milesiorum, cùm longa obsidione milites sui angerentur ab Aliatte, qui sperabat eos ad deditionem fame posse compelli, sub adventum legatorum Aliattis frumentum omne in forum compellere jussit: [4] & conviviis sub id tempus instructis per totam urbem epulas præstitit: atque ita persuasit hosti superesse ipsis copias, quibus diuturnam sustinerent obsidionem.

CA-

1. *Quia defici frumento videbantur, horrea tota nocte circumduxerunt, &c.*] Lege & interpunge cum Stevvechio: *horrea tota nocte circumduxerunt captivos: deinde præcisis manibus dimiserunt:* nam malè hæc omnia concepta erant in libris vilioris notæ.

2. *Cum frumenti vestigia*] *Vestigia ἀντὶ τοῦ σημείων.* Ut ex vestigiis feras hominesque, ita ex signis res ac veritatem deprehendimus. Hinc fit, ut *signa* pro *vestigiis*, & è converso *vestigia* pro *signis* ponantur. Quintilianus V. *Signum vocant* σημεῖον, *quanquam id quidam indicium, quidam vestigium nominaverunt.* Hesychius: Ἰχνηλατήσαι. οὐδὲ ἴχνων ζητῆσαι τινά. Unde proverbio dicebant: *nec vola nec vestigium*, cum ne reliquum quidem superesset ullum signum, ulla nota. Vatro ἐπιπαφίαν ἢ τὸν τάφον & παφῆ ῥμίπτω.

3. *Thrasybulus*] *Thrasibius*, P.

4. *Et conviviis sub id tempus instructis*] Aliàs, *institutis*, teste Scriverio.

CAPUT XVI.

Quâ ratione proditoribus & transfugis occurratur.

EXEMPLUM I.

L. MARCELLUS cognito consilio Battei Nolani, qui corrumpere ad defectionem populares studebat, & Hannibali gratificabatur, quod illius beneficio curatus inter Cannenses saucius, & ex captivitate remissus ad suos erat, quia interficere eum (ne supplicio ejus reliquos concitaret Nolanos) non audebat, accersitum ad se allocutus est, dicens, fortissimum eum militem esse, quod antea ignorasset: hortatusque est, ut secum moraretur: & super verborum honorem, equo quoque donavit. Qua benignitate non illius tantum fidem, sed etiam popularium, qui ex illo pendebant, sibi obligavit.

II. Hamilcar dux Pœnorum, cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent, & jam ex consuetudine, ut socii exciperentur, sibi fidelissmos subornavit, ad simulandam transitionem, qui Romanos excipiendorum caussa eorum [1] progressos ceciderunt. Quæ solertia Hamilcari non tantum ad præsentem profuit successum, sed in posterum præstitit, ut Romanis veri quoque transfugæ forent suspecti.

III. Hanno Carthaginensium Imperator in Sicilia, cum comperisset Gallorum mercenariorum circiter quatuor millia conspirasse ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquot mensium mercedes non receperant, animadvertere autem in eos non auderet, metu seditionis, promisit prolationis injuriam liberalitate pensaturum: quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum [2] datis pollicitis, fidelissi-

1. *Progressos ceciderunt*] Alii codices, *occiderunt*.

2. *Datis pollicitis*] Stevvechius, *ductis pollicitis*. Deindè, *curatorem*, ἀντὶ

delissimum dispensatorem [1] ad Otacilium Cos. misit; qui tanquam rationibus interversis transfugisset, nuntiavit, nocte proxima Gallorum quatuor millia, quæ prædatum forent missa, posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfugæ, nec tamen rem spernendam ratus, disposuit in insidiis lectissimam manum suorum: ab ea Galli excepti, dupliciter Hannonis consilio satisfecerunt, & Romanos ceciderunt, & ipsi omnes interfecti sunt.

IV. Hannibal [2] simili consilio se à transfugis ultus est. Nam cum aliquos ex militibus suis sciret transfugisse proxima nocte, nec ignoraret exploratores hostium in castris suis esse, palam pronunciavit, non debere transfugas vocari solertissimos milites, qui ipsius jussu [3] exierint ad excipienda hostium consilia: auditis quæ pronunciavit, retulerunt exploratores ad suos. Tum comprehensi à Romanis transfugæ, & amputatis manibus remissi sunt.

V. Diodorus, cum præsidio Amphipolim tueretur, & duo millia Thracum suspecta haberet, quæ videbantur urbem direptura, mentitus est paucas hostium naves proximo litori applicuisse, easque diripi posse. [4] Qua spe simulatos Thracas emisit, ac deinde clausis portis non recepit.

CA-

ἀντὶ τοῦ *dispensatorem* in vet. membranis. Quod proculdubio expungendum.

1. *Ad Otacilium COS.*] MS. *Octacoilium*. Perperam legitur Ὀκτακοίλιον pro Ὀκτακίλιον, apud Polybium.

2. *Simili consilio se à transfugis*] Quidam, *similiter à se transfugis, &c.* Sequitur: *transfugisse proximâ nocte:* quæ ex superioribus illis irrepsere: nam in Vett. *transisse*, constanter exaratum fuit.

3. *Exierint*] P. *exierunt*. In fine exempli *compressi*, non *comprehensi*, eodem libro excusum.

4. *Quâ spe simulatos*] Stevvechius, *stimulatos:* quod & in vulgaribus quibusdam fuit editum. Forte, *Quâ spe simulatâ*, legendum divinavit Scriverius. Utrumque ingeniosè.

CAPUT XVII.

De eruptionibus.

EXEMPLUM I.

ROMANI, qui in præsidio Panormitanorum erant, veniente ad obsidionem Hasdrubale, raros ex industriâ in muris posuerunt defensores: quorum paucitate contemtâ, cum incautus muris succederet Hasdrubal, eruptione factâ, ceciderunt eum.

II. Æmilius Paulus, universis Liguribus improviso adortis castra ejus, simulato timore militem diu continuit; deinde fatigato jam hoste, à quatuor portis eruptione factâ, stravit cepitque Ligures.

III. [1] Velius Præfectus Romanorum, arcem Tarentinorum tenens, misit ad Hasdrubalem legatos, uti abire sibi incolumi liceret: eâ simulatione ad securitatem perductum hostem, eruptione factâ cecidit.

IV. Cn. Pompejus circumsessos ad Dyrrhachium non tantum obsidione liberavit suos, verum etiam post eruptionem, quam opportuno & loco & tempore fecerat, Cæsarem ad castellum, quod duplici munitione instructum erat, avidè irrumpentem, exterior ipse circumfusus corona obligavit, ut ille inter eos, quos obsidebat, & eos qui extra circumvenerant, medius, non leve periculum & detrimentum senserit.

V. Flavius Fimbria, in Asia, [2] apud Hildinacum, adversum

1. *Velius*] Ita legunt: vulgò perperam, *Velus*. Puto tamen *Livius* legendum; nam hæc quidem gesta sunt, ut apparet, secundo bello Punico. Vide de illo Livio Livium Patavinum.

2. *Apud Hildinacum*] MSS. Scriverii, *Thidiacum*: unde fortassis *Rhindacum* ille legendum conjecit. Hildinacum videtur loci nomen in Asia propria, modò sit sincera lectio: hujus enim vocis apud nullum alium memoria. Ex Plutarchi Lucullo & Appiani Mithridaticis *Brachiis à latere Pitane* legendum videtur. Ita conjicit Ortelius.

1. *Bra-*

ſum filium Mithridatis, 1 brachiis à latere ductis, deinde foſſa in fronte percuſſa, quietum in vallo militem tenuit, donec hoſtilis equitatus intraret anguſtias munimentorum; tunc eruptione facta ſex millia eorum cecîdit.

VI. C. Cæſar in Gallia deletis 2 ab Ambiorige Titurii Sabini & Cottæ legatorum copiis, cum à Q. Cicerone, qui & ipſe oppugnabatur, certior factus, cum duabus legionibus adventaret, converſis hoſtibus metum ſimulavit, militeſque in caſtris, 3 quæ ampliora ſolito induſtriâ fecerat, tenuit: Galli præſumta jam victoria, velut ad prædam caſtrorum tendentes, foſſas implere, & vallum detrahere cœperunt: 4 quâ re prœlio aptatos, Cæſar emiſſo repente undique milite trucidavit.

VII. Titurius Sabinus, adverſus Gallorum amplum exercitum continendo militem 5 juxta munimenta præſtitit eis ſuſpicionem metuentis: cujus augendæ cauſa perfugam miſit, qui affirmaret exercitum Romanum in deſperatione eſſe, * ac fugam cogitare. Barbari oblata victoriæ ſpe 1 con-

1. *Brachiis à latere ductis*] Munitiones quæ caſtra jungebant ad implendum orbem circumvallationis, Latinis *brachia* dicebantur. Græci ſcriptores hujuſmodi munitiones omnes, quæ in longum porriguntur, σκέλη *crura* non brachia, aut σκέλη μακρὰ vocant: & quum diſtinctius loquuntur, διαταφρεύσεις, & διαταυρώσεις, ac διατειχίσεις. Poſteriores Græci vocem Romanam uſu fecerunt ſuam, & βραχιόλια appellarunt.

2. *Ab Ambiorige*] *Ambuo rege*, in quibuſdam libris queis imperiti ſcribæ præfuerunt. Qui Cæſaris librum quintum bellorum Gallicorum legerit, tam portentoſa ludibria non admiſerit.

3. *Quæ ampliora ſolito induſtriâ*] Stevvechius de conjecturâ, *quæ arctiora ſolito induſtriâ*. Optimè ſecundum caſtrametationem. Cæſar: *Conſedit, & quàm æquiſſimo loco poteſt, caſtra communit; atque hæc etſi erant exigua per ſe vix hominum millium ſeptem, præſertim nullis cum impedimentis; tamen anguſtiis viarum quam maximè poteſt, contrahit, eo conſilio, ut in ſummam contemptionem hoſtibus veniat.*

4. *Quâ re prœlio aptatos*] Hoc probo: nec capto aliorum, *captato*.

5. *Iuxta munimenta*] Scribe, *intra munimenta*, ex ipſo quidem Cæſare, & conjecturâ Stevvechii.

1 concitati, lignis ſarmentiſque ſe oneraverunt, quibus foſſas complerent: ingentique curſu caſtra noſtra in colle poſita petiverunt, unde in eos Titurius univerſas immiſit copias, multiſque Gallorum cæſis plurimos in deditionem accepit.

VIII. Aſculani 2 oppugnaturo oppidum Pompejo, cum paucos ſenes ægros in muris oſtendiſſent, ob id ſecuros Romanos eruptione facta fugaverunt.

IX. Numantini obſeſſi, ne pro vallo quidem inſtruxerunt aciem; adeoque ſe continuerunt, ut Popilio Lænati fiducia fieret, ſcalis oppidum aggrediendi. 3 Quo deinde ſuſpicante inſidias (quia ne tunc quidem obſiſtebatur) ac ſuos revocante, eruptione facta averſos, & deſcendentes adorti ſunt.

CA-

Quomodo noſter P. expreſſum habuit.

* *Ac fugam cogitare*] Puto legendum; *ac de fugâ cogitare.*

1. *Concitati*] Quidam, *excitati*: ut ſæpius aliàs. De materiis; quibus foſſæ complebantur, vide quæ diximus ad librum primum, cap. 5.

2. *Oppugnaturo oppidum Pompejo*] In exaratis, *oppugnaturi oppidum Pompeji.* in Par. *oppugnaturo oppidum Pompeji.* Utrumque inepte & contra hiſtoriam.

3. *Quo deinde ſuſpicante*] *Demum*, hoc modo ἀντὶ τοῦ *deinde*, non ſemel in Frontini libris MSS. occurrit.

* *Hi*

CAPUT XVIII.

De constantia obsessorum.

EXEMPLUM I.

ROMANI assidente mœnibus Hannibale ostentandæ fiduciæ gratia, supplementum exercitibus, quos in Hispania habebant, diversa porta miserunt.

II. Iidem agrum, in quo castra Hannibal habebat, defuncto forte domino, venalem ad id pretium licendo perduxerunt, quo is ager ante bellum venierat.

III. * Hi dum ab Hannibale obsiderentur, & ipsi obsiderent Capuam, decreverunt, ne nisi capta ea, revocaretur inde exercitus.

SEXTI

* *Hi dum ab Hannibale, &c.*] Ex vestigiis manuscriptorum ita sequentem periodum concepit, legitque optimus Scriverius: *Iidem dum ab Hannibale obsiderentur, & ipsi obsidere Capuam decreverunt, & nisi capta ea, revocaverunt inde exercitus.*

SEXTI JULII FRONTINI VIRI CONSULARIS, IN STRATEGEMATΩN LIBRUM QUARTUM,

PRÆFATIUNCULA.

MULTA lectione conquisitis Strategematibus, & non exiguo scrupulo digestis, ut promissum trium librorum implerem, si modo implevi; 1 in hoc exhibebo ea, quæ parum apte descriptioni priorum ad speciem alligata subjici videbantur, & erant exempla potius 2 strategicōn quàm strategematicōn. Quæ idcirco separavi, quia quamvis clara, diversæ tamen erant substantiæ: ne si quid fortè in aliqua ex his incidissent, 3 similitudine indoctè prætermissa opinarentur: & sane velut residua expedienda sunt, in quo sicut antea, & ipse ordinem per species servare conabor.

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *De disciplina.*
CAP. II. *De effectu disciplinæ.*
CAP. III. *De continentia.*
CAP. IV. *De justitia.*
CAP. V. *De constantia.*
CAP. VI. *De affectu & moderatione.*
CAP. VII. *De variis consiliis.*

LI-

1. *IN hoc exhibebo ea*] Præambulum *in* non comparet in antiquioribus editis.

2. *Strategicōn quàm strategematicōn*] Ita lege fide veterum librorum. In nonnullis perperam excusum; *hæc erant exempla potius strategicōn quàm strategemata.* Notavimus ad præloquium libri primi.

3. *Similitudine indoctè prætermissa*] Habuit vetus iste P. *indocti*, qui sequentia periodi planè confundit incuriâ correctoris, legitque: *& sana velut residua expediendi fuit, in quâ sicut antea & ipse ordinem per species servare conabor.* Ineptè.

1. *Corru-*

SEXT. JUL. FRONT. STRATEG.

LIBER QUARTUS,

CAPUT I.

De Disciplina.

EXEMPLUM I.

P. SCIPIO ad Numantiam, [1] corruptum superiorum ducum socordia exercitum correxit, dimisso ingenti lixarum numero, [2] redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus; quibus cum frequens injungeret iter, portare complurium dierum cibaria imperavit, ita ut frigora & imbres pati, vada fluminum pedibus trajicere assuesceret miles: exprobrante subinde Imperatore timiditatem & ignaviam, [3] frangente delicatioris usus ac parum necessaria expe-

1. *Corruptum superiorum ducum socordia exercitum*] Nullius intererit, utrum hoc modo legas, an *secordia*, quod in exaratis primum suis reperit optimus librorum inspector Scriverius. Sunt enim ταυτοδύναμα & idem denotantia. Deinde observare occurrit τὸ *corrigere*, quod eadem locutione in re simili utitur Eutropius lib.IV.cap.7. *militem vitiosum & ignavum, exercendo magis quam puniendo sine ulla acerbitate correxit.* Nam & *corrigere* est *exercere:* quod apud Oros.lib.V.c.7. occurrit: *Militem suum in castris, velut in scholis exercuit.* Jul. Firmicus lib. IV. c.14. *Tunc enim infortunia, gravesque casus prosperis rursum actibus corriguntur*; κατορθοῦν). Super exemplo etiam hoc & sequente videndus est Barthius, qui criticam crenam distringit, lib.XIV. cap.9.

2. *Redactis ad munus*] Nihil verius, quin ita legas. In aliis perperam; *redactis ad minus, &c.*

3. *Frangente delicatioris usus ac*

expeditioni vasa. 1 Quod maxime nobiliter accidit C. Mevio Tribuno, cui dixisse traditur Scipio, Mihi paulisper, tibi & Reipublicæ 2 semper nequam eris.

II. Q. Metellus, bello Jugurthino, similiter lapsam militum disciplinam pari severitate restituit, cum insuper prohibuisset aliâ carne quàm 3 à se assâ elixâve milites uti.

III. Pyrrhus delectori suo fertur dixisse, 4 Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.

IV. 5 L. Flacco & C. Varrone Coss. milites primo jurejuran-

parum necessaria expeditioni vasa.] Ita & lautioris fortunæ viatores edulia jumentis & vasibus illi usui destinatis imponebant. Basilius Conc. de Jejunio. τὺς ὁδοιπόρους ἡ τρυφὴ ἀχθοφορεῖν ἀναλήψῃ τὺς ὑποζυγίοις τὰς ἀναγκάζοντας.

1. *Quod maximè nobiliter*] Quidam meliores, *notabiliter*, γνωσίμως; ut Scriveriani MSS. Barthius tamen ex ingenio: *Quod maximè intolerabiliter accidit C. Mevio. Tribuno, cui dixisse traditur Scipio; Mevi, paulisper tibi, at Reipublicæ semper nequam eris.*

2. *Semper nequam eris*] Pro vero adfirmo, de quo adeò dubitatum est, ut ex lectione nihili, *semper necessarius nequaquam eris*; reponendum sit, & augendum; *semper necessarius nequam eris.* Postquam enim Mevio dixisset Scipio: mihi paulisper, sive ad tempus eris nequam, & exinde te exuam; continuò subjungit; Tibi & Reipublicæ semper necessarius nequam habeberis: ut ex opposito melius innotescat sententia. Prima scriptura hæc fuit, quæ in membranis adhuc superest; at postmodum vel corrupta vel diminuta.

3. *A se assâ, elixâve*] Duæ priores voculæ Scriverii sunt, quæ nuspiam comparent in libris, aut exaratis. Deinde, *elisa* pro *elixa*, non puto antiquum; ut *nisus* & *nixus*, de quo supra. Sed *elisa* P. edidit; quod manifestò mendosum est.

4. *Tu grandes elige, &c.*] Nam utilius est, fortes milites esse, quàm grandes: quippe non tam staturæ rationem habere convenit, quàm virium. Veget. I. cap. 5. & 6. Livius lib. XXXV. Pyrrhum ait *castrametari primum docuisse, ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse.* Vide Plutarchum, & infra exempl. XIII.

5. *L. Flacco & C. Varrone COSS.*] Scrupulum mihi movet hæc nominum consularium designatio, quem ne librorum quidem auctoritas eximet. Sanè Livius, libro vigesimo secundo, quo acta illius anni recenset, quo jurejurando milites fieri cœpere, *L. Æmilium Paulum & Terentium Varronem COSS.* laudat in hæc verba: Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jurejurando à Tribunis militum adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Nam

ad

rejurando facti sunt, ante enim [1] sacramento tantummodo à tribunis rogabantur: [2] ceterum ipsi inter se conjurabant se fugæ

ad eam diem nil præter sacramentum fuerat, & ubi ad decimatum aut centuriatum convenissent, suâ voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant; sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi aut petendi, aut hostis feriendi, aut civis servandi caussa. Sed videant eruditiores.

1. *Sacramento tantummodo à Tribunis rogabantur*] Magnum mysterium est rei Romanæ sacramentum militare: τροπωτικὸς ὅρκος, ὃς ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῶν σεμνὸν μυστήριον. De quo nos aliàs ex professo: nunc inviti minuta persequemur, & maximè cum festinamus. Obiter observa τὸ *rogari*, quod verbum militiæ sive sacramento communicantissimum: Apulejus: *Da nomen huic sanctæ militiæ, cujus jam olim etiam sacramento rogabaris:* & alia.

2. *Cæterum ipsi inter se conjurabant, se fugæ atque formidinis caussa non abituros: neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi feriendive hostis aut civis servandi caussa*] Ita Frontini locum rectè conceperat ac ediderat doctissimus Saresberiensis libro sexto cap. VII. Policrat. cum audaculus à Dempstero reprehenderetur, ut qui non tantum μνημονικὸν ἀμάρτημα committeret, sed Liviana pro verbis Frontinianis obtruderet. Norunt eruditiores (non autem qui per indicem auctores legunt) nihil tam solenne esse apud nostrum Scriptorem, quam Livium verbotenus in strategemate descripsisse, quem plerunque ut auctorem adjungit, unde & sua hausit. Et nemo difficile dixerit, hoc quidem ex Tito Julium ad sequelam desumpsisse, nisi vehementer hæreat. Quare ex optimo antiquitatis magistro formulam ponam, ut cognoscant lectores, quanta fide à nostro sit exarata. Libro vigesimo secundo, de centuriatis peditibus: *& conjurabant, sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostis feriendi, aut civis servandi caussa.* Primâ exceptione amplior est Livius Frontino, nec exstat in operibus ejus, quæ ad nos pervenerunt. Aliud tamen est *telum sumere*, aliud *petere*, quæ si confuderit in exarando noster, parum æquus fuit & imperitus. Uterque tradit conjurationem à militibus initam fuisse ob geminam caussam, fugæ & formidinis. Ingens fuga flagitium fuit, quod ob formidinem caperetur. Igitur lex militaris ignominiosè notabat τὸν ὑποχωρήσαντα καθ' ὑπονοίαν ἀφίεσαν, ut Suidas ait, qui vel quacunque de caussa pedem referret, aut directâ acie statione excederet, & ordinem corrumperet. At ista Suidæ verba, & dicti hujus ὑποτομία mollienda videntur ex Polybio, libro sexto, ubi cum Livio & Frontino

caussam

fugæ atque formidinis caussa non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi feriendive hostis aut civis servandi caussa.

V. Scipio

caussam formidinis adjungit: ἄν τινες εἰς ἐφεδρείαν τεχθέντες ΦΟΒΟΥ ΧΑΡΙΝ λίπωσι τὴν δοθέντα τόπον. Exemplum parilis exceptionis habes in XXIII. Legum militarium Impp. Justiniani & Leonis: Ἐὰν ἐν καιρῷ δημοσίας παρατάξεως ἢ πολέμου γένηται τροπὴ ΑΝΕΥ ΤΙΝΟΣ ΛΟΓΟΥ καὶ φανερᾶς αἰτίας. Scriptor quidam anonymus: εἴτις λιπεῖν πειρατείη τὴν τάξιν, ΠΛΗΓΩΝ ΑΝΕΥΘΕΝ Η ΑΛΛΗΣ ΤΙΝΟΣ ΕΥΛΟΓΟΥ ΑΙΤΙΑΣ εἰς κεφαλὴν πιμωρεῖται. Sic cum flagitium tam ingens esset militiæ, directâ acie statione excessisse; quatuor tamen caussæ erant, propter quas impunè licuit ordine excedere: hæ nempe, teli sumendi, teli petendi, hostis feriendi, civis servandi caussa. Si primam demas, jam æquè castigandus veniet iste Dempsterus, qui reliquas minus agnoscit à Frontino conscriptas: Aliud mihi videtur, & secus inducor ac credam, non exstare postrema in operibus strategici, quæ ad nos pervenerunt. Causam hostis feriendi juratam Plutarchus attingit in Marcello, cum Feretrii Jovis origines discutit: ἄλλοι δὲ τὴν τῶν πολέμων πληγὴν γεγενῆσθαι τὸ ἔνομμα λέγουσι καὶ νῦν ἐν ταῖς μαχαῖς, παιεχρῶσιν ἀλλήλοις. Hannibal apud Ennium laudante Cicerone pro Balbo:

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis
Quisque ferit.

Sic melius editur, quàm *Quisquis erit*. Cæterum ita conjurabant voluntariè milites, cujus conjurationis formula deinde ad legitimam jurisjurandi actionem translata est. Vegetius libro secundo cap. quinto. *Iurant milites se omnia strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romanâ republicâ.* Primum Vegetii membrum simile videtur formulæ jurisjurandi Polybianæ: Η ΜΗΝ ΠΕΙΘΑΡΧΗΣΕΙΝ ΚΑΙ ΠΟΙΗΣΕΙΝ ΤΟ ΠΡΟΣΤΑΤΤΟΜΕΝΟΝ ΥΠΟ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ. Præter hoc sacramentum invenio aliud, quod non absurdè voces fidelitatis & imperii concludit; sed non recordor, an tempora Imperatorum præcesserit, nec ne. Poterat tum jurari in S. P. Q. R. nomen, ut posteà in Principis. Arrianus sic nobis illud præformat. Η ΜΗΝ ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΗΝ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΩΤΗΡΙΑΝ. M. Antonius in funebri Oratione apud Appianum recitavit verbatim atque ex charta sacramentum, quod D. Julio juraverant: Η ΜΗΝ ΦΥΛΑΞΕΙΝ ΚΑΙΣΑΡΑΙ ΚΑΙ ΤΟ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΩΜΑ, ΠΑΝΤΙ ΣΘΕΝΕΙ ΠΑΝΤΑΣ, Η ΕΙ ΤΙΣ ΕΠΙΒΟΥΛΕΥΣΕΙΕΝ ΕΞΩΛΕΙΣ ΕΙΝΑΙ ΤΟΥΣ ΜΗ ΑΜΥΝΑΝΤΑΣ ΑΥΤΩ.

Sueto-

V. Scipio Africanus, cum ornatum ſcutum elegantius cujuſdam vidiſſet, dixit non ſe mirari, quod tanta cura ornaſſet, in quo plus præſidii quàm in gladio haberet.

VI. Philippus, cum primum exercitum conſtitueret, vehiculorum uſum omnibus interdixit, equitibus non amplius quàm ſingulos calones habere permiſit: peditibus autem denis ſingulos, 1 qui molas & funes ferrent in æſtiva exeuntibus, triginta dierum farinam 2 collo portare imperavit.

VII. C. Marius 3 recidendorum impedimentorum gratia,

Suetonius Cajo cap. XV. ſubjungit hanc clauſulam, NEQUE ME LIBEROSQUE MEOS CARIORES HABEBO QUAM CAIUM ET SORORES EIUS. Sed jam nimii ſumus: nunc ad ordinem redeo.

1. *Qui molas & funes ferrent in æſtiva, &c.*] Fallitur alibi vir doctus, immo graviſſimè hallucinatur; qui *calones* iſtos opinatur fuiſſe τὰς μισθαρνὰς φέρουσας. Ita Græci vocabant, qui ex diurnis quæſtibus ſibi victum parabant, quales bajuli & gerones Romanorum. Notum porrò eſt, digniores ut Tribunos & Centuriones ſervos ſuos aut calones habuiſſe in caſtris, non item gregarios milites. Philippus peditibus denis ſingulos permiſit, qui vicem præſtarent jumentorum, nempe gregariis militibus ad uſum communem, ut molas & funes & tentoria, & ſiquid tale ferrent. Olim enim moris erat tam in militaribus quàm aliis expeditionibus inſtrumenta viæ ſecum deferre: cujus rei paſſim exempla ſunt in veterum monumentis. Has ſarcinas, quæ τρωγωτόδεσμα Græcis vocantur, Senecæ *ſagma*, unus aliquis validus ſervus ἀναφόρῳ ſine ærumnulis religatas gerebat: plurium enim operâ in eam rem uti mollis & delicati nimis habebatur. Æſchines exinde Demoſtheni vitio vertiſſe legitur, quod eum legatum duo ſervi ſequerentur cum duabus ſarcinis. Videbatur enim hominis eſſe nimis mollis & effœminati tot rebus ad corporis cultum pertinentibus ſervos onerare. Atque hoc ipſum in Romanis notat Seneca primo naturalium quæſtionum: *Adeò omnia indiſcretæ ſunt perverſiſſimis artibus, ut, quicquid mundus muliebris vocatur, ſarcinæ viriles ſint; minus dico, etiam militares*; & Suetonius aliquot locis. Tales ſervos ἀκολάθους Græci vocabant, quorum meminit Heſychius: Ἀκόλαθος, ὁ νεώτερος πάῃς, θεράπων ὃ ὁ ᾧδὶ τὸ σῶμα. At diverſi σκευοφόροι, de quibus nos ſupra libro II. capite primo plura notamus.

2. *Collo portare imperavit*] *Portari*, Pariſinus: ut exemplo VIII. *ordinari aciem*, pro ordinare.

3. *Recidendorum impedimentorum gratia*] Hoc, vel geminum Græcorum ᾧδικόπτων non intelle-

xit,

tia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata 1 furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset: unde & proverbium tractum est, Muli Mariani.

VIII. Theagenes Athenienſis, cum exercitum Megaram duceret, petentibus ordines respondit, ibi se daturum, deinde clam equites præmisit, eosque hostium specie impetum in socios retorquere jussit: quo facto 2 quos tum habebat, tanquam ad hostium occursum præparentur, permisit ita ordinare aciem, ut quo quis voluisset loco consisteret, & cum inertissimus quisque retro se dedisset, strenui autem in fronte prosiluissent, ut quemque invenerat stantem, ita ad ordines militiæ provexit.

IX. Lysander Lacedæmonius, 3 egressum via quendam castigabat: cui dicenti 4 ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse, respondit, ne speciem quidem rapturi præbeas volo.

X. Antigonus, cum suum filium divertisse audisset in ejus domum, cui tres filiæ insignes specie essent, Audio, inquit,

xit, quisquis rescripsit, *rejiciendorum*: quod alibi offendimus. Ineptè. Solennis locutio occurrit apud Senecam lib. III. natural. quæstionum, *occupationes recidantur, &c.* Plutarchus Catone majore: Καὶ θείκοπτε τὴν πολυτέλειαν.

1. *Furcis imposuit*] Quas appellabant *ἀρυμνὰς*. Ἀιρομὴν, *ἀρυμνα* in Glossis. Festus: *ἀρυμνὰς Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. quarum usum quia C. Marius rettulit, muli Mariani postea appellabantur.*

2. *Quos tum habebat*] Posset etiam, *quos secum habebat*. Ita lege cum Stevvechio.

3. *Egressum via quendam castigabat*] Ob λιποταξίαν. Infra: *Appius Claudius ex his qui loco cesserant; decimum quemque militem sorte ductum, fuste percussit.* Si miles Romanus erat, vitibus; si extraneus, fustibus cedebatur. Meminit JCtus in l. 3. π. de Re militari.

4. *Ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse*] Ad hoc sacramento milites etiam adigebantur; Agellius ex Cincio de Re Militari libro tertio: FURTUM NON FACIES DOLO MALO SOLUS NEQUE CUM PLURIBUS. Sequentia maximè faciunt ad illustrationem.

1. *Angu-*

quit, fili; [1] anguste habitare te, pluribus dominis domum possidentibus, hospitium laxius [2] accipe: jussoque commigrare edixit, ne quis minor quinquaginta annos natus, hospitio matrisfamilias uteretur.

XI. Q. Metellus Cos. quamvis nulla lege impediretur, quin [3] filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.

XII. P. Rutilius Cos. cum secundum leges in contubernio suo filium posset habere, in legione militem fecit.

XIII. [4] T. Scaurus filium, quod in saltu Tridentino loco hostibus cesserat, in conspectum suum venire vetuit: adolescens verecundia ignominiæ pressus, mortem sibi conscivit. Castra antiquitus Romani, ceteræque gentes passim per corpora cohortium velut mapalia constituere soliti erant, cum solos urbium muros nosset antiquitas. Pyrrhus Epirotarum rex, primus totum exercitum sub eodem vallo continere instituit. Romani deinde victo eo [5] in campis Aru-

1. *Angustè habitare te*] Parisinus, *augustè* quod esse non potest *ob laxius hospitium*. Sed in membranis *habere*, *reperi*, quod quamvis *habitare* explicari possit, ut apud Afranium citante Nonio; & alios antiquarios; tamen habere nolui, & habeat qui velit. Nobis vulgatum verbum non obstat. Est autem lepidus sensus & amphibolicus, qui fortè τὰς συνουσίας εἰς ἀφροδίασμὸν respicit. Nam *habitare* est verbum eroticum. Petronius: *Hic, inquit, debes habitare*. Ita & *degere* usurpabant, & *hospitium*.

2. *Accipe*] *Accipere*. P. Istud accipe.

3. *Filium contubernalem*] Statim: *cum secundum leges in contubernio suo filium posset habere*, &c. Glossæ: *Contubernium*, συνοκέσιον, συνσκήνιον, σύνσιτον στρατιωτῶν. In fine lege: *in ordine merere*, ubi, *in ordinem hærere*, in vulgum vulgatum est.

4. *T. Scaurus*] Quidam *Marci* prænomē Scauro anteponunt, ut P.

5. *In campis Arusinis*] Optimæ membranæ *Arosinis*, nullâ varietate. Florus lib. I. cap. XVIII. *Lucaniæ suprema pugna sub Arosinis, quos vocant campis*. Ubi frustrà *Taurasinos campos* comminiscuntur imperiti scribæ. Vult Frontinus hoc loco, Romanos omnem hanc castrametationis scientiam accepisse à Pyrrho Græco: Græci castra formabant ad loci situm, cum Romani formarent locum castris, εἰ μὲν ἀνόμαλος ἂν τύχοι χῶρος, ἐξομαλίζεται.

1. Cir-

Arusinis, 1 circa urbem Beneventum castris ejus potiti, & ordinatione notata paulatim ad hanc usque metationem, quæ nunc effecta est, pervenerunt.

XIV. P. Nasica in hybernis, quamvis classis usus non esset necessarius, ne tamen desidia miles corrumperetur, aut per otii licentiam sociis injuriam inferret, naves ædificare instituit.

XV. M. Cato memoriæ tradidit, in furto comprehensis inter commilitones 2 dextras esse præcisas: 3 aut si lentius animadvertere voluissent in principes, sanguinem missum.

XVI. Clearchus dux Lacedæmoniorum exercitui dicebat, Imperatorem potius quam hostem metui debere: significans eos, qui in prœlio dubiam mortem timuissent, certum, si deseruissent, manere supplicium.

XVII. Ap-

1. *Circa urbem Beneventum*] Præstat ad Græcorum historiam refugere, quàm exponi ludibrio correctorum, ajunt viri κριτικώτατοι, quorum animis hoc loco hæret persuasio legendum esse, ut edidimus. Non inficior à Plutarcho *Beneventum* in Pyrrhi vita nominari urbem istam: tamen non satis concoquo veterum scripturam *Statuentum* vel *Fatuentum*. Cum autem Florus Lucaniæ esse campos scribat, quomodo iidem potuerint esse circa *Beneventum*, non video. Stephanus nescio quam Beneventum in Campania ponit, quam scribi per δ perhibet βενέϐενδον, cujus ἐθνικὸν βενεϐενδεὺς, & aliud esse à βενέϐεντον: Ridiculè. Nam βενεϐεντὸς & βενεϐενδὸς planè idem. Ut βρεντήσιον & βρενδήσιον dupliciter scribebant, καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. Nobis tamen jam beatioribus licuit, ut Beneventum eruditissimorum virorum Salmasii & Ortelii testimonio reponeremus.

2. *Dextras esse præcisas*] Id genus pœnæ irrogatum creberrimè militibus non solum ob furtum, sed & alia flagitia. Lege Valerium Maximum & Ammianum. Livius libro XXXV. *Cum transfugis novis mulctati virgis, manibusque præcisis, Capuam rediguntur:* quo in loco *mulcati* legendum.

3. *Aut si lentius animadvertere voluissent in principes*] Nescio unde P. Codicis orta lectio, quæ habet: *aut ut simile ejus animadvertere noluisset*. Nisi quod manifestò falsam pronuntiare licet. Fuit, qui abjectis primum verbis in anteriore periodo, *inter commilitones*, reliqua sic legeret & interstingueret: *aut si lenius animadvertere voluissent, in principiis sanguinem missum*; ut principia sint locus in medio σκηνῆς καὶ μέσῳ στρατροπέδῳ τεθείσης,

XVII. Appii Claudi ſententia, Senatus eos, qui à Pyrrho rege Epirotarum capti, & poſtea remiſſi erant, equites ad peditem redegit, pedites ad levem armaturam, [1] omnibus extra vallum juſſis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent.

XVIII. Otacilius Craſſus Cos. eos, qui ab Hannibale ſub jugum miſſi redierant, tendere extra vallum juſſit, ut immuniti aſſueſcerent periculis, & adverſus hoſtem [2] audentiores fierent.

XIX. P. Cornelio Naſica, Decimo Junio Coss. qui exercitum deſeruerant damnati, virgis cæſi publice venierunt.

XX. Domitius Corbulo in Armenia, duas alas & tres cohortes, quæ ad caſtellum initio hoſtibus ceſſerant, extra vallum juſſit tendere, donec aſſiduo labore & proſperis excurſionibus redimerent ignominiam.

XXI. Aurelius Cotta Cos. cum ad opus equites neceſſitate cogente juſſiſſet accedere, eorumque pars detrectaſſet imperium, queſtus apud Cenſores, effecit, [3] ut notarentur. A Patribus deinde obtinuit, ne eis præterita æra procederent.

XXII. Tribuni quoque plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omniumque conſenſu ſtabilita diſciplina eſt.

XXIII. Q. Me-

θέσις, ut ait Polyænus: quomodo apud Tacitum ſæpiuſculè ſumi videmus. Lib. I. hiſt. *in ipſis principiis ſtuprum auſa*: & alibi, quod in iſto caſtrorum loco & apertâ venâ hanc animadverſionem exercuerint. Aliter Stevvechius unâ voculâ mutatâ, *at ſi lentius*, *&c.* ex oppoſito: Nolumus augurari, quia ſine commento ſumus aliorum.

1. *Omnibus extra vallum juſſis tendere*] Hic duplex occurrit animadverſio; primo mutatio militiæ; deinde aliud pœnæ militaris genus antiquum: Tacitus & alii veterum ſæpius meminerunt.

2. *Audentiores*] Veteres legunt *audaciores*, ut Pariſinus. Exemplo ſequente idem Codex rurſum vitio laborans, malè habuit, *damnato virgis cæſi publicè venierunt.* In præcedentibus expungit *exercitum* Stevvechius.

3. *Vt notarentur*] Ita lego, vulgò *vocarentur.* Sed & variant diſtinctionem, *ut notarentur à Pa-*

XXIII. Q. Metellus Macedonicus, in Hispania, quinque cohortes, quæ hostibus cesserant, testamentum facere jussas, ad locum recuparandum remisit: minatus non nisi post victoriam receptum iri.

XXIV. P. Valerio Cos. Senatus præcepit 1 exercitum ad Sirim victum ducere 2 Serinum, ibique castra munire, & hyemem sub tentoriis exigere.

XXV. Senatus, cum turpiter fugati ejus milites essent, decrevit, 3 ne auxilia eis submitterentur, nisi captis ejus legionibus, quæ Punico bello militiam detrectaverant: 4 at in Siciliam velut relegatis per septem annos ordeum ex Senatusconsulto datum est.

XXVI. 1 L. Piso

tribus. Deinde obtinuit, ne eis præterita æra procederent, id est, finirentur stipendia, eorumque tempus finitum esset.

1. *Exercitum ad Sirim*] Nihil verius ista scriptura, quanquam *ad Lirim* etiam summi viri adnotarunt, ex Orosio libro quarto cap. primo. Liris in Campania fluvius λεῖρις aut λῖρις: Siris ἐν τῇ βρεττανίᾳ, ut Græci loquuntur.

2. *Serinum*] Vetus editio, *Servium*: Scriveriani MSS. *Firmum*, quod mihi ignotum hactenus fuit. Sequitur alia animadversio, nempe *hiemem sub tentoriis exigere*, pro quo Græci dicunt θερμυλεῖν & ἀγραυλεῖν: Melius Polybius, ὑπαίθροις διατρίβειν. Nam τὸ ὑπαίθρον vox castrensis est, & huic significationi propria. In VI. Dionysii πολιτικῇ τάξει opponitur πόλεμον ὑπαίθρον, bellum quod cum externo hoste geritur; ubi ὑπαίθριον lubens rescripserim ex viri doctissimi notis. Phrynichus: ὑπαίθρον μὴ λέγε, ὑπαίθριον δέ. Cæterum, quod Frontino est *hiemem sub tentoriis exigere*, alii vocant *extra oppidum hibernare*. Livius libro XXXV. *Additum etiam virorumque ignominiæ est, ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propriis ullam urbem decem millibus passuum ædificarent.* Ammianus more suo ἑλληνίζων, dixit *subdivales moras tolerare*, lib. XIX. melior Latinitas, *sub pellibus agere*, vel *militiæ*.

3. *Ne auxilia eis submitterentur*] Si verum licet dicere, illud *eis* Stevvechianum est: antea enim *ei* vulgatum erat, quod evidenter culpandum. Nec dubium quin ista sit vera scriptura, licet membranarum *ejus*.

4. *At in Siciliam*] Hoc sanè elegantius quam in nonnullis, *aut*. Cæterum quod in legionariis militibus veteranisque puniendis observatum, id etiam in prælusione tyronum servari solenne fuit, ut pro frumento hordeum cogerentur accipere. Livius lib. XXXVII. *Cohortibus*,

XXVI. 1 L. Piſo Titium Præfectum cohortis, quod loco fugitivis ceſſerat, 2 cincto togæ præciſo, ſoluta tunica, nudis pedibus in principiis quotidie ſtare, dum vigiles venirent, juſſit, conviviiſque & balneo abſtinere.

XXVII. Sylla cohortem & centuriones, 3 quorum ſtationem hoſtis perruperat, 4 galeatos & diſcinctos perſtare in principiis juſſit.

XXVIII. Domitius Corbulo in Armenia, Æmilio Rufo Præfecto equitum, quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructam armis alam habebat, veſtimenta per lictorem ſcindi, eidemque, ut erat fœdato habitu, perſtare in principiis, donec mitterentur, imperavit.

XXIX. Attilius Regulus, cum ex Samnio in Lucernam transgrederetur, exercituſque ejus obviis hoſtibus averſus eſſet,

hortibus, quæ ſignum amiſerant, hordeum dari juſſit. Inde apud Plinium lib. XIIX. cap. ſeptimo *gladiatores hordearii* memorantur, quod antiquitus iſto frumento victitarent.

1. *L. Piſo Titium Præfectum*] Vocula auctior fuit P. *L. Piſo cum Titium &c.* cujus hoc quidem in loco nullum hoſpitium.

2. *Cincto togæ præciſo*] In veteribus noſtris membranis ſcribitur *cinctu*, quod æquè probum eſt, licet minus uſitatum. Vetus Onomaſticum, *Cinctus*, ἀζώμα. Gloſſarium, ζῶμα, *cinctum.* Ergo eadem *cinctus* & *cinctum.* In alio Gloſſario *ſuccinctum* exponitur ὑπόζωμα, quod eſt cinctum togæ, vel pectorale. In antiquo fragmento de Limitibus à doctiſſ. Scriverio ex MSS. edito: *Limites appellati ſunt transverſi à limo, id eſt antiquo verbo transverſi: à quo dicunt Poëtæ limos oculos, item limum cinctum, quod purpuram transverſam habeat, item limina oſtiorum.* Porro notandum occurrit, quod inter leviores animadverſiones veterum fuerunt & ἑδεῶν & ῥώνας ἄπμοι. Suetonius Auguſto: *ut ſtare per totum diem juberet ante Prætorium:* id eſt, in principiis. Plutarchus in Antonio, κλισίαις ἀπμοις ωθοπηλακιζεσθαι non diſſimiliter dixit.

3. *Quorum ſtationem*] *Stationes*; P.

4. *Galeatos & diſcinctos*] Nihil verius Stevvechii conjectura, *diſcalceatos & diſcinctos.* Hoc innuunt ſuperiora prioris exempli; *cincto togæ præciſo, nudis pedibus &c.* Suetonius Nerone: *Prodierit in publicum, ſine cinctu & diſcalceatus.* Ubi & *cinctus* eodem genere occurrit. Plutarchus *diſcinctos* vocat ἀζώνους, Polyænus λυοζώνους.

esset, opposita cohorte, [1] jussit fugientes pro defectoribus cædi.

XXX. Cotta Cos. in Sicilia, in Valerium Nobilem Tribunum militum ex gente Valeria virgis animadvertit.

XXXI. Idem P. Aurelium sanguine sibi junctum, quem obsidioni Lipararum ipse ad auspicia repetenda Messanam transiturus præfecerat, [2] cum agger incensus, & capta castra essent, virgis cæsum in numerum gregalium peditum referri, & muneribus fungi jussit.

XXXII. [3] Fulvius Flaccus Censor Fulvium fratrem suum, quia legionem, in qua Tribunus militum erat, injussu Consulis demiserat, à Senatu movit.

XXXIII. M. Cato [4] ab hostili littore, in quo per aliquot dies manserat, cum tradito profectionis signo classem solvisset, & relictus è militibus quidam alta voce & gestu expostularet, uti tolleretur, circumacta ad littus universa classe comprehensum supplicio affici jussit; & quem occisuri per ignominiam hostes fuerant, exemplo potius impendit.

XXXIV. Appius Claudius ex his, qui loco cesserant, decimum quemque militem, sorte ductum, [5] fuste percussit.

XXXV. [1] Fa-

1. *Iussit fugientes pro defectoribus cædi*] In Scriverii MSS. *defertoribus*. P. *jussit fugientibus, &c.* omnino vitiosè.

2. *Cum agger incensus*] Non dubitem ita legendum quanquam dissensu chirographorum, in queis *incessus* exaratum legitur. Exemplo XXXVII. *Cum agger ab hostibus incensus esset*, ubi in iisdem libris *incessus*.

3. *Fulvius Flaccus Censor*] Istum Flaccum *consulem* quidam Codices fecerunt, ut P. nos *Censorem* non amovebimus.

4. *Ab hostili littore*] *In hostili littore*, nonnulli libri. Sequitur: *cum tradito profectionis signo, &c.* ita lege; nam & P. *tardato*, qui & *relicta* in sequentibus pro *relictus* habet, & tota fermè periodo corruptus est. Apud Xenophontem libro VI. ἐλλ. pari modo triremium Præfectos, quos secum ducere cogitabat, monet Iphicrates, non esse quod de pœna conquerantur, si signo dato naves non conscendissent.

5. *Fuste percussit*] *Percutere* in decimatione est φονεύειν, inde *percusso-*

XXXV. 1 Fabius Rullus Cos. ex duabus legionibus, quæ loco cesserant, sorte ductos in conspectu militum securi percussit.

XXXVI. Aquirius ternos ex centuriis, quorum statio ab hoste perrupta erat, securi percussit.

XXXVII. M. Antonius, cum agger ab hostibus incensus esset, ex his qui in opere fuerant, duarum cohortium militem decimavit, & in singulos ex his centuriones animadvertit, legatum cum ignominia demisit, reliquis ex legione ordeum dari jussit.

XXXVIII. In legionem, quæ Regium oppidum 2 injussu ducis diruerat, animadversum est, ita ut quatuor millia tradita custodiæ necarentur. Præterea Senatusconsulto cautum est, ne quem ex iis sepelire vel lugere fas esset.

XXXIX. L. Papyrius Cursor Dictator Fabium Rutilium, Magistrum equitum, quod adversus edictum ejus, quamvis prospere, pugnaverat, virgis poposcit cæsum, securi percussurus: nec contentioni aut precibus militum concessit animadversionem, eumque profugientem Romam persecutus est: * nec ibi quidem remisso prius supplicii metu, quam ad genua ejus, & Fabius cum patre provolveretur, ac pariter Senatus ac populus rogarent.

XL. Man-

cussores, φονεῖς. Tacitus III. Annalium: *decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos fuste necat*: id est, percutit. Fiebat autem decimatio adhibita sorte. Inde Græcorum δεκαδεύειν. Polybius dixit, ἐν δεκάδος ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ: qui decimationem copiosè tractat libro octavo. Cæterum hoc genus animadversionis ab Appio Claudio nonnulli primum editum putant. Vide Livium libro secundo.

1. *Fabius Rullus*] *Rutilius* in MSS. vocatur iste Consul: aliis *Rutilianus*.

2. *Injussu ducis diruerat*] Scribe *diripuerat*, ex certâ nostrâ conjecturâ. Deinde adscribam Valerii Maximi verba, in queis tota hæc narratio fere comprehensa est. Milites qui Regium injusto bello occupaverant, mortuoque duce Jubellio, M. Cæsium scribam ejus sua sponte imperatorem delegerant, carcere inclusit, ac M. Fulvio Flacco Trib. Pleb. denuntiante, ne in cives Romanos adversus morem majorum animadverteret, nihilominus propositum exsecutus est. Cæterum quò minore cum invidia

XL. Manlius, cui Imperioso postea cognomen fuit, filium, quod is contra edictum patris cum hoste pugnaverat, quamvis victorem in conspectu exercitus virgis cæsum securi percussit.

XLI. Manlius filius, exercitu pro se 1 adversus patrem seditionem parante, negavit tanti esse quenquam, ut propter illum disciplina corrumperetur; & obtinuit, ut ipsum puniri paterentur.

XLII. Q. Fabius Maximus transfugarum dexteras præcidit.

XLIII. 2 C. Curio Cos. bello Dardanico, circa Dirrachium, cum ex quinque legionibus una, seditione facta, militiam detrectasset, secuturamque se temeritatem ducis in expeditionem asperam & insidiosam negasset, quatuor legiones eduxit armatas, & consistere omnibus, detectis armis velut in acie, jussit: post hæc seditiosam legionem inermem procedere, discinctamque in conspectu armati exercitus, stramenta coëgit secare; postero autem die similiter fossam discinctos milites facere: 3 nullisque precibus legionis ab eo impetrari potuit, ne signa ejus submitteret, 4 nomenque

id perageretur, quinquagenos per singulos dies virgis cæsos, securi percuti jussit, eorumque corpora sepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit.

* *Nec ibi quidem remisso*] Veteres exarati, quos Scriverius inspexit, *remissionem*, legebant. Quæ lectio postmodum in excudendo P. obtinuit. Certè si ita legas, quicquam periodo deerit, quod sensu eruditiorum inculcandum.

1. *Adversus patrem seditionem parante*] Vulgo inferciunt *virgis* prioribus voculis: nullo sensu. Puto tamen, quod errori caussam præbuit, extremo exemplo scriptum: *& obtinuit, ut ipsum virgis puniri paterentur.* Illa conjectura non leviter mihi placet.

2. *C. Curio COS.*] Sic optimi libri doctorum operâ correcti. Viliores ineptè habebant, *M. Curio COS.*

3. *Nullisque precibus legionis ab eo impetrari*] Quid si ex membranis rescribas: *nullisque precibus legio ab eo impetrare?* Ita sanè non ineleganter teste Scriverio antea exaratum fuit.

4. *Nomenque aboleret*] *Aboleret* & *oboleret* eadem notione in plurimis libris. Sed *aboleretur* exhibuerunt eidem Scriverio MSS. in queis

menque aboleret, milites autem in ſupplementum ceterarum legionum diſtribueret.

XLIV. Q. Fulvio, Appio Claudio Coss. milites ex pugna Cannenſi in Siciliam à Senatu relegati poſtulaverant à Cos. M. Marcello, ut in prœlium ducerentur: ille Senatum conſuluit: Senatus negavit ſibi placere committi his Rempublicam, quam deſeruiſſent: Marcello tamen permiſit facere quod videretur, dum ne quis eorum munere vacaret, neve donaretur, 1 neve quod præmium ferret, aut in Italiam reportaretur, dum Pœni in ea fuiſſent.

XLV. M. Sa-

queis alio planè modo concepta ut priora, ita ſequentia: *nomenque aboleretur, milites autem in ſupplementum cæterarum legionum diſtribuerentur.*

1. *Neve quod præmium ferret, aut in Italiam reportaretur*] Scripti: *neve quod præmium ferrent, aut in Italiam reportarent.* Et ita perperam Scriverianus. Livius eadem hiſtoria & animadverſione libro XXXIII. *Qui ex fuga Cannenſi eſſent, in Siciliam eos traduci, atque ibi militare, donec in Italia bellum eſſet, placuit.* Quo reſpexit libro XXV. cum ait: *Cannenſis reliquiæ cladis, is exercitus erat relegatus in Siciliam, ſicut ante dictum eſt, ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur.* Libro XXVI. *Facinus indignum eſſe, Cannenſem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimittatur, quàm hoſtis ex Italia deceſſerit.* Plutarchus Marcello: τῶν δὲ φυγῇ περιγινομένων τὸ πλῆθος εἰς Σικελίαν ἀποστεῖλαι, Ἰταλίας μὴ ἀποβαίνειν, ἕως πολεμοῦσι πρὸς Ἀννίβαν. Quin etiam cum præ his Cannenſis cladis reliquiis Marcellus Senatum per literas deprecatus eſſet, petiiſſetque, ut eorum ſibi operâ ad expugnationem Syracuſarum uti liceret, decreviſſe Senatum Livius lib. XXV. tradit: *militibus, qui ad Cannas commilitones ſuos deſeruiſſent, Senatui nihil videri rempubl. committendam eſſe. Si M. Claudio Proconſuli aliter videretur, faceret, quod è republicâ fideque ſuâ duceret: dum ne quis eorum munere vacaret, neu dono militari virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hoſtis intra Italiam eſſet.* Inde vides optimam lectionem quam Frontino dedimus, diſſenſu manuſcriptorum. Nec aliter habet Valerius Maximus, qui prope ad verbum lib. II. cap. 11. Senatum reſcripſiſſe narrat, *indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur. Cæterum ſe ei permittere, ut faceret, quod reipublicæ expedire judicaſſet, dum ne quis ex eis munere vacaret, aut dono militis donaretur, aut in Italiam, donec hoſtes in eâ eſſent, accederet.* Plutarchus ubi ſupra: ἐ-

XLV. M. Salinator Consularis damnatus est à populo, quod prædam non æqualiter diviserat militibus.

XLI. Cum ab Luguribus in prœlio Q. Petilius Cos. interfectus esset, decrevit Senatus, uti ea legio, in cujus acie Cos. erat occisus, tota infrequens referretur, stipendium 1 ei annuum non daretur, æraque rescinderentur.

ποιήσατο γνώμην ἡ βουλὴ μηδὲν εἰς δημοσίαν πράγματα δεῖσθαι Ῥωμαίους ἀνθρώπων ἀνάνδρων. Εἰ δὲ βούλεται χρῆσθαι Μάρκελλος αὐτοῖς ἴσως, μηδενὶ τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ νομιζομένων στεφάνων καὶ γερῶν τυχεῖν ὑπ' ἄρχοντος.

1. *Ei annuum non daretur, æraque rescinderentur*] De sinceritate hujus lectionis noli dubitare, quanquam diversè hæc omnia concepta sint in aliorum exemplaribus vetustis: Valerius Maximus lib. VII. *neque stipendium anni procedere, neque æra dari voluit*; id est, rescindi, vel resignari, ut inquit Festus. Inde *ære diruti* vocabantur, hodie quassati. Varro: *Stipendium appellatur, quod æs militi semestre, aut annuum dabatur. Cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus est.* Ausonius in Centon. Præf. *Procedere mihi inter frequentes stipendium jubebis; sin aliter, ære dirutum facies.* Bene *inter frequentes*; nam qui *infrequens*, patiebatur hanc pœnam. *Infrequens*, ait Festus, *appellatur miles, qui abest, abfuitque à signis.* Cornificius ad Herennium lib. IV. *Prætereo, quod militiæ te infrequentem tradidisti, &c.* Apage igitur lectionem nihili: *numeroque rescinderentur*, vel *reciderentur.* Sanè aut, ut edidimus, legendum; aut levi mutatione ex optimis Scriverii membranis: *stipendium ei non daretur, annua æra rescinderentur.*

CAPUT II.

De effectu disciplinæ.

EXEMPLUM I.

BRUTI & Cassii exercitus, memoriæ proditum est, bello civili, cum una per Macedoniam iter facerent, priorque Brutus ad fluvium, in quo pontem jungi oportebat, pervenisset, 1 Cassii tamen exercitum & in efficiendo ponte,

1. *Cassii tamen exercitum*] Libri chirographi: *Cassium tamen cum exercitu.* In fine P. edidit: *præstarent Cassiani Brutianos*; ut apud Poëtam: *vel magnum præstat Achillem.*

1. *Ruti-*

te, & in transitu maturando præcessisse. Qui vigor disciplinæ effecit, ne non solum in operibus, verum etiam in summa belli præstarent Cassiani Brutianis.

II. C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus, qui sub Rutilio, & qui sub Metello, ac postea sub se ipso meruerant, [1] Rutilianum quendam minorem, [2] qui certioris disciplinæ arbitrabatur, [3] præoptavit.

III. Domitius Corbulo, duabus legionibus & paucissimis auxiliis, [4] disciplina correcta, Parthos sustinuit.

IV. Alexander Macedo [5] quadraginta millibus hominum, jam inde à Philippo patre disciplinæ assuefactis, orbem

1. *Rutilianum quendam minorem*] Legit hunc exercitum ad bellum Cimbricum C. Marius in secundo consulatu. Erat autem Rutilianus ille exercitus P. Rutilii Rufi, qui præcedenti anno cum Cn. Mallio Consul fuerat, & metu Cimbrorum Italiæ irruptionem minantium juventutem sacramento adigere, novasque legiones scribere jussus erat, quibuscum hosti occurreret. Mediam vocem variè docti emendant. Stevvechius; *quanquam minorem*. Barthius, *quadam minorem*; & explicat suppressa *parte*, *quadam parte minorem*; quod difficulter fero.

2. *Qui certioris disciplinæ arbitrabatur*] Augetur literulâ lectio vet. P. *quia certioris disciplinæ arbitrabatur*. In veteri libro Gronoviano: *qui acerbioris*; unde legit: *quia certioris*. *Arbitrabatur* παθητικῶς. Cælius apud Priscianum: *ex scriptis eorum, qui veri arbitrantur*; hoc est, ὑπολαμβάνονται. Similiter Gellius lib. I. cap. decimo tertio: *arbitrata quæstio*; quod non intellexit Barthius, qui de glossemate vocem suspicit.

3. *Præoptavit*] *Punctavit* quid sit, quod alias hoc loco legitur, nondum ab authoribus didici. Hoc scio, punctis signorum inscribi solitos tyrones dilectos; item quod à Vegetio traditum libro secundo cap. quinto, *victuris* (ita lege: vulgo pessimè *puncturis*, ex quo ad oram Codicis mei *mansuris* annotârat Sixtus Arcerius) *in cute punctis milites scriptos, & matriculis insertos jurare solitos*: Sed, quod exponere non nemo nisus, an exinde *punctare* sit, ineptè dixerim. Ex *præoptavit*, *poptavit* (ut habent quædam veteres scripturæ) *pontavit*, denique *punctavit* librarii reddidêre: ut apud Justinum ex *nuncios* fecere *pontios*. Ita Batavorum Lugduno ad me transcripsit incomparabilis Gronovius.

4. *Disciplina correcta*] P. *correpta*. Lege: *& paucissimis auxiliis disciplina correctis*.

5. *Quadraginta millibus hominum*] In eodem libro malè *millia*

bem terrarum aggressus, innumeras hostium copias vicit.

V. Cyrus, bello adversus Persas, quatuordecim millibus armatorum immensas difficultates superavit.

VI. Epaminondas dux Thebanorum, quatuor millibus hominum, ex quibus quadringenti tantum equites erant, Lacedæmoniorum exercitum viginti quatuor millium peditum, equitum mille sexcentorum vicit.

VII. A quatuordecim millibus Græcorum, qui numerus in auxiliis Cyri adversus Artaxerxem fuit, centum millia barbarorum [1] prœlio superata sunt.

VIII. [2] Eadem Græcorum quatuordecim millia, prœlio amissis ducibus, reditus sui cura uni ex corpore suo Xenophonti Athenienſi demandata, [3] per iniqua & incognita loca, incolumia reversa sunt.

IX. Xerxes à trecentis Lacedæmoniorum ad Termopylas vexatus, cum vix eos confecisset, hoc se deceptum ajebat, quod multos quidem homines haberet, viros autem disciplinæ tenaces nullos.

typis editum. *Orbem terrarum* vocat τὸν οἰκουμένον. Super copiis Alexandri non consentiunt auctores. Vide Plutarchum in Alexandro & Arrianum libro primo.

1. *Prælio superata sunt*] *Superati*, libri Scriveriani, delentque vocem *prœlio* ut supervacaneam.

2. *Eadem Græcorum quatuordecim millia*] Mendosè P. exhibuit *eodem G. q. millibus.* Deinde; *reditus sui cura uni ex corpore suorum:* quod scripti retinent.

3. *Per iniqua & incognita loca*] Aliàs, *ignota loca.*

CAPUT III.

De continentia.

EXEMPLUM I.

M. CATONEM vino eodem, quo remiges, [1] contentum fuisse traditur.

II. Fa-

1. *Contentum fuisse traditur*] Hoc sequor: sed habetur in vilioribus *esse*; quod emendarunt operæ. Præcedentia jam verè sonant,

II. Fabricius, cum Cyneas legatus Epirotarum grande pondus auri dono ei daret; non accepto eo, dixit; Malle se habentibus id imperare, quam habere.

III. Attilius Regulus, cum summis rebus præfuisset, adeo pauper fuit, ut se, conjugem, liberosque toleraret agello, qui colebatur per unum villicum; cujus audita morte, scripsit Senatui de successore, destitutis rebus obitu servi necessariam esse præsentiam suam.

IV. Cn. Scipio post res prospere gestas in Hispania, in summa paupertate decessit, ne ea quidem relicta pecunia, [1] quæ sufficeret in dotem filiarum, quas ob inopiam publice dotavit Senatus.

V. Idem præstiterunt Athenienses [2] filiis Aristidis, post amplissimarum rerum administrationem, [3] in maxima paupertate defuncti.

VI. [1] Epa-

nant, *vino eodem, quo remiges, &c.* ubi antea *vivo eodem* pravè legebatur. Plutarchus eum vinum in prætura & consulatu idem, quod operas, bibisse tradit. Plinius lib. XIV. 12. *Cato cum in Hispaniam navigaret, unde cum triumpho rediit; non aliud, inquit, vinum bibi quam remiges.* Locus mutilus apud Festum ita forte restituendus: *Navitæ quod habebant vinum atque oleum, usus tantum eo sum.* Perperam *egisse*, suppositum in Frontino Rubenius.

1. *Quæ sufficeret in dotem filiarum*] Quis hoc assentiretur fidei manuscriptorum? Omnino ita rectum est quod edidimus, *in dotem filiarum:* pro quo exarati, *in dotem fœminarum:* nisi *fœminas* hoc loco accipias, ut in nostro jure, sub queis & virgo viripotens continetur. Ita placet: & fidem facit Valerius Maximus, qui filiam Scipionis, adultæ ætatis jam fuisse perhibet, cum à Senatu constitutâ dote nuptum daretur.

2. *Filiis Aristidis*] Pro *filiabus A.* δεξαϊζμός. Plautus Sticho: *Ego introibo, & gratulor vostrum adventum filiis* h. e. *filiabus.* Varro II. de Re Rustica: *Sed ex his equis, &c.* equabus. Et *Diis*, pro Deabus: Idem lib. III. *Vt his Diis Helicona atque Olympum attribuerunt homines.* Æschines de Aristide oratione Ctesiphontis: ὃ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος. Vide etiam Plutarchum.

3. *In maxima paupertate*] Aliàs, *in summâ.* Apulejus apologia: *eadem est paupertas apud Græcos in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.*

1. *Epa-*

VI. 1 Epaminondas dux Thebanorum tantæ abſtinentiæ fuit, ut in ſuppellectili ejus præter ahenum & veru unicum nihil inveniretur.

VII. Hannibal ſurgere de nocte ſolitus, ante noctem non requieſcebat, crepuſculo demum 2 ad cœnam vacabat: 3 neque amplius quam duobus lectis diſcumbebatur apud eum.

VIII. Idem, cum ſub Haſdrubale Imperatore militaret, plerumque ſuper nudam humum, 4 ſagulo tectus, ſomnos capiebat.

IX. Æmilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantem, accepto pane, veſci ſolitum.

X. 1 Idem

1. *Epaminondas*] Vulgo *Epaminundas*; malè, Græcis enim Ἐπαμινῶνδας. Confer Athenæum libro X. Δέπγος. & Ælianum V. Ποικιλ.

2. *Ad cœnam vacabat*] *Vocabat*, enim manifeſtæ mendæ eſt, ut aliis jam obſervatum; qua quidem in parte membranæ tanto deteriores ſunt excuſis.

3. *Neque amplius quam duobus lectis diſcumbebatur apud eum*] Sed qualibus lectis? Puto caſtrenſibus, quos ſegeſtria veteres vocabant, quibus in caſtris utebantur. Varro de vita Pop. Romani: *Hoc, quod injicitur, toral dicitur; lecticam qui involvebant, ſegeſtria appellabant.* De ſegeſtri Lucillius:

Penula, ſi quæris, canteriu', ſervu', ſegeſtre,
Vtilior mihi quàm ſapiens. - - - -

Erat autem teges, quæ primo ex ſegetibus, deinde ex pellibus confecta fuit. De pellibus teſtatur Plautus apud Porphyrionem, qui dixerit de anu dormituriente: *anus hæc in pellis periculum protenditur.* Valerius Maximus ait Catonem hœdinis pellibus uſum fuiſſe pro ſtragulis, tanquam nihil mutaſſet de priſcâ frugalitate. Certè στέγαστρον pelles ſignificat. In gloſſis veterum: *ſegeſtre*, διφθέρα, διφθέρα πλοίου. Sed διφθέρα πλοίου, pellis eſt nautica, δέρις. Gloſſarium: *Segeſtre*, στέγαστρον, τεράδερμον: fortaſſe περιδόρμιον, vel potius γεράδερμον legendum, vetus pellis, ut γεράνδρυον, γεγάνδερμον; unde *dormio* Latinorum; nam *dormionem* veteres lectum vocabant. Iidem *cubas* Sabinâ linguâ dicebant lectos & lecticas militares, quæ Græcis χαρμεύνάδες. Inde apud Euripidem Rheſo: λεῖπε χαμεύνας φυλλοστρώτους. Nos aliàs plura obſervamus.

4. *Sagulo tectus*] *Stragulo tectus*, in Pariſienſi. Immo ſtragulum, ſagulum. Papias: *Sagulum*, *ſtragulum vel coopertorium.* Scholiaſtes Ariſtophanis: σάγη τὸ ὅπλον, καὶ πανσαγία ἡ πανοπλία. Gloſſæ vete-

X. [1] Idem & de Alexandro Macedone dicitur.

XI. Masinissam, nonagesimum ætatis annum agentem, meridie ante tabernaculum stantem, vel ambulantem capere solitum cibos legimus.

XII. [2] M. Curius, cum victis ab eo Sabinis, ex Senatusconsulto ampliaretur ei modus agri, [3] quem consummati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit: malum civem dicens, cui non esset id, quod ceteris, satis.

XIII. Universi quoque exercitus notabilis sæpe fuit continentia, sicuti ejus, qui sub M. Scauro meruit. Namque memoriæ tradidit Scaurus, pomiferam arborem, [4] quam in

veteres: *stragulum*, περίστρωμα, περιθωρακίδιον. Sed non legerunt Livium, qui *sacculo* reponunt ἀντὶ τοῦ περιθωρακιδίου. *Multi sæpe militari sagulo opertum* (Hannibalem) *humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt*. Sic fatigato humus cubile fuit, & cibus quem occuparat, satiavit.

1. *Idem & de Alexandro Macedone dicitur*] Unde regina Catiæ Ada fercula exquisita confecta ad eum aliquando mittente: *meliores*, inquit, *obsoniorum structores habeo, ad prandium antelucanam expeditionem, ad cœnam frugale prandium*; Plutarcho auctore in apophtegmatis. Quæ tamen continentia postea nimis soluta est deliciis.

2. *M. Curius*] Aliàs ineptè, *C. Curius*: ut supra quoque notamus.

3. *Quem consummati milites*] Hîc *consummatos milites* emeritos accipiunt: at doctissimus Turnebus, cui soli debetur hujus loci expositio, eos intelligit, qui in assignatione agrorum multi, ut verbi gratia, viceni aut triceni, in singulas centurias agri, id est, in ducena jugera contribuuntur & conferuntur, & in unam summam colliguntur: ut ex ea agrorum modo pro portione accipiant: videlicet, dena singuli, aut plura aut pauciora jugera. Nam Senatus, quantum multis militibus in unam summam collectis, dari Curio voluerat, verbi gratia, unam centuriam, qui non tamen plus accepit, quàm quantum singulis gregariisque assignabatur: non est enim novum *consummare* accipi pro in summam colligere: quod eo, quod subjiciam Vitruvii testimonio patebit lib. I. cap. 1. *Per arithmeticen*, inquit, *sumptus ædificiorum consummantur, mensurarum rationes explicantur*: id est, in assem colligitur summa sumptus & ædificationis.

4. *Quam in pede castrorum fuerat complexa metatio*] Id est, in limite, vel pedatura castrorum, ut agrimensores loquuntur. Infra de Coloniis: *sed & numero pedaturæ limi-*

in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

XIV. Auspiciis Imperatoris Cæsaris Domitiani Augusti, Germanico bello, 1 quod Julius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentissima civitas, quæ ad Civilem desciverat, cum adveniente exercitu Cæsaris populationem timeret, quod 2 contra expectationem inviolata, nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta septuaginta millia armatorum 3 ei tradidit.

XV. L. Mummius, qui Corintho capta non Italiam solum, sed etiam provinciam tabulis statuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis 4 in suum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico 5 dotaverit.

CA-

limites sunt constituti. Innocentius: *pedatura pergens per limites.* De Limitibus: *Limitis pedatura extenditur à pedibus centum & ducentis quinquaginta, usque in duo millia quadringenta.* Græci pari modo suum ποδεὼν pro limite usurpant: Herodotus Urania: τὸ δὲ Δωριδος χώρης ποδεὼν τοῦτο τὸ κατεῖνη. id est, *Doricæ regionis tenuis limes.* Nam ποδεὼν idem quod πεῦς, & ἀσκεῦ ποδεὼν, quem ἀσκεῦ πόδα vocavit Euripides. Latini *utris pediculum* dixêre. Aristophanis Interpres: Ἀρχέλοφοι, τὸ μηλωτῆς πόδες, ἢ τὴ ποδεῶνας καλεῦσι. Alio modo *pedem montis* dicebant Dionys. Perieg. —— κεῖται ὑπὸ ζαθέης πόδας Ἴδης.

1. *Quod Iulius Civilis*] Sic ducis nomen est apud Plutarchum ἐρωπικῷ, & Tacitum I. Historiarum, qui tamen alibi *Claudium* vocat, ut rectè memini.

2. *Contra expectationem*] Nonnulli libri, *præter spem:* deinde; *in obsequium*, schedæ Scriverii.

3. *Ei tradidit*] In iisdem, tribus diversis membranis, constanter exaratum, *Mihi tradidit:* & in margine adjunctum, NOTA TEMPUS AUCTORIS.

4. *In suum convertit*] Id est, in rem suam, ut explicat Cicero lib. I. Officiorum. *Si in suam rem aliena convertant*, quomodo & *invertere*, solenne. Idem superius occurrit: quare damno reliquorum scripturam, *in usum suum convertit.*

5. *Dotaverit.* P. *dotaverunt.*

1. *Extra*

CAPUT IV.

De Iustitia.

EXEMPLUM I.

CAMILLO Faliſcos obſidenti ludimagiſter liberos Faliſcorum, tanquam ambulandi cauſſa 1 extra murum eductos, tradidit, dicens 2 repetendis eis obſidibus neceſſario civitatem imperata facturam. Camillus non ſolum ſprevit perfidiam, ſed & reſtrictis poſt terga manibus magiſtrum virgis agendum ad parentes tradidit pueris: Adeptuſque eſt beneficio victoriam, quam fraude non concupierat. Nam Faliſci ob hanc juſtitiam ſponte ei ſe dediderunt.

II. Ad Fabricium ducem Romanorum 3 medicus Pyrrhi Epirotarum regis pervenit, pollicituſque eſt daturum ſe Pyrrho venenum, ſi merces ſibi, in qua * operæ pretium foret, conſtitueretur: quo facinore Fabricius egere victoriam ſuam non arbitratus, regi medicum detexit: atque ea fide

1. E*xtra murum eductos*] Quidam ſcripti *deductos*. Sed eſt, cur malim, *eductos*. Certe liberos illos ex urbe obſeſſa eduxit ludimagiſter ille, & eoſdem etiam in caſtra Romana ad imperatorem adduxit, ſive, ut loquitur Livius, perduxit. Varus lib. II. Excellentium, eam hiſtoriam ſic narrabat his verſiculis:

Tum litterator creditos
Ludo Faliſcûm liberos,
Cauſatus in campi patens,
Extraque muros ducere,
Spatiando paulatim trahit
Hoſtilis ad valli latus.

Duxit igitur eos primum ex urbe, hoc eſt, ut Varus & Frontinus loquuntur, extra muros eduxit; aut, velut eſt apud Livium lib. V. ante urbem produxit, deinde paulatim trahendo, ad vallum uſque Romanum perduxit vel adduxit.

2. *Repetendis eis obſidibus*] Lege conjectura aliorum, *retentis*.

3. *Medicus Pyrrhi*] Timochares Ambraciensis, non ſaluti regis ſui ſed exitio quæſitus. Hippocrates in præceptionibus de medico loquens: σῶζων, ἐκ ἀλλοιῶν (ſcribo ἀπολλύων) φύσιν. At longè variant auctores in hiſtoriæ circumſtantiis. Lege, quæ Gellius lib. III. cap. 9. ex Quadrigario & Valerio adduxit.

* *Opera*

fide meruit, ut ad appetendam amicitiam Romanorum compelleret Pyrrhum.

* *Operæ pretium foret*] Aliàs, *esset*, teste Scriverio, & statim *petendam* verbo principe pro composito.

CAPUT V.

De Constantia.

EXEMPLUM I.

CN. POMPEIUS minantibus direpturos pecuniam militibus, quæ in triumpho ferretur, Servilio & Glaucia cohortantibus ut divideret eam, ne seditio fieret, affirmavit non triumphaturum se, sed potius moriturum, quam licentiæ militum succumberet: castigatisque oratione gravi laureatos fasces objecit, ut ab illorum inciperent direptione; eaque invidia 1 redegit eos ad modestiam.

II. C. Cæsar 2 seditione in tumultu civilium armorum, ac tum maxime tumentibus animis, legionem totam exauctoravit, 3 ducibus seditionis securi percussis: mox eos, quos 4 exauctoraverat, ignominiam deprecantes restituit, & optimos milites habuit.

III. Postumius Consularis cohortatus suos, cum interrogatus esset à militibus, quid imperaret, dixit, ut se imitarentur: & arrepto signo hostes primus invasit; quem secuti, victoriam adepti sunt.

IV. 1 L. Mar-

1. *Redegit eos*] Si scriptorum fidem sequamur, heic reponendum esset *recepit*, cujus verbi vim cum sequentibus ægrè conjunxero.

2. *Seditione in tumultu*] Visum Stevvechio primam vocem eliminare, quasi πανοδύναμα sint *seditio* & *tumultus*. Quod sequatur qui volet, nos intactum relinquimus. At in exaratis aliter hæc concepta sunt, hoc nimirum modo: *C. Cæsar in tumultu civilium seditione armorum* (quidam *armatorum*) *acta*, *maximè tum tumentibus animis*, *&c.*

3. *Ducibus seditionis*] P. editio non agnoscit hic τὸ *seditionis*, quod melius, salvo judicio, quàm antea potest abesse.

4. *Exauctoraverat*] Idem, *exauctoravit*, quod non melius.

1. *L. Mar-*

IV. [1] L. Marcellus, cum in manus Gallorum imprudens incidisset, circumspiciendæ regionis, qua evaderet, caussa, [2] equum in orbem flexit: deinde cum omnia esse infesta vidisset, [3] precatus Deos in medios hostes irrupit; quibus inopinata audacia perculsis, ducem quoque eorum trucidavit, atque ubi [4] spes salutis vix superfuerat, inde opima retulit spolia.

V. L. Paulus, amisso ad Cannas exercitu, offerente equum Lentulo, quo fugeret, superesse cladi (quanquam non per ipsum contractæ) noluit, sed in eo saxo, cui se vulneratus acclinaverat, persedit, donec ab hostibus oppressus confoderetur.

VI. Varro collega ejus vel majore constantia post eandem cladem vixit, gratiæque ei à Senatu & populo actæ sunt, [5] quod non desperasset de Republica. Non autem vitæ

1. *L. Marcellus*] Scripti, *Cl. Marcellus*, teste Scriverio.

2. *Equum in orbem flexit*] Quidam *flectit*, non tam benè. Sed hæc in exarato nostro affecta legebantur, ad hunc nempe modum: *equum enormem flectit*. Facilis mutatio ex germanâ lectione & antiquâ, quæ est, *in orbem flexit*, quod Græcis περιάγειν τὸν ἵππον ἐν ῥυθμῷ. ῥυθμὸς metæ flexus est, & circulus. Poëtæ *gyrum* vocant, pro quo *goerum* invenio in codice meo Ausoniano, quod γοραϊκώτερον. *Orbis* est meta curriculi, seu rotundi flexus figura. Valer. Flaccus libro III. —— *brevis in lævos piger angitur orbes*; id est, tardè convertitur & circumagitur in gyros lævos breviores, quæ doctorum & habilium equorum ars est. Hinc *venire in orbe*, ὁμόσε χωρεῖν de cominus pugnantibus: Quod allusum est ad Græcorum proverbium, ὑπὲρ τοῦ σκέμματος.

3. *Precatus Deos*] Quid si *deprecatus?* Ita MSS. quos evolvit Scriverius. Sequentia à Poëta sunt, ut multa alia; *medios irrupit in hostes*. Quare damno lectionem quorundam nihili, quæ est *perrupit*. Nam *perrumpere aciem* dicimus; at *irrumpere hostes*, vel *in hostes*. Supra lib. II. cap. octavo. *Tarquinius adversus Sabinos cunctantes equites, detractis frenis, concitatisque equis procurrere, & perrumpere aciem jussit.*

4. *Spes salutis*] Hoc tene; quidam *saluti*. Istud dignum elegantia. Supra: *Vnam spem salutis haberet, si flumen liberasset.* Statim *opima spolia*, lege cum optimo Stevvechio.

5. *Quod non desperasset de republica*] Ita libri nostri meliores. Ut-

vitæ cupiditate, ſed Reipublicæ amore, ſe ſuperfuiſſe reliquo ætatis ſuæ tempore approbavit. 1 Nam & barbam capillumque ſubmiſit, & poſtea nunquam recubans cibum cepit, 2 honoribuſque, cum ei deferrentur à populo, renunciavit, dicens felicioribus Magiſtratibus Reipublicæ opus eſſe.

VII. 3 Sempronius Tuditanus & C. Octavius Tribunus militum, omnibus fuſis ad Cannas, 4 cum in minoribus caſtris circumſederentur, ſuaſerunt commilitonibus, ut ſtringerent gladios, & per hoſtium præſidia erumperent ſecum: id ſibi eſſe animi, 5 etiam ſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet, affirmantes. De cunctantibus duodecim omnino equitibus vel peditibus, qui comitari ſuſtinuerant, repertis, incolumes Canuſium pervenerunt.

VIII. C. Fontejus Craſſus, in Hiſpania, cum tribus millibus hominum prædatum profectus, locoque iniquo circumventus ab Haſdrubale, ad primos tantum ordines relato

nus P. excludit voculam, legitque; *quod non deſperaſſet republica.*

1. *Nam & barbam capillumque ſubmiſit*] Inſpecti Scriverio non agnoſcunt conjunctionem cauſalem. Deinde *promiſit* invenio in nonnullis editis, quod ſi jure damnem, injuria fiet Frontino, & optimis auctoribus. Tacitus II. Annalium: *donec crinem barbamque promitteret.* Livius VII. *Veſte obſoleta, capillo & barbâ promiſſis, præferens vultu habituque inſignem ignominiæ acceptæ memoriam.* Nam *promittere*, eſt τὸ μύστακα τρέφειν, ad magnitudinem nutrire, ut exponit Nonius.

2. *Honoribuſque*] Melius ex libris chirographis, *honoribus quoque*; quod magis ἀυξητικὸν.

3. *Sempronius Tuditanus & C. Octavius Tribunus militum*] Suſpicatur Rubenius olim ſcriptum fuiſſe: *Tuditanus è leg. octavâ Tribunus militum.* Sed nihil demutat præter *Tribuni militum.*

4. *Cum in minoribus caſtris circumſederentur*] Habent quidam codices, *cum in minoribus circumſiderentur*, ut P. Sed tum ſcribendum foret, *cum à minoribus, &c.* quod non placet.

5. *Etiam ſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet, affirmantes*] Probo doctiſſimi viri conatum, qui poſtremam vocem vulgò ignoratam ex fide membranarum ſuarum poſtliminio reſtituit. Nam priora aliàs apertè mutila legebantur, in quibus etiam puto rectius exhiberi poſſe, *etiamſi* pro *etiam ſi*, quod mirè volo, ut illud: *D.C. omnino equi-*

lato consilio, incipiente nocte, (quo tempore minime exspectabatur) per stationes hostium erupit.

IX. P. Decius Tribunus militum, bello Samnitico, Cornelio Cosso Cos. iniquis locis deprehenso ab hostibus, suasit, ut ad occupandum collem, qui in propinquo erat, modicam manum mitteret, seque ducem iis, qui mittebantur, obtulit: 1 avocatus in diversa hostis emisit Consulem. Decium autem cinxit, obseditque: illas quoque angustias, nocte eruptione facta, cum eluctatus esset Decius, incolumis cum militibus Consuli accessit.

X. Idem fecit sub Attilio Calatino Cos. is cujus varie traditur nomen. Alii Laberium, nonnulli Q. Cæditium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scripserunt. Hic cum demissum in eam vallem videret exercitum, cujus latera omnia superiora hostis insederat, depoposcit, & accepit à Consule trecentos milites; quos hortatus, ut virtute suâ exercitum servarent, in mediam vallem decurrit: ad opprimendos eos undique descendit hostis, longoque & aspero prœlio retentus, occasionem Consuli ad extrahendum exercitum dedit.

XI. C. Cæsar adversus Germanos & regem Ariovistum pugnaturus, 2 confusis suorum animis, pro concione dixit, nullius se eo die operâ, nisi decimæ legionis, usurum: quo assecutus est, ut & decimani tanquam præcipuæ fortitudinis testimonio concitarentur, & cæteri pudore, ne penes alios gloria virtutis esset.

XII. Lacedæmonius quidam nobilis, Philippo denunciante multis se prohibiturum, nisi civitas sibi traderetur: Num, inquit, & pro patria mori nos prohibebit?

XIII. Leo-

quitibus; nam illud *duodecim* suppositicium est librariorum. Vide Livium, qui sexcentos comites habet numero, qui se animoso huic Tribuno dederunt.

1. *Avocatus in diversa hostis*] P. *advocatus*; & statim, pro *emisit*, quidam *dimisit*.

2. *Confusis suorum animis*] Vide lib. I. cap. undecimo notata: nam hæc quidem exempla repetita sunt.

XIII. Leonidas Lacedæmonius, cum dicerentur Persæ sagittarum multitudine 1 nubes esse facturi, fertur dixisse, Melius in umbrâ propugnabimus.

XIV. 2 Cælius Prætor Urbanus, cum ei jus dicenti picus in capite insedisset, & aruspices respondissent, dimissâ ave, hostium victoriam fore; necatâ, populum Romanum superiorem, ac Cælium cum familiâ periturum, 3 avem occîdit: quâ occisâ, nostro exercitu vincente, ipse cum quatuordecim Cæliis ex eâdem familiâ in prœlio est occisus. Hunc quidam non Cælium, sed Lælium fuisse, & Lælios, non Cælios periisse credunt.

XV. P. Decius primo pater, postea filius * in Magistratu

1. *Nubes esse facturi*] In modum grandinis atque nimborum densa tela missuri. P. Diaconus XII. *nudati pedites sagittarum nubibus obruti.* Alibi: *milites nostri multitudine sagittariorum* (lege *sagittarum*) *sæpe deleti sunt.* Sic *tempestas telorum* apud Virgilium XII. divini operis: & summâ elegantiâ quidam veterum pro morte dixit θανάσιμο μέλαν νέφος. Sic *nubes cygnorum:* & apud Homerum, νέφος σηρῶν καὶ κολοιῶν.

2. *Cælius*] Ineptè *L. Elius*, in libro Parisiense. Quod indubiè ex appendice isto ortum à Frontino huic exemplo annexo, ubi & *Lælios* & *Cœlios* quibusdam in hac narratione memoratos perhibet. Exeinde *L. Elius* fecit aliquis corrector ignarus, cum aut *Lælius* aut *Cælius* reponendum esset. Sequentia lege, *cum et jus dicenti*, ubi vulgò τὸ *jus* omittunt imperiti scribæ, & à prætore urbano derogant, qui sortitioni judicum & subsortitioni præerat, hoc est, per sortem & fortuitum eventum designabat ex decuriis & ordinibus eos, qui quoquo tempore judicarent, illorum nomina in albo suo describebat.

3. *Avem occîdit*] Hanc lectionem quis extruderit ex ingenio, non temerè dixerim; cujus ne quidem vestigia restant in omnibus calamo exaratis codicibus. Illud non ignoro tamen, quod in membranis & veteribus excusis exhibitum fuit, *non dubitavit dare pecuniam*, ἀπὸ παλαίας χειρὸς scriptum esse, licet non Frontinus scripserit, sed reseripserint correctores. Ex antiquâ lectione dubitare occurrit Scriverio, *non dubitavit dare picum neci*, quod si non verissimum, saltem jucundius ac vero propius est isti vulgato. Locus, si conjecturâ sanari potest: *non dubitavit dare pecuniam*, depravatus est ex antiquo: *non dubitavit avem perimere.* Ita incomparabili Gronovio visum est, ut ad me transscripsit.

* In

tu se pro Republica devoverunt, admissisque in hostem equis, adepti victoriam patriæ contulerunt.

XVI. P. Crassus, cum bellum adversus Aristonicum in Asiâ gerens inter Æliam & Myrinam in hostium copias incidisset, vivusque adduceretur, exsecratus in Consule Romano captivitatem, virgâ, quâ ad equum erat usus, Thraci (à quo tenebatur) oculum eruit, atque ab eo per dolorem concitato transverberatus, dedecus servitutis, ut voluerat, effugit.

XVII. M. Cato Censorii filius, in acie decidente, equo prolapsus, 1 cum se recollegisset, animadvertissetque gladium excidisse vaginâ, veritus ignominiam rediit in hostem: ex eoque, aliquot vulneribus recuperato demum gladio reversus est ad suos.

XVIII. 2 Petilini, à Pœnis obsessi, parentes & liberos propter inopiam ejecerunt: ipsi coriis madefactis, & igne siccatis, foliisque arborum & omni genere animalium vitam trahentes undecim menses, obsidionem toleraverunt.

XIX. 3 Hispani Arabricenses omnia eadem passi sunt, nec oppidum Herculejo tradiderunt.

XX. Cassilini, obsidente Hannibale, tantam inopiam perpessi sunt, 4 ut centum denariis murem vænisse, proditum

* *In Magistratu*] Ita lege. P. *in Magistratibus.*

1. *Cum se recollegisset*] Ultima vox de glossemate mihi suspecta est. Quare lego præeuntibus optimis membanis, *cum animadvertisset gladium* &c.

2. *Petilini*] MS. *Petellini.* Istud transmarinum est, hoc Romanum; Πετιλῖνοι Athenæo vocantur. Libro XII. Deinosoph. de hac ipsa fame & constantia: Πετιλῖνοι δὲ τηρήσαντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον πολιορκούμενοι ὑπ' Ἀννίβα, ὥστε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δένδρων τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἀπαλοὺς πτόρθους ἀνάλωσε. &c.

3. *Hispani Arabricenses*] Sic omnino recta est librorum Frontini scriptura. Vulgo pravè editum, *Hispani cum Fabrescense*; Forte cum Scriverio, Hispani *Consaburenses.* Vide Plinium.

4. *Vt centum denariis murem vænisse*] Strabo, Plinus, Valerius Maximus ampliant & addunt ad eam summam alterum tantum, *ducentis denariis.* Atque ita fortasse legendum monet Stevvechius: quan-

ditum memoriæ ſit, ejuſque venditorem fame periiſſe, emptorem autem vixiſſe: fidem tamen ſervare Romanis perſeveraverunt.

XXI. Cyzicum cum oppugnaret Mithridates, captivos ejus urbis produxit, oſtenditque obſeſſis, arbitratus futurum, [1] ut miſeratione ſuorum compelleret ad deditionem oppidanos: at illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captivos, ſervare Romanis fidem perſeveraverunt.

XXII. [2] Segobrigenſes, cum à Viriato liberi & conjuges cæderentur, præoptaverunt ſpectare ſupplicia pignorum ſuorum, quàm à Romanis deficere.

XXIII. Numantini, ne ſe dederent, fame mori præfixis foribus domuum ſuarum maluerunt.

CA-

quam *ducentis* Frontinum ſcripſiſſe, Colerus intempeſtivè ſedulus ad Valerium producat. At quorſum ſollicitanda lectio, cum de pretio quidem rei geſtæ ſcriptores inter ſe diſcordent? Ipſe Plinius diligentiſſimus alioquin indagator harum memoriarum, ducentos ſolummodo nummos habet, quos niſi pro denariis agnoſcas, ne Valeriana quidem ſibi fides conſtat. In Strabone noli cum doctioribus ambigere, quin reſcribendum ſit μυὸς pro μεδίμνῳ, quod & ipſius quidem πυροφαγῶ conſtanter agnoſcimus: ἐπὶ δ' Ῥώμης Καζίλινον ὁρυττομένῳ ἐπὶ τοῦ Οὐελτύρνου ποταμοῦ, ὃν ἡ πολιορκία φύσει Περαινεστῶν ἄνδρες μὴ φθόνῳ ἀμφίζωνῳ Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀντέχον, ὡς ὑπὸ λιμοῦ ἀλφιτοπώλων δραχμῶν πρᾶσθαι τὸν μεδίμνω, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐφάνη δὲ ὁ πριάμενος. Nec enim rei venditæ nomen Geographus tacuiſſet, expreſsâ ejus menſurâ, quæ ἀλφιτοπώλων δραχμῶν ex aliis colligitur.

1. *Vt miſeratione ſuorum*] Hoc magè probem, quàm quod ſcriptum relictum fuit, *ſociorum*. Statim, *patiendum*, in membranis.

2. *Segobrigenſes*] Soli Scriverio quicquid eſt hujus emendationis debetur, cum libri degeneres exhiberent, *Æginenſes cum à Viatotis*, quod cum obſcurum foret Stevvechio, extemplò ſuum Palmerium conſuluit, qui vitioſam ſcripturam ſuâ divinatione magis contaminavit, reponendo, *cum à Boeotiis liberi*, &c. Certo certius eſt, legendum *Segobrigenſes*, aut *Segoblenſes*, *cum à Viriato*, &c. Perperam, *cum ab Ætolis*, ſupponit Palmerius.

† Lem-

CAPUT VI.

† *De affectu & moderatione.*

EXEMPLUM I.

Q. FABIUS hortante filio, ut locum idoneum paucorum jacturâ caperet, Visne, inquit, tu ex illis paucis esse?

II. Xenophon, cum equo veheretur, & pedites jugum quoddam occupare jussisset, 1 unum ex eis obmurmurantem, quod diceret, facilè tam laboriosa sedentem imperare, desiliit, & gregalem equo imposuit, 2 cursuque ipse pedestri ad destinatum jugum contendens pervenit; cujus facti ruborem cum perpeti miles non posset, irridentibus commilitonibus sponte descendit: Xenophontem vix universi perpulerunt, ut conscenderet equum, & laborem suum in necessaria duci munera reservaret.

III. Alexander, cum hyeme duceret exercitum, residens ad ignem recognoscere prætereuntes copias cœpit, cumque conspexisset quendam propè exanimatum frigore, considere loco suo jussit: dixitque ei, Si in Persis natus esses, 3 in regiâ sellâ resedisse tibi capitale foret, in Macedoniâ nato conceditur.

IV. D, Au-

† Lemma Vet. Par. DE EFFECTU. Et puero patet legendum DE AFFECTU, περὶ ἐλέου.

1. *Unum ex eis obmurmurantem*] Suspicor vestigium veræ lectionis: *uno ex eis obmurmurante, ac dicente*, &c.

2. *Cursuque ipse pedestri*] In antiquis membranis nostris, *curruque*. Quis non miretur ἀνοιλογίαν. Omnino *cursuque* reponendum: id est curriculò δρομαίως. Hesychius: Ἐπιδρομάδιον· πορέρχως, (lego aut πεζοπορέρχως, aut μὴ πορέρχως) καὶ ὁπωδόν. Helladius: Ἐκάλουν (de servis loquitur) τὸ ἀπὸ τρόπου, Παρδόνωνα, καὶ Πιστὸν, τὸ Δρόμωνα. Est autem *cursu pedestri* nimis rotundum & absolutum. Sequitur: *contendens pervenit*, pro quo scripti, *contendit, pervenit*, quod esse non potest, nisi alterutrum ejicias.

3. *In regiâ sellâ resedisse*] Scripti, *resedere*. Regia sella Persarum, est χρυσὸς θρόνος βασιλέως. Curtius eadem narratione: *Illis enim* (Persis)

IV. D. Augustus Vespasianus, cum quendam adolescentem honestè natum militiæ inhabilem, angustiarum rei familiaris causâ 1 deductum ad longiorem ordinem rescisset, censu constituto, honestâ missione exauctoravit.

sis) *in sella regis consedisse capitale foret; tibi saluti fuit.*

1. *Deductum ad longiorem*] Quidam libri, *eductum*, vel *edoctum*; & deinde, *rejecisset*, aut *repsisset*. pro *rescisset*.

CAPUT VII.

De variis consiliis.

EXEMPLUM I.

CÆSAR dicebat, idem esse sibi consilium adversus hostem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, 1 fame potius quàm ferro superandi.

II. Domitius Corbulo 2 dolabrâ, id est, operibus hostem vincendum esse dicebat.

III. L. Paullus Imperatorem senem moribus dicebat esse oportere, significans moderatiora sequenda consilia.

IV. Scipio Africanus fertur dixisse, cum eum parum quidam pugnacem dicerent, Imperatorem me mater, non bellatorem peperit.

V. C. Marius Teutono provocanti eum & postulanti ut prodiret, respondit, Si cupidus mortis esset, laqueo eum vitam posse finire: 3 cumque demonstraret ei gladiatorem 1 con-

1. *Fame potius quàm ferro superandi*] Vegetius: *Fames intrinsecus pugnat, & vincit sæpius quàm ferrum.*

2. *Dolabrâ, id est operibus*] Meminit Lipsius lib. V. cap. 13. Polit. Juvenalis lib. III. *Si lentus pigra muniret castra dolabra.* Erat instrumentum forma ad instar securis, sed unicâ & simplici acie, parte alterâ in mucronem acuminata, quæ serviebat maximè muris diruendis, ut securis vallo & lignis cædendis. Eo sensu Corbulo dicebat, *Hostem dolabra vincendum esse*, id est, opere & munitionibus.

3. *Cumque demonstraret*] Nihil ambigo legendum, *cum dein monstraret*, &c.

1. *Con-*

1 contemptæ ſtaturæ 2 & propè exactæ ætatis, dixitque, Si eum ſuperaſſet, 3 cum victore congreſſurum.

VI. Q. Sertorius, quod experimento didicerat, imparem ſe univerſo Romanorum exercitui, ut barbaros quoque inconſultè pugnam depoſcentes doceret, adductis in conſpectum duobus equis eorum prævalido alteri, alteri admodum exili, duos admovit juvenes ſimiliter affectos, robuſtum & gracilem: robuſtiori imperavit, equi exilis univerſam caudam abrumpere: gracili autem, valentioris per ſingulos pilos vellere: cumque gracili ſucceſſiſſet quod imperatum erat, validiſſimus cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaretur, Jam, inquit Sertorius, 4 naturam Romanarum cohortium per hoc vobis exemplum oſtendi milites: inſuperabiles ſunt univerſas aggredienti; eos lacerabit & carpet qui per partes attentaverit.

VII. Valerius Levinus Cos. cum intra caſtra ſua exploratorem hoſtium deprehendiſſet, magnamque copiarum ſuarum fiduciam haberet, circumduci eum juſſit; terrendique hoſtis cauſsâ, exercitus ſuos viſendos ſpeculatoribus eorum, quoties voluiſſent, patere.

VIII. Cælius Primipilaris, qui in Germaniâ 5 poſt Varianam

1. *Contemptæ ſtaturæ*] Id eſt, exilis & brevis ſtaturæ. Nam *ſtatura* eſt proceritas commoda, & militaris. Gloſſæ: *Statura*, ἀνάστημα, μέγεθος σώματος, μῆκος ἡλικίας. Hoc notione dignum. Infra: *qui velociſſimi videbantur, & mediocri ſtaturæ erant*: id eſt, militaris; ex. 29. Obiter monebimus in Macrobio legendum libro III. Saturnal. cap. 3. joco Ciceronis: *Idem, cum Lentulum ſuum exiguæ ſtaturæ hominem longo gladio accinctum vidiſſet*: Vulgo malè lectum: *exiguæ naturæ*. Aliter ſenſus & ſequela jubent; ſubjicit enim Cicero: *Quis generum meum ad gladium alligavit*. Nam contemptæ vel exiguæ ſtaturæ puſiones gladiis alligantur, mediocris iis armantur.

2. *Et prope exactæ ætatis*] Decrepitæ. Suetonius de illuſtribus Grammaticis: *Verrius Flaccus deceſſit ætatis exactæ ſub Tiberio.*

3. *Cum victore congreſſurum*] P. *Victoria*: ſatis importunè.

4. *Naturam Romanarum cohortium*] *Romanarum virium*. P. nos hoc exemplum ſupra tractavimus.

5. *Poſt Varianam cladem*] Nihil notius *clade Variana* apud omnes

rianam cladem obsessis nostris pro duce fuit, veritus, ne barbari ligna, quæ congesta erant, vallo admoverent, & castra ejus incenderent, simulatâ lignorum inopiâ, missis undique, qui ea furarentut, effecit, ut Germani universos truncos amolirentur.

IX. Cn. Scipio, bello navali, amphoras pice & tedâ plenas in hostium classem jaculatus est, quarum jactus & pondere foret noxius, 1 &, diffundendo quæ continuerant, alimentum præstaret incendio.

X. Hannibal Regi Antiocho monstravit, ut in hostium classem 2 vascula jacularetur viperis plena, quarum metu perterriti milites à dimicatione & nauticis ministeriis impedirentur.

XI. Idem fecit jam cedente classe sua Prusias.

XII. M. Porcius impetu classem hostium cum transiliisset, deturbatis ex eâ Pœnis, eorumque armis & insignibus inter suos distributis, multas naves hostium, quos sociali habitu fefellerat, mersit.

XIII. Athenienses, cum subinde à Lacedæmoniis infestarentur, diebus festis, quos sacros Minervæ extra urbem celebrabant, 3 omnem quidem colentium imitationem expresserunt, armis tantùm veste celatis: peracto ritu suo, non statim Athenas reversi, sed protenus inde raptim acto Lacedæmonem versus agmine, eo tempore quo minime timebantur, agrum hostium, quibus subinde prædæ fuerant, ultro depopulati sunt.

XIV. Cas-

mnes penè historicos. Quare damno vulgatam lectionem depravatam, *post Valerianam cladem*: quomodo P. exhibuit.

1. *Et, diffundendo quæ continuerant, alimentum præstaret incendio*] Illud & Stevvechianum est: vulgo *ut*, mox idem *præstet*, vulgati *præstarent*: scribe cum Scriverio, *præstaret*.

2. *Vascula jacularetur*] MSS. *jacularentur*. Vide quæ notabamus ad Nepotis Hannibalem. Deinde, *quâ reperterriti*, pro *quarum metu*, in iisdem exaratis.

3. *Omnem quidem colentium*] In uno manuscripto, *omnium*; in aliis Scriverianis, *hominum*.

1. *Non*

XIV. Cassius onerarias naves, [1] non magni ad alia usus, accensas opportuno vento in classem hostium misit, & incendio eam consumpsit.

XV. M. Livius, fuso Hasdrubale, hortantibus eum quibusdam, ut hostem ad internecionem persequeretur, respondit: Aliqui & supersint, qui de victoriâ nostrâ hostibus nuntient.

XVI. Scipio Aphricanus dicere solitus est, hosti non solum dandam esse [2] viam fugiendi, sed etiam muniendam.

XVII. [3] Pericles Atheniensis affirmavit incolumes futuros hostes, si deponerent ferrum: [4] ejusque obsecutos conditionibus, universos, qui in sagulis ferreas fibulas habuissent, interfici iussit.

XVIII. Hasdrubal [5] subigendorum Numidarum caussâ ingressus fines eorum, resistere parentibus affirmavit ad capiendos se venisse elephantos; quibus ferax est Numidia: ut hoc permitterent, [6] poscentibus securitatem promisit, & ex eâ persuasione avocatos adortus sub leges redegit.

XIX. Alcetas Lacedæmonius, ut Thebanorum commeatum facilius ex inopinato aggrederetur, in occulto paratis navibus, tanquam unam omnino haberet triremem, vici-

1. *Non magni ad alia usus*] Hoc fero præ lectione P. *non magni ad alios usus*.

2. *Viam fugiendi, sed etiam muniendam*] Ita meliores. Parisinus: *Viam ad fugiendum, sed etiam muniendum*; quod non assequor. Alibi supra notavimus. Est autem dictum ex veteri formulâ: DATE VIAM CONSULI. Plautus Curculione, Actu II. Sc. 3. *Date viam mihi noti atque ignoti*. Plutarchus in Gracchis: Δότε τόπον ἀγνοῖς καὶ γνωρίμοις πολίταις.

3. *Pericles*] MSS. *Paches*. At verum hujus Atheniensis nomen *Pericles*.

4. *Ejusque obsecutos conditionibus*] Alii libri, *obsecutis*: quibus obsequi non placet.

5. *Subigendorum Numidarum*] Di boni! quàm curiosa lectio est quorundam interpolatorum & literionum; *subigens dolum Numidarum*: Sed quonam tum hospitio sequens istud *caussa* excipietur? Non video. Adeò facile fuit ex vocibus aliquid immutasse; at connexionem earum appropriasse, difficile.

6. *Poscentibus securitatem promisit*] Malè faciunt auctori, qui mediam vocem delendam censent.

Statim

vicibus in eâ remigem exercebat: quodam deinde tempore omnes naves in Thebanos transnavigantes immisit, & commeatibus eorum potitus est.

XX. Ptolemæus adversus Perdiccam exercitu prævalentem ipse invalidus, omne pecudum genus, religatis ad tergum quæ traherent carpentis, agendum per paucos curavit equites: ipse prægressus cum copiis, quas habebat, effecit, ut [1] pulvis, quem pecora excitaverant, speciem magni sequentis exercitus moveret, cujus exspectatione territum vicit hostem.

XXI. [2] Myronides Atheniensis adversus Thebanos equitatu prævalentes pugnaturus, in campis suos edocuit, manentibus esse spem aliquam salutis, cedentibus autem perniciosissimum: quâ ratione confirmatis militibus, victoriam consecutus est.

XXII. L. Pinarius in Siciliâ præsidio Ennæ præpositus claves portarum, quas penes se habebat, reposcentibus Magistratibus Ennensium, quod suspectos eos, tanquam transitionem ad Pœnum pararent, habebat, petit unius noctis ad deliberationem spacium; indicataque militibus fraude Græcorum, cum præcepisset, ut parati posterâ die signum expectarent, primâ luce assistentibus militibus redditurum se claves dixit, si idem [3] omnes Ennenses censuissent: ob eam causam universâ multitudine convocatâ in theatrum, & idem flagitante, manifestâ deficiendi voluntate, signo militibus dato universos Ennenses cecidit.

XXIII. Iphicrates dux Atheniensium, classem suam hostili

Statim *avocatos* omninò rectum est: vulgò *advocatos*.

1. *Pulvis, quem pecora excitaverant*] Non puto à Frontino scriptum esse *quam*, sed à descriptore rescriptum, quod in nostris membranis reperi: *pulvis, quam pecora excitaverant*. At video antiquis eodem genere *τὸ pulvis* usurpatum. Ennius: *Iamque fere pulvis ad cœlum vasta videtur*. Vide Charisium I.

2. *Myronides*] Ita omnino lege. Vulgo perperam *Myrodines*.

3. *Omnes Ennenses censuissent*] Scripti Scriveriani, *consuluissent*.

1. *Tibe-*

ſtili habitu inſtruxit, & ad eos, quos ſuſpectos habebat invectus, cum effuſo ſtudio exciperetur, deprehensâ eorum perfidiâ, oppidum diripuit.

XXIV. [1] Tiberius Gracchus, cum edixiſſet futurum, [2] ut ex volonum numero fortibus libertatem daret, ignavos [3] crucibus affigeret, & quatuor millia ex his, qui ſegnius pugnaverant, metu pœnæ in quendam munitum collem coiſſent, miſit qui eis dicerent, totum ſibi exercitum volonum viciſſe videri, [4] quod hoſtes fugiſſent: & ſic eos, & ſuâ fide, & ipſorum metu exolutos recepit.

XXV. Hannibal poſt prœlium, quo ingentem cladem ad Thraſymenum Romani acceperunt, cum ſex millia hoſtium, interpoſitâ pactione, in poteſtatem ſuam redegiſſet, ſocios Latini nominis, benigne in civitates ſuas dimiſit, dictitans ſe Italiæ liberandæ cauſsâ bellum gerere; eorumque operâ aliquot populos in deditionem accepit.

XXVI. Mago cum Locri obſiderentur à Criſpino, claſſis noſtræ præfecto, diffudit ad Romana caſtra rumorem, Hannibalem cæſo Marcello ad liberandos obſidione Locros venire; clam deinde equites emiſſos juſſit à montibus, qui in conſpectu erant, ſe oſtendere: quo facto effecit,

1. *Tiberius Gracchus*] Libri viliores ineptè *Tigratus*. Error ex ignorantia veteris ſcripturæ. TI. GRACHUS.

2. *Vt ex volonum numero*] Perperam exaratum invenio *bolonum*, in noſtro chirographo: niſi ex priſcâ ſcribendi formâ ſit *bolonum* pro *volonum*, ut *bolona* pro *volona*, *b* pro *v*, ut aliàs degenerante. Placet tamen receptum *volonum*; ut ſtatim in eodem libro: *totum ſibi exercitum volonum viciſſe videri*: ubi melius *feciſſe* repoſueris. Græci θελητάς appellabant, *volones* Latini, vix puto *bolones*. Nam *volones* à volo, ut *colones* à colo Salluſtio, pro clientibus qui magnates colunt: Et *accendones* Tertulliano, λυδιοτρόφοι ſeu laniſtæ, qui pugnæ ardorem incendunt inter μονομάχους, id eſt gladiatores. Qui Livium legerit, de optimâ *volonum* ſcriprurâ non dubitabit.

3. *Crucibus affigeret*] Quidam *afficeret*. At tum legendum, *cruciatibus afficeret*: quod membranæ Scriverio exhibuerunt.

4. *Quod hoſtes fugiſſent*] Habeant ſibi literam Græcam, quam tertiam Latinam ex ultima voce protruſerunt aliqui correctorum. Nobis

cit, ut Criſpinus Hannibalem adeſſe ratus conſcenderet naves, ac fugeret.

XXVII. Scipio Æmilianus, ad Numantiam, omnibus non cohortibus tantùm, ſed centuriis ſagitarios & funditores interpoſuit.

XXVIII. Pelopidas Thebanus, cum à Theſſalis in fugam verſus, flumen 1 in quo tumultuarium fecerat pontem 2 liberaſſet, ne ſequentibus hoſtibus idem tranſitus maneret, noviſſimo agmini præcepit, incenderent pontem.

XXIX. Romani, cum Campanis equitibus nullo modo

Nobis nihil videbitur mutandum.

1. *In quo tumultuarium fecerat pontem*] Nihil ineptius iſtâ lectione, quam ad oram noſtri P. adſcripſit quisquis fuit imperitorum: *in quo tumultu varium fecerat pontem*, quæ ab omnibus Frontini libris abfuit. *Opera tumultuaria* vocantur σχεδιάσματα, & opponuntur legitimis, quæ ſecundum diſciplinam militarem fiunt. Ita apud Livium; *tumultuariæ manus*, *ſubitariæ legiones*, *ſubitarii milites*, *duxque tumultuarius legitur*; qui ex occaſione urgente non ordine militari comparantur. Vegetio *foſſa legitima* opponitur *tumultuariæ*, καὶ τῇ σχεδίῳ. Et Græcis σχεδία navis eſt, quæ ſubito & tumultuariè fit, ἡ δὶ ὀλίγου συμπαγεῖσα. Suidas: σχεδία, ἢ ἐκ τῶν παρατυχόντων, ἢ εἰκαίως πεποιημένη ναῦς. Theophylactus Simocatt. lib. VIII. τὰς λεγομένας σχεδίας συῤῥάψαντες, ὁμοθυμαδὸν τὸν ποταμὸν διενήξαντο. Vide Ulpianum l. 1. §. 6. ff. de exercit. action. Sic *tumultuaria caſtella* idem Vegetius dixit, & *tumultuarii milites* occurrunt apud Livium & Hirtium.

2. *Liberaſſet*] Optimam expoſitionem hujus loci à doctiſſimo Scriverio conceptam non pigrabor adſcribere. Ita autem ille Lib. I. cap. 5. exemplo 3. ad hæc verba: *Vnam ſpem ſalutis haberet ſi flumen liberaſſet*, dixi Stevvechium legere, *ſi flumen ſuperaſſet*, correctione non admodum neceſſaria. Similiter & abſtinendæ ab hoc loco manus criticæ: nec legendum cum Stevvechio *ſuperaſſet*. Volo, inquam, ſarta tectaque maneat vulgata lectio. Quid ſit *flumen liberare* duobus his locis fatetur ſe neſcire Stevvechius: quare emendabat, *flumen ſuperaſſet*. Probem, ſi non membranarum optimas, ſaltem ullos adſtipulatores haberet libros ſcriptos; ſed nullos habet. Sanè non meos tres, non Palatinos: in quibus omnibus diſertim exaratum eſt, *liberaſſet*. Nec aliter legitur exemplo 13. cap. 4. lib. I. ubi *Philippus nullo prohibente anguſtias freti liberavit*. Qui locus fefellit Stevvechium, aliàs debuiſſet & ille ſubire ferreum examen: dixiſſet legendum, *anguſtias freti ſuperavit*. Malo exemplo, & ad inſtar imperi-

do pares essent, 1 Q. Nævius Centurio in exercitu, Fulvii Flacci, Procos. excogitavit, ut delectos ex toto exercitu, qui velocissimi videbantur, & mediocris staturæ erant 2 parmulis non amplis, & galericulis gladiisque, ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare, eosque adjunctos equitibus 3 juberet usque ad mœnia provehi: deinde ibi positis nostris equitibus incipere inter hostium equitatum prœliari; quo facto vehementer & ipsi Campani afflicti sunt, & maximè equi eorum; quibus turbatis prona nostris victoria fuit.

XXX. P. Scipio in Lydiâ, cum die ac nocte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret; nec homines tantùm aut equos deficere, verùm arcus quoque madentibus nervis inhabiles factos, exhortatus est fratrem, ut postero, quamvis religioso die, committeretur prœlium: quam sententiam secuta victoria est.

XXXI. Catonem vastantem Hispaniam, legati Ilergetum, qui sociorum populus erat, adierunt oraveruntque auxilia: ille ne aut abnegato adjutorio socios alienaret, aut diducto exercitu vires minueret, tertiam partem militum cibaria parare, & naves ascendere jussit, dato præcepto, 4 ut causati ventos,

peritorum librariorum sciolorumque, qui quod in veterum libris non statim percepere, flagitiosè corruperunt: quod illi emendare vocabant. Sic Hyginus in Mythologicis etiam *liberare flumen*, pro transire dixit, cap. ducentesimo quinquagesimo septimo: *Qui cum duceretur, vix tandem Mœrus liberato flumine, consequitur carnificem.*

1. *Q. Nævius Centurio*] In aliis: *Q. Nonius.* Deinde in sequentibus τὸ *ut* delet Stevvechius.

2. *Parmulis non amplis & galericulis, gladiisque*] Quidam libri: *Spathulis* (vel *spatulis*) *non amplis, & galeolis, gladiisque*: ingenti errore. Rursus alii *parvulis* pro *parmulis.* Sed *parmulis* omnino recta scriptura est. V. Glossarium: *Parmula*; ἀσπὶς ἱππική. Index vocum militarium, qui ferè Lexicis adjunctus: πελτάριον, *parmula*; & πελτασὴς, *parmularius.*

3. *Iuberet usque ad mœnia*] Stevvechius *jubere.* Statim *dein positis*, in libris Scriverianis.

4. *Vt causati ventos*] Τῆς ἀνέμου προφασιζόμενοι. Quare damno lectionem nihili, vet. P. *ut cauti ventos. Caussari* enim est tueri ac defen-

ventos, retro redirent: præcedens interim adventantis auxilii rumor, ut Ilergetum excitavit animos, ita hostium consilia discussit.

XXXII. C. Cæsar, cum in partibus Pompejanis magna equitum Romanorum esset manus, 1 eaque armorum scientia milites conficeret, 2 ora oculosque eorum gladiis peti iussit, 3 & sic adversam faciem cædere coëgit.

XXXIII. 4 Vaccei, cum à Sempronio Graccho collatis signis urgerentur, universas copias cinxere plaustris, quæ impleverant fortissimis viris, muliebri veste tectis. Sempronium quoque, tanquam adversus fœminas, audentius ad obsidendos hostes consurgentem, hi qui in plaustris erant aggressi, fugaverunt.

XXXIV. 5 Eumenes Cardianus ex successoribus Alexandri, in castello quodam clausus, 6 quo exercere equos non poterat, certis quotidie horis ita suspendebat, ut posterioribus pedibus innixi, prioribus allevatis, cum naturalem

defendere se caussis prætexendis.

1. *Eaque armorum scientia milites conficeret*] Locus est à Rutgersio ex parte emendatus, quem non intelligere se confitetur Barthius. Interim rescribendum conjectavit, *eaque formarum scientia milites afficeret*. Rubenius: *suique armorum scientia militis confideret*. Quod sequatur qui volet, nobis vulgata satisfacit.

2. *Ora oculosque eorum gladiis peti jussit*] Qui de glossemate suspiciunt, & hæc verba non à Frontino profecta censent, graviter hallucinantur. Deinde notandum venit τὸ *peti*, quod gladiatorium est. Vegetius libro I. *nunc quasi caput & faciem peteret, nunc lateribus minaretur*, quæ verba videntur aliquomodo nostris convenire. Servius: *Petitiones propriè dicimus impetus gladiatorum.*

3. *Et sic adversam faciem cædere*] Stevvechius: *aversa facie cedere*; quod non se probat mihi. Quidam *adversam aciem*, unde *aversa acie*, Scriverius. Nihil mutandum; nam vulgatum confirmat Lucani versus lib. 7. *Adversosq; jubet ferro contundere vultus.* Vide etiam Plutarchum in Cæsare, & Appianum.

4. *Vaccei*] Nonnulli codices, *Locri*. Et ita P.

5. *Eumenes Cardianus*] Sic omnino restituendum. Vulgo perperam, *Sardianus* vel *Sardinianus*. Auctor scholiorum in Aristophanis Aves: Καρδία πόλις Θρᾴκης, ἧς οἱ πολῖται Καρδιανοί.

6. *Quo exercere equos*] *Quum*, scripti libri.

1. *Ad*

lem assistendi appetunt consuetudinem, 1 ad sudorem undique crura iactarent.

XXXV. M. Cato, pollicentibus barbaris duces itinerum, & insuper præsidium, si magna summa eis promitteretur, non dubitavit polliceri: quia aut victoribus ex spoliis hostilibus poterat dare 2 aut interfectis exsolvebatur promissio.

XXXVI. 3 Q. Maximus transfugere ad hostes volentem Statilium, 4 nobilem claræ operæ equitem, vocari ad se jussit: eique excusavit, quod, invidiâ commilitonum, virtutes illius ad id tempus ignorasset: tum donato ei equo, pecuniam insuper largitus, obtinuit, ut quem ex conscientia trepidum accersierat, lætum dimitteret, & ex dubio in reliquum non minus fidentem; quàm fortem haberet equitem.

XXXVII. Philippus, cum audisset Pythiam quendam 5 bonum pugnatorem, alienatum sibi, quòd tres filias inops vix aleret, nec à rege adjuvaretur, monentibus quibusdam uti

1. *Ad sudorem undique crura jactarent*] Non adlubescit aliorum codicum lectio; *ad sudorem vimque crura jactarent.*

2. *Aut interfectis exsolvebatur*] Scribe ex optimis membranis: *aut victis exsolvebatur promissio*, optimâ oppositione. Et ita legit P. qui medius fuit inter bonũ & iniquum.

3. *Q. Maximus*] *Maximius*, absurdè legitur in aliis editionibus.

4. *Nobilem claræ operæ equitem*] Pro *clarâ operâ*. Est δεξιώτερον. Vellejus Pat. I. *Lycurgus disciplinæ convenientissimæ Vir.*

5. *Bonum pugnatorem, alienatum sibi*] P. *alienato. Bonus* pugnator est *fortis*. Lucilius in Satyris: *Calvus Palantinu' quidam Vir nobilis bonu' bello.* Lego: *Vir non bonu' bello*; non fortis, sed imbellis. Idem Lucilius, cujus reliquias laudamus, ut è naufragio tabellas:

Cum Pacidiano componitur optimu' multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Juvenalis: *Esto bonus miles, tutor bonus.* —— *Bonus* ergo fortis, & contra *fortis*, bonus. Festus: *Fortis, bonus & frugi, sive validus.* Sed *forctis* restituit Vir Illustris ex. XII. Tabulis: SANATIBUS. IDEM. QUOD. FORCTIBUS. IDUS. ESTO. id est, bonis, & qui non defecerant à Pop. Romano. Ita *melior* apud Horatium: *Tydides melior patre*: & *optimus* apud Sallustium Jugurthino: *Optimus quisque cadere aut sauciari.* Græci eodem modo suum ἀγαθὸς & κρείσσων usurpant.

uti eum caveret: Quid, si inquit, partem ægram corporis haberem, abscinderem potius, quàm curarem? deinde familiariter secretò elicitum Pythiam, acceptâ difficultate necessitatum domesticarum, pecuniâ instruxit: ac meliorem fidelioremque habuit, quàm habuerat, antequam offenderet.

XXXVIII. T. Quintius Crispinus, post infaustam adversus Pœnos dimicationem, quâ collegam Marcellum amiserat, cum comperisset potitum annulo interfecti Hannibalem, litteras circa municipia 1 totius Italiæ demisit, ne crederent epistolis, si quæ Marcelli annulo obsignatæ perferrentur: monitione consecutus est, ut Salapia, & aliæ urbes fruſtra Hannibalis dolis tentarentur.

XXXIX. Post Cannensem cladem, perculsis ita Romanorum animis, ut pars magna reliquiarum nobilissimis auctoribus deserendæ Italiæ iniret consilium, P. Scipio 2 adolescens admodum, impetu facto, in eo ipso in quo talia agitabantur, cœtu pronuntiavit, manu se suâ interfecturum, nisi qui jurasset, non esse sibi mentem destituendæ Reipublicæ: cumque ipse se primus religione tali obligasset, stricto gladio mortem uni ex proximis minatus, 3 nisi acciperet sacramentum, illum metu, ceteros etiam exemplo coëgit ad jurandum.

XL. Volscorum castra cum prope à virgultis silvâque posita essent, Camillus ea omnia, quæ conceptum ignem, usque

1. *Totius Italiæ demisit*] *Misit*, in Scriverianis.

2. *Adolescens admodum*] Quidam concisim, *adolescens ad modum*. Malè. Tacit. lib. IV. Annal. de L. Antonino: *Hunc admodum adolescentulum sororis nepotem seposuit Augustus in civitatem Massiliensium*. Curtius *admodum juvenem* dixit VII. Justinus *admodum puerum*, & *parvulum*.

3. *Nisi acciperet sacramentum*] Sacramentum pro juramento. Appositè Vet. Glossarium, *Sacramentum*; ὅρκος στρατιωτικός. Item *Sacramentum*: ὅρκος. Onomasticum Græco-latinum. στρατεία, *militia*, *sacramentum*. Ita colligo ex sequentibus: *illum metu, ceteros etiam exemplo coëgit ad jurandum*: nam jurantes sese obligabant, idque cum quadam religione. Frontinus:

usque in vallum perferre poterant, incendit, & sic adversarios exuit castris.

XLI. P. Crassus bello sociali, eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est.

XLII. Q. Metellus in Hispaniâ castra moturus, cum in agmine milites continerent se intra castra, Hermocrates detentos eos, postero die habilioribus jam suis tradidit, bellumque confecit.

XLIII. Miltiades, cum ingentem Persarum multitudinem [1] apud Marathonem fudisset, Athenienses circa gratulationem morantes, compulit, ut festinarent ad opem urbi ferendam, quam classis Persarum petebat: cumque præcurrisset, implessetque mœnia armatis, Persæ rati ingentem esse numerum Atheniensium, & alio milite apud Marathonem pugnatum, alium pro muris suis opponi, circumactis exemplo navibus Asiam repetierunt.

XLIV. Pisistratus Atheniensis, cum excepisset Megarensium classem, quâ illi ad Eleusin noctu applicuerant, [2] ut operatas Cereris sacro fœminas Atheniensium raperent, magnâque editâ cæde eorum ultus esset suos, eadem quæ ceperat navigia Atheniensi milite complevit, quibusdam

tinus: *Cumque ipse se primus religione tali obligasset*, ubi malim, *religioni*. Religio enim est jusjurandum: ut apud Ciceronem pro Fontejo, *religio jurisjurandi*.

1. *Apud Marathonem*] Scriveriani MSS. *Marathona:* & sic proximè infra. Nepos Miltiade: *ac suas copias in campum Marathona deduxerunt*. Sic *Babylona, Lacedemona* dicebant, & alia.

2. *Vt operatas Cereris sacro fœminas*] Operari sacro Cereris est μυεῖαζ, Tertulliano *instituere:* unde μύστη, & μεγάλα μυστήρια, *Cereris sacra Eleusinia* in eadem narratione apud Justinum. Qui Cereri operabantur, in castro Cereris esse dicebantur. Festus: *minuitur populo luctus, cum in castro Cereris constitit*. In castro Cereris esse, est τὸ ἀγνοδόχον Δήμητρι. Et nota, quod ait Frontinus, *noctu applicuerunt:* nam ἐλευσίνια semper nocte celebrabantur, quæ sequebantur τῷ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος; statim post occasum solis, plenilunio. Alia erant Θεσμοφόρια, τὰ μυστήρια τῆς Δήμητρος, ut ait Hesychius. Quæ duo mysteria scriptores antiqui passim confundunt.

dam matronis [1] habitu captivarum in conspectu locatis: quâ facie decepti Megarenses, tanquam suis, & cum successu renavigantibus effusi obvii, inermesque, rursus oppressi sunt.

XLV. [2] Cimon dux Atheniensium, victâ classe Persarum apud insulam Cypron, milites suos captivis armis induit, & iisdem barbarorum navibus ad hostem navigavit in Pamphyliam apud flumen Eurymedonta. [3] Persæ, quia & navigia & habitum superstantium agnoscerent, nihil caverunt: subitò itaque oppressi, eodem die & navali & pedestri prœlio victi sunt.

1. *Habitu captivarum*] P. *captivorum*; mox legendum, *& cum successu renavigantibus*; ubi quidam, *successura navigantibus*. In fine, *compressi sunt* in Scriverianis.

2. *Cimon*] Ita restitutum ducis nomen ab optimo Scriverio, cum antea *Conon* legeretur.

3. *Persæ, quia*] Vulgo *persequi*, quod absurdum est ἡ ἀπροδιονύσως. Nunc reliqua persequemur, & maximè cum festinamus.

NO-

NOMINA EORUM, QUORUM STRATAGEMATA A FRONTINO RECENSENTUR.

A.

Ægyptii. Pag. 96
Æmilius Paulus. 18. 22. 84. 164
Afranius. 129
Agathocles. 62
Agesilaus. 23. 48. 51. 54. 58. 113. 154
Agrippa Furius. 116
Alcetas. 203
Alcibiades. 111. 116. 135. 143. 150. 154. 155
Alexander. 20. 25. 44. 57. 83. 97. 101. 124. 125. 140. 145. 185. 189. 199
Antigonus. 113. 139. 174
Antiochus. 136. 151
Antipater. 124
M. Antonius. 44. 79. 110. 129. 181
Appius Claudius. 177. 180
Aquirius. 181
Arabes. 100
Arabricenses. 197
Arcades. 134
Archidamus. 55
Aristides. 187
Aristippus. 136
Arminius. 119
Atridas Rex. 101
Artaxerxes. 77
Asculani. 166
Atheas Scytha. 94
Athenienses. 21. 160. 187. 202
M. Attilius. 120
Authophrades Perses. 24

B.

Barca Pœnus. 153
Boji. 42
Brasidas. 38
Brutus. 184
Byzantii. 20

C.

Q. Cæditius. 34. 195
Cælii varii. 196. 201
Calpurnius. 195
Calvinus Domitius. 134
M. Camillus Furius, 93. 119. 191. 210
Campani. 156
Carthaginienses. 17. 18. 43
Casilini. 160. 197
Cassii varii. 108. 184. 203
Catones varii. 7. 18. 118. 133. 151. 176. 180. 186. 197. 207. 209
Chabrias. 27. 63
Chares. 127. 153
Cimon. 135. 212
Civitates à Rom. ad Pœnos defecturæ. 46
Claudii varii. 13. 26. 78. 130
Cleandridas. 79
Clearchus. 141. 176
Cleomenes. 74
Cleonymus. 143
Clisthenes. 145
Comminius Attebas. 130
Corbulo Domitius. 121. 177. 179. 185. 200

Coriolanus. 45
L. Cornelius. 149
Cossus Cornelius. 119
Cotta. 177.180
Crassi varii. 15.91.93.108.197.211
Crœsus. 29.92
M. Curius. 45.71.189
C. Curio. 182
Cyrus. 58.138.147.186
Cyziceni. 198

D.

DAtames, Persa. 117
Darius. 39
Decii varii. 34.195.196
T. Didius. 46.123
Diodorus. 163
Dionysius. 47.139 140
Domitianus Imp. 12.22.86.126. 190
C. Duillius. 30.134

E.

EPaminondas. 54.57.60.61. 74.104.135.154.156.186.188
Erythræorum victores. 100
Eumenes. 208

F.

FAbii varii. 16.20.45.52.54. 58.68.95.139.148.182.199.
Fabricius. 187.191
Falisci. 93
Fidenates. 94
L. Flaccus. 170
Flamma Calpurnius. 35
Flavius Fimbria. 164
Fontejus Crassus. 33.194
Fulvii varii. 40.41.52.97.180
Furii varii. 14.34.119

G.

GAlli. 128
Gastron Spartanus. 79
Gelo. 58
Glabrio Attilius. 89
Gracchi varii. 60.95.100.141.205
Græci auxiliares Cyri. 186

H.

HAmilcar. 162
Hannibal. 39.43.45.73.78. 79.99.102.103.104.113.116. 134.138.151.152.163.188.202. 205
Hanno. 39.162
Hasdrubales varii. 19.20.37.203
Herculejus. 31
Hermocrates. 122
Himilco. 8.152
Hircius. 158.160
Hispani. 93
Horatius Cocles. 128

I.

IApiges. 104
Iberi. 74
Innides aruspex. 57
Iphicrates. 24.39.41.66.67.110. 127.155.204
Iuba Rex. 110
Iugurtha. 69.92
C. Iulius Cæsar. 10.20.31.47.49. 53.59.69.70.72.83.85.109. 112.120.144.165.192.195.200. 208

L.

LAberius. 34.195
T. Labienus. 102.118

Lacc-

Lacedæmonii. 54. 69. 74. 195
C. Lælius. 8
Leonidas. 196
Leotychidas. 54
Leptenes. 98
Levinus Valerius. 92. 201
Liburni. 110
Ligures. 39
M. Livius Salinator. 78. 184 203
L. Lucullus. 69. 72. 105. 116. 157
Q. Lutatius Catulus. 28
Lysander. 31. 71. 174
Lysimachus. 32. 139

M.

Mago Pœnus. 143. 205
Maharbal. 98
Manlii varii. 48. 52. 113. 117. 182
Marcelli varii. 92. 137. 162. 183. 193
C. Marius. 18. 56. 73. 90. 117 121. 148. 173. 185. 200.
Martius Eq. Rom. 112. 123
Massilienses. 44
Maurus interrex. 159
Melanthus. 110
Memnon Rhodius. 101. 111
Metelli varii. 15. 42. 47. 65. 77. 95. 144. 170. 175. 178. 211
Miltiades. 211
L. Minutius Ruffus. 35. 89
Mithridates. 12. 105
L. Mummius. 190
Myronides. 92. 204

N.

Nævius. 207
Q. Nicostratus. 23
Numantini. 166. 198

O.

Octavius trib. mil. 194
Otacilius Crassus. 177

P.

L. Papirius Cursor. 88. 137. 181
L. Paullus. 193. 200
Pelopidas. 28. 147. 206
Pericles. 32. 55. 62. 149. 150. 203
Permenes. 76
Petilini. 197
Phalaris. 140
Philippus Rex. 24. 26. 68. 76. 120. 129. 138. 146. 150. 173. 209
Phormion. 153
L. Pinarius. 204
Pisistratus. 211
L. Piso. 179
Cn. Pompejus. 25. 29. 49. 65. 69. 72. 79. 107. 124. 164. 192.
Pontius Cominus. 156
M. Porcius. 202
A. Postumius. 55. 66. 192
Prusias Rex. 202
Ptolemæus Rex. 204
Pyrrhus. 85. 93. 114. 142. 170

Q.

T. Quintius Crispinus Capitolin. 117. 119. 126. 133. 210

R.

Regulus Attilius. 179. 187
Rhodii. 44
Romanorum Senatus, Trib. pleb. Populus, Milites, Legati. 46. 112. 156. 159. 160. 164. 167. 177. 178

Romulus. 95
Cor. Rufinus. 143. 149
Rullus Fabius. 181
Rutilii varii. 88. 175

S.

SAlvius Pelignus. 119
T. Scaurus. 175
Scipiones varii. 15. 21. 47. 59. 65. 75. 77. 79. 104. 115. 119. 125. 142. 147. 151. 169. 173. 187. 188. 200. 202. 203. 206. 207. 210
Scordisci equites. 153
Scorylo Dacus. 51
Serobrigenses. 198
Semiramis. 145
Sempronius Tuditanus. 194
Q. Sertorius. 28. 50. 51. 57. 60. 78. 105. 116. 126. 128. 201.
Servilius Priscus. 119. 144
Servius Tullius. 118
Socii Rom. bello sociali. 93
Spartacus. 37. 38. 44
Sulpicii varii. 61. 90.
L. Sylla. 36. 49. 56. 58. 81. 115. 120. 121. 179.

T.

TAmiris Regina. 96
Tarquinienses. 93
Tarquinius Superbus. 9
120. 138
Theagenes. 174
Thebani. 136
Themistocles. 14. 21. 75. 113
Thraces. 161
Thrasybulus. 150. 161
Thymarchus. 137
Tiberius. 70
Timotheus. 62. 112
Tisamenes. 19
Titurius Sabinus. 165
A. Torquatus. 141
Triphon Syrus. 128
Tullus Hostilius. 115

V.

VAccæi. 208
P. Valerius. 124. 178
Varianæ cladis reliquiæ. 161
C. Varro. 170. 193
Vejentes. 94
Velius Præfectus. 164
Ventidius. 10. 73. 109
Verginius Cos. 68
Vespasianus. 71. 200
Viriatus. 97. 128. 152. 154

X.

XAntippus. 74. 78
Xenophon. 26. 199
Xerxes. 186

SEXTI JULII FRONTINI
STRATEGEMATUM
FINIS.

SEXTI JULII

FRONTINI

VIRI CONSULARIS

DE

AQUÆDUCTIBUS

URBIS ROMÆ

COMMENTARIUS.

SEXTI JULII FRONTINI VIRI CONSULARIS

In suum de

AQUÆDUCTIBUS URBIS ROMÆ COMMENTARIUM

PRÆFATIO.

CUM *omnis res ab Imperatore delegata intentiorem exigat curam, & me seu naturalis sollicitudo, seu fides sedula, non ad diligentiam modò, verùm ad amorem quoque commissæ rei instigent, sitque mihi nunc ab Nervâ Augusto, nescio diligentiore an amantiore Reip. Imperatore, Aquarum injunctum officium, tum ad usum, tum ad salubritatem, atque etiam ad securitatem Vrbis pertinens, administratum per principes semper Civitatis nostræ viros; primum ac potissimum existimo, sicut in cæteris negotiis institueram, nosse quod suscepi. Neque enim ullum omnis actus certius fundamentum crediderim, quàm quæ facienda quæque vitanda sint posse decernere. Nam quid viro tam indecorum & intolerabile, quàm delegatum officium ex adjutorum agere præceptis? (quod fieri necesse est quorum imperitia præcessit ejus, cui decernitur usus) quorum etsi necessariæ partes*

sunt,

sunt, tamen ad ministerium, ut manus quædam & instrumentum agentis, esse debent. Quapropter ea, quæ ad universam rem pertinentia contrahere potui, more jam per multa mihi officia servato, in ordinem & velut in corpus deducta in hunc Commentarium contuli, quem pro formula administrationis respicere possem. In aliis autem libris, quos post experimenta & usum composui, antecedentium res acta est; in hoc vero & insequentium, cujus fortasse pertinebit & ad successorem utilitas. Sed, cum inter initia administrationis meæ scriptus sit, in primis ad meam institutionem regulamque proficiet. Ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam prætermisisse videar, nomina primum Aquarum, quæ in Vrbem Romam influunt ponam: tum per quos quæque earum, & quibus Consulibus, & quoto post Vrbem conditam anno perductæ sint: deinde quibus ex locis, & à quoto miliario duci cœpissent, quantum subterraneo rivo, quantum substructione, quantum opere arcuato: postea altitudinem cujusque, modulorumque rationem, & ab illis erogationes, quantum extra Vrbem, quantum intra, quisque modus cuique regioni, pro suo modulo, unaquæque Aquarum serviat: quot castella publica privataque sint, & ex his, quantum publicis operibus, quantum muneribus, (ita enim cultiores appellant) quantum lacubus, quantum nomine Cæsaris, quantum privatorum usui beneficio Principis detur: quod jus tuendarum sit earum, quâ contumaces afficiantur pœnâ ex lege Senatusconsulti & mandatis Principum irrogatâ.

SEXTI

SEXTI JULII FRONTINI
De
AQUÆDUCTIBUS
URBIS ROMÆ.
LIBER I.

AB Urbe conditâ per annos CCCCXLI contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant. Fontium memoria cum sanctitate adhuc extat, & colitur: salubritatem enim ægris corporibus afferre creduntur, sicut C. Amaranus Apollinaris meminit. Nunc autem in Urbem influunt Aquæ Appia, Anio vetus, Martia, Tepula, Julia, Virgo, Alsietina, quæ eadem vocatur Augusta, Claudia, Anio novus. Appia, M. Valerio Maximo, [a] P. Decio Murenâ Coss. anno [b] xx. post initium Samnitici belli, inducta est ab Appio Claudio Crasso Censore, cui postea Cæco fuit cognomen, qui & viam Appiam à portâ Capenâ usque ad urbem Capuam muniendam curavit. Collegam habuit [c] C. Fabium, cui ob inquisitas ejus aquæ venas Venocis cognomen datum est. Sed is quia intra annum & sex menses deceptus à Collegâ tanquam idem facturo abdicavit se à Censurâ, nomen aquæ ad Appii tantùm honorem pertinuit, qui multis tergiversationibus

[a] Aliàs *P. Decio Mure.* [b] xxx. [c] Alii *C. Plautium.*

tionibus extraxisse Censuram traditur, donec & viam & hujus aquæ ductum consummaret. Concipitur Appia in agro Lucullano, viâ Prænestinâ, inter miliarium VI & VIII, diverticulo sinistrorsùs passuum DCCLXXX. Ductus ejus habet longitudinem à capite usque ad Salinas, qui locus ad portam Trigeminam, passuum XI milium CXC: subterraneo rivo passuum XI milium CXXX. substructione, & supra terram opere arcuato proximè ad portam Capenam, passuum LX. *a* Jungitur ei ad Anionem veterem in confinio hortorum Torquatianorum. Alsietinæ Augustæ ramum ab miliario ∴∴ in supplementum ejus addito cognomento Decem Gemellorum. Hic viâ Prænestinâ ad miliarium VI, diverticulo sinistrorsùs passuum DCCCCLXXX, proximè viam Collatiam accipit fontem, cujus ductus usque ad Gemellos efficit rivo subterraneo passuum VI milium CCCLXXX. Incipit distribui vetus Anio *b* vico Publicii, ad portam Trigeminam, qui locus Salinæ appellantur, post annos XL. quàm Appia perducta est, anno ab Urbe conditâ CCCCLXXXIX. M. Curius Dentatus, qui Censuram cum L. Papyrio Cursore gessit, Anionis, qui nunc dicitur vetus, aquam perducendam in Urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit, Spurio Carbilio, L. Papyrio *c* iterum Coss. Post biennium deinde actum est in Senatu de consummando ejus aquæ opere. Itaque post annum IX Minutius Prætor *d* edidit edictum. Tum ex Senatusconsulto Duumviri aquæ perducendæ creati, Curius & Fulvius Flaccus locaverant. Curius infra quintum diem quàm erat Duumvir creatus decessit: gloria perductæ pertinuit ad Fulvium. Concipitur Anio vetus supra Tibur XX miliario extra portam Raranam, ubi partim in Tiburtinum distribuitur usum. Ductus ejus habet longitudinem, ita exigente libramento, passuum XLII milium: ex eo rivus est subterraneus passuum XLIII. milium CCXCVII:

a Aliàs *Iungitur e. a. A. v. i. c. h. Torquatianorum Alsietinæ Augustæ ramus ab miliario ∴∴.* *b* Aliàs *vico publico Publicii alveo ad portam.* *c d* *Ita legendum.*

CCXCVII: substructio supra terram passuum DCCII. Anno XXI, post annos CXXVII, id est, anno ab Urbe conditâ DCVIII, Servio Sulpitio Galbâ, & L. Aurelio Cottâ Coss. cùm Appiæ Anionisque ductus vetustate quassati, privatorum etiam fraudibus interciperentur, datum est à Senatu negocium Marco Titio, qui tum Prætor inter cives & peregrinos jus dicèbat, eorum ductuum reficiendorum & vindicandorum. Et quoniam incrementum Urbis exigere videbatur ampliorem modum aquæ, eidem mandatum à Senatu est, ut curaret quatenus alias aquas posset, in Urbem perduceret, & ampliores ductus faceret. Reipublicæ causa III miliario operâ fabrorum duxit, cui ab auctore Martiæ nomen est. Legimus apud Fenestellam, in hæc opera Marco decretum sestertiûm [a] IV & octingenta: sed quoniam ad consummandum negocium non sufficiebat, statuit Senatus Præturam in alterum annum prorogari. Eodem tempore Decemviri, dum aliis ex causis libros Sybillinos inspiciunt, invenisse dicuntur, non esse aquam Martiam, sed Anienem (de hoc enim constantiùs traditur) in Capitolium perducendam, deque eâ re in Senatu à Lepido, pro Collegâ verba faciente, actum Appio Claudio, Q. Cæcilio Coss. eandemque post annum III à L. Lentulo retractatam, C. Lælio, Q. Servilio Coss. sed utroque tempore vicisse gratiam [b] Marci Titii; atque ita esse in Capitolium aquam perductam. Concipitur Martia viâ Valeriâ, ad miliarium XXXIII, diverticulo euntibus ab Urbe Româ dextrorsùs milium passuum III, [c] villâ Sublacensi, atque sub Nerone Principe primùm strata ad miliarium XXXVIII, sinistrorsùs intra spacium passuum CC, finita substructionibus penè statim stagnino colore præviridi. Ductus ejus habet longitudinem à capite ad Urbem passuum LX milium DCCX & semis, rivo subterraneo passuum LIV milium CCLXVII semis, opere supra terram passuum VII milium: CCCCXLIII.

[a] Aliàs IIII & octingenties: item mille & octingenties. [b] Aliàs Q. Martii Regis; [c] Viâ.

CCCCXLIII. eo longiùs ab Urbe pluribus locis, privatis & & publicis, & D vallis opere arcuato passuum CCCCLXIII: propius Urbem à VII miliario, substructione passuum CLXXXVIII: reliquo opere arcuato passuum VI milium CCCCLXX. Cn. Servilius Cæpio & L. Cassius Longinus, qui Ravilla appellatus est, Censores, anno post Urbem conditam DCXXVII, M. Plautio [a] Hipsapone, Fulvio Flacco Coss. aquam, quæ vocatur Tepula, ex agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt, Romam & in Capitolium adducendam curaverunt. Tepula concipitur viâ Latinâ ad XI miliarium, diverticulo euntibus ab Româ dextrorsùs milium passuum II, inde rivo suo in Urbem perducebatur Juliæ post mixta. Nam Agrippa Ædilis post primum Consulatum, Imperatore Cæsare Augusto, [b] M. Lelio Volcatio Coss. anno post Urbem conditam DCCXIX, ad miliarium ab Urbe XII, viâ Latinâ, euntibus ab Româ dextrorsùs milium passuum XII. alteriusque proprias vires collegit, & Tepulæ rivum intercepit, acquisitæque ab inventore nomen Juliæ est datum: ita tamen divisâ erogatione, ut maneret Tepulæ appellatio. Ductus Juliæ efficit longitudinem passuum XV milium CCCCXXVI: opere supra terram passuum VII milium: ex eo in proximis Urbis locis à VII miliario substructione passuum [c] MDXXVIII: reliquo opere arcuato passuum VI milium CCCCLXXII. Præter caput Juliæ transfluit aqua quæ vocatur Crabra. Hanc Agrippa emisit, seu quia usum improbaverat, seu quia Tusculanis possessoribus relinquendam credebat. Ea namque est, quam omnes villæ tractus ejus per vicem indies modulosque certos dispensatum accipiunt, sed non eâdem moderatione. Aquarii nostri partem maximam ejus semper in supplementum Juliæ vindicaverunt, nec ut Juliam augerent, quam hauriebant largiendo compendii sui gratia. Exclusa ergo est Crabra, & tota jussu Imperatoris reddita Tusculanis, qui nunc forsitan non sine admiratione eam sumunt, ignari

[a] cujus

[a] Alii *Hipsao*. [b] Alii *L. Volcatio*. [c] DXXVIII.

a cujus causa insolitam abundantiam habeant. Julia autem, revocatis derivationibus per quas subripiebatur, modum suum, quamvis notabili siccitate, servavit. Eodem anno Agrippa ductus Appiæ Anienis Martiæ pene delapsos restituit, & singulari cura compluribus salientibus aquis instruxit Urbem. Idem cum jam tertium *b* Consul fuisset, C. Sentio, *c* Sp. Lucretio Coss. post annum XIII. quàm Juliam deduxerat, Virginem in agro quoque Lucullano collectam Romam perduxit. Dies quo primum in Urbem responderit V *d* Iduum Junii invenitur. Virgo appellata, quòd quærentibus aquam militibus, puella virguncula quasdam venas monstravit, quas secuti qui foderant ingentem aquæ modum invenerunt. Ædicula fonti apposita hanc virginem *e* pictura ostendit. Concipitur ergo viâ Collatiâ, ad miliarium VIII, palustribus locis, signino circumjecto, continendarum scaturiginum causâ. Adjuvatus ex compluribus aliis acquisitionibus, venit per longitudinem passuum XIV milium CV: ex eo rivo subterraneo passuum XI milium DCCCLXV: supra terram per passus MCCXL: ex eo substructione rivorum locis compluribus passuum DXL: opere arcuato passuum DCC: acquisitionum ductus rivi subterranei efficiunt passuum MCCCCV. Quæ ratio moverit Augustum, providentissimum Principem, producendi Alsietinam aquam, quæ vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiæ, imò & parùm salubrem & nusquam in usus populi fluentem, nisi fortè cùm opus Naumachiæ aggrederetur, *f* ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit, & quod Naumachiæ cæperat superesse, hortis subjacentibus & privatorum usibus ad irrigandum concessit. Solet tamen ex eâ in Transtiberinâ regione quoties pontes reficiuntur, & à citeriore ripâ aquæ cessant, ex necessitate in subsidium publicorum salientium dari. Concipitur ex lacu Alsietino, viâ Claudiâ, miliario XIV,

P diver-

a Aliàs *cui causa.* *b* Alii *Censor.* *c* Alii *P. Lucretio*, Alii *Q. Lucretio.* *d* *Idus.* *e* *Pictam.* *f* Aliàs *ne quis.*

diverticulo dextrorsùs passuum VI milium D. Ductus ejus efficit longitudinem passuum XXII *a* LXXII opere arcuato: passuum CCCLVIII. Idem Augustus in supplementum Martiæ, quotiens siccitates egerent auxilio, aliam aquam ejusdem bonitatis opere subterraneo perduxit usque ad Martiæ rivum, quæ ab inventore appellatur Augusta. Nascitur ultra fontem Martiæ, cujus ductus donec Martiæ accedat efficit passus DCCC. Post hos C. Cæsar, qui Tiberio successit, cùm parum & publicis usibus & privatis voluptatibus septem ductus aquarum sufficere viderentur, altero Imperii sui anno, M. Aquilio Juliano, P. Nonio Asprenate Coss. anno Urbis conditæ DCCXC, duos ductus inchoavit: quod opus Claudius magnificentissimè consummavit, dedicavitque, *b* Sullâ & Tutiano Coss. anno post Urbem conditam DCCC, VI. Kal. August. Alteri nomen, quod ex fontibus Cærulo & Curtio perducebatur, Claudiæ datum, hæc bonitate proxima Martiæ. Altera, quoniam duæ Anienis aquæ in Urbem fluere cœperant, ut faciliùs appellationibus dignoscerentur, Anio novus vocari cœpit: & quòd illas omnes præcesserat prior Anio, cognomen ei veteris est adjectum. Claudia concipitur viâ Sublacensi, ad miliarium XXXVIII, diverticulo sinistrorsùs intra passus CCC, ex fontibus duobus amplissimis & speciosis Cæruloque (qui à similitudine appellatus est) & Curtio accipit, & eum fontem qui vocatur Albudinus, tantæ bonitatis, ut Martiæ quoque adjutorio, quoties opus est, ita sufficiat, ut adjectione sui nihil ex qualitate ejus mutet: Augustæ fons, quia Martiam sibi sufficere apparebat, in Claudiam derivatus est, manente nihilominus præsidiario in Martiam, ut ita demum Claudiam aquam adjuvaret Augusta, si eam ductus Martiæ non caperet. Claudiæ ductus habet longitudinem passuum XLVI milium: ex eo rivo subterraneo passuum XXXVI milium CCXXX, opere supra terram passuum X milium LXXXI, ex eo opere arcuato in superiori parte pluribus locis, passuum

a Aliàs CLXXII & CLXII. *b* Aliàs *Suilio & Titiano* COSS.

ſuum III milium LXXVI. & prope Urbem à VII miliario ſubſtructione rivorum per paſſus DCIX, opere arcuato paſſuum VI milium CCCCXCI. Anio novus Sublacenſi viâ, ad miliarium LXII. in ſuo rivo excipitur ex flumine, quod, cum terras cultas circum ſe habeat ſoli pinguis, & inde ripas ſolutiores, etiam ſine pluviarum injuria limoſum & turbulentum fluit: ideoque à faucibus ductus interpoſita eſt piſcina limaria, ubi inter amnem & ſpecum conſiſteret & liquaretur aqua. Sic quoque quoties imbres ſuperveniunt, turbida pervenit in Urbem. Jungitur ei rivus Herculaneus, oriens eâdem viâ, ad miliarium XLIII, è regione fontium Claudiæ trans flumen viamque, naturâ puriſſimus, ſed mixtus gratiam ſplendoris ſui amittit. Ductus Anienis novi efficit paſſuum LVIII milia DCC: ex eo rivo ſubterraneo paſſuum XLIX milia CCC, opere ſupra terram paſſus IX milia CCCC, & ex eo ſubſtructionibus aut opere arcuato ſuperiori parte pluribus locis paſſus XII milia DCCC, & propiùs Urbem à VII miliario ſubſtructione rivorum paſſus DCIX, opere arcuato paſſus VI milia CCCCXCI. Hi ſunt arcus altiſſimi ſublevati in quibuſdam locis CIX pedes. Tot Aquarum tam multis neceſſariis molibus, Pyramidas videlicet ocioſas comparem, aut cætera inertia, ſed famâ celebrata Græcorum Opera? Non alienum mihi viſum eſt longitudines quoque rivorum [a] cujuſque ductus & etiam per ſpecies operum complecti. Nam cùm maxima hujus officii pars in tutelâ eorum ſit, ſcire præpoſitum oportet, quæ majora impendia exigant. Noſtræ quidem ſolicitudini non ſuffecit ſingula oculis ſubjeciſſe: ſed formas quoque ductuum facere curavimus, ex quibus [b] apparet ubi valles, quantæque, ubi flumina trajicerentur: ubi montium lateribus ſpecus appliciti, quantoque majorem aſſiduamque perterendi ac muniendi ii exigant curam. Hinc illa contingit utilitas, ut rem ſtatim veluti in conſpectu habere poſſimus, & [c] deliberare tanquam aſſiſſentes. Aquæ omnes

a Aliàs *Aquaductus, & profectus operam.* b *Appareret.* c Aliàs *delibrare.*

diversâ in Urbem librâ proveniunt. Indè fit, ut quædam altioribus locis serviant, & quædam eniti in eminentiora non possint: nam & colles si sint, propter frequentiam incendiorum ruderibus excreverunt. Quinque enim sunt ductuum altitudines, quarum duæ in omnem partem Urbis attolluntur, sed ex reliquis aliæ majore, aliæ leviore pressurâ coguntur. Altissimus Anio est novus, proxima Claudia, tertium locum tenet Julia, quartum Tepula, dehinc Martia, quæ capite etiam Claudiæ libram æquat. Sed veteres humiliore directurâ perduxerunt sive nondum *a* subtili exploratâ arte librandi: seu quia ex industriâ infra terram aquas mergebant, ne facilè ab hostibus interciperentur, cùm frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur. Jam tamen quibusdam locis, sicubi ductus vetustate dilapsus est, omisso circuitu subterraneo vallis, tractus, brevitatis causa, substructionibus, arcuationibusque *b* trajiciuntur. Sextum tenet libræ locum Anio vetus, similiter suffecturus & altioribus locis Urbis, sicubi vallium submissarumque regionum conditio exigit substructionibus arcuationibusque veteres exigentur. Sequitur hujus libram Virgo, deinde Appia, quæ cùm ex Urbano agro perducerentur, non in tantum altitudinis erigi potuerunt. Omnibus humilior Alsietina est, quæ Transtiberinæ regioni & maximè subjacentibus locis servit. Ex his, viâ Latinâ, sex intra VII miliarium contentis piscinis excipiuntur, ubi quasi respirante rivorum cursu, limum deponunt. Modus quoque earum mensuris ibidem positis initur. Una autem Julia, Martia quoque, quæ Tepulâ interceptâ, sicut suprà demonstravimus, rivo Juliæ accesserat, nunc à piscinâ ejusdem Juliæ modum accipit, ac proprio canali & nomine venit, *d* & à piscinis in eosdem arcus recipiuntur, summus iis est Juliæ, inferior Tepulæ, deinde Martiæ, quæ ad libram collis Viminalis conjungitur intra ∴ euntes ad Viminalem usque portam deveniunt, ubi rursus

a Aliàs *ad subtile.* b *trajicitur.* *c* Aliàs *hæ res à piscinis.*

ſus emergunt. *a* Prius tamen pars Juliæ ad *b* ſpem veterem excepta, caſtellis *c* CCLII montis uſibus diffunditur. Martia autem parte ſui poſt hortos *d* Pallantianos in rivum, qui vocatur Herculaneus, dejicit ſe per Cœlium. Ductus, ipſius montis uſibus nihil ut inferior ſubminiſtrans, *e* initur ſupra portam Capenam. Anio novus cum Claudiâ à piſcinis in altiores arcus recipiuntur, ita ut ſuperior ſit Anio. Finiuntur arcus eorum poſt hortos *f* Pallantianos, inde in uſum Urbis fiſtulis deducuntur: partem tamen ſui Claudia priùs in arcus, qui vocantur Neroniani, ad *g* ſpem veterem transfert. Ii directi per Cœlium montem, juxta templum Divi Claudii, terminantur. Modum quem acceperunt, aut circa ipſum montem Cœlium, aut in Palatium, Aventinumque, & in Transtiberinam regionem dimittunt. Anio vetus, citra IV miliarium intra no ∴∴ viæ quâ à Latinâ in Lavicanam itur arcus trajicit, & ipſe piſcinam habet, inde intra II miliarium partem dat in ſpecum, qui vocatur Octavianus, & pervenit in regionem viæ novæ ad hortos Aſinianos, unde per illum tractum diſtribuitur. Rectus verò ductus, ſecundum *h* ſpem veterem veniens, intra portam Eſquilinam in altos rivos per Urbem deducitur. Nec Virgo, nec Appia, nec Alſietina conceptelas, id eſt piſcinas, habent. Arcus Virginis initium habent ſub hortis Lucullanis, finiuntur in campo Martio ſecundùm *i* frontem ſeptorum. Rivus Appiæ ſub Cœlio monte & Aventino actus, emergit, ut diximus, infra clivum *k* Publicii Alſi, & inde eductus eſt in Naumachiam, nam ejus cauſa videtur factus.

QUONIAM authores cujuſque aquæ, & ætates præterea ordines & longitudines rivorum, & ordinem libræ perſecutus ſum, non alienum mihi videtur etiam ſingula ſubjicere, & oſtendere quanta ſit copia, quæ publicis privatisque non

a Aliàs *Prior*. *b* Aliàs *ſpeciem*. *c* Aliàs CCVII. Aliàs *Cœli*. *d* Aliàs *Plancianos*. *e* Aliàs *oritur*. *f* Al. *Plancianos*. *g* Aliàs *ſpeciem*. *h* Aliàs *ſpeciem*. *i* Aliàs *fontem Scipionum*. *k* *Publicii*. *Alſietina ductus eſt in N.* vide Notas.

solùm usibus & auxiliis, verùm etiam voluptatibus sufficit, & per quot castella, quibusque regionibus deducatur, quantum extra Urbem, quantum intra Urbem, & ex eo quantum lacubus, quantum muneribus, quantum operibus publicis, quantum nomine Cæsaris, quantum privatis usibus erogetur. Sed rationis existimo, priusquam nomina quinariarum centenariarumque & cæterorum modulorum, per quos mensura constituta est, proferamus, indicare quæ sit eorum origo, quæ vires, & quid quæque appellatio significet, præpositâque regulâ, ad quam ratio eorum & initium computatur, ostendere, quâ ratione discrepantia invenerim, & quam emendandi viam sim secutus. Aquarum moduli aut ad digitorum, aut ad unciarum mensuram instituti sunt. Digiti in Campaniâ, & in plerisque Italiæ locis. Uncia *a* in pupula: ita hæc observantur. Est autem digitus, ut convenit, sextadecima pars pedis, uncia duodecima. Quemadmodum autem inter unciam & digitum diversitas, ita & ipsius digiti simplex observatio non est: nam alius vocatur quadratus, alius rotundus. Quadratus, tribus quartisdecimis suis rotundo major. Rotundus, tribus undecimis suis quadrato minor est, scilicet quia anguli deteruntur. Postea modulus, nec ab unciâ, nec ab alterutro digitorum originem accipiens, inductus, ut quidam putant, ab Agrippâ, ut alii, à plumbariis per Vitruvium architectum, in usum Urbis, exclusis prioribus, venit, appellatus quinario nomine. Qui autem Agrippam authorem faciunt, dicunt quòd quinque antiqui moduli exiles & veluti puncta, quibus olim aqua, cùm exigua esset, dividebatur, in unam fistulam coacti sunt. Qui Vitruvium & plumbarios, ab eo quòd plumbea lamina plana, quinque digitorum latitudinem habens, circumacta in rotundum, hunc fistulæ modulum efficiat. Sed hoc incertum est, quoniam cùm circumagitur, sicut interiore parte attrahitur, ita per illam, quæ foràs spectat, extenditur. Maximè probabile est,

a Aliàs *in pupulatita hæc obs.*

est, quinariam dictam à diametro quinque quadrantum, quæ ratio in sequentibus quoque modulis, usque ad vicenariam durat, diametro per singulos adjectione singulorum quadrantum crescente, ut in senariâ, quæ sex scilicet quadrantes in diametro habet, & septenariâ, quæ septem, & deinceps simili incremento usque ad vicenariam. Omnis autem modulus colligitur aut à diametro, aut perimetro, aut ex recto mensuræ, ex quibus & capacitas apparet. Differentiam unciæ, digiti quadrati, & digiti rotundi, & ipsius quinariæ, ut & faciliùs dignoscamus, utendum est, [a] substantiæ quinariæ, qui modus & certissimus, & maximè receptus est. Unciæ ergo modulus habet diametri digitum unum & trientem digiti, capit plus quàm quinariæ octava, hoc est sescuncia quinariæ & scrupulis tribus & besse scrupuli. Digitus quadratus, in rotundum redactus, habet diametri digitum unum & digiti sescunciam sextulam, capit quinariæ dextantem. Digitus rotundus habet diametri digitum unum, capit quinariæ septuncem semunciam sextulam. Cæterùm moduli, qui à quinariâ oriuntur, duobus generibus incrementum accipiunt, & unà cum ipsâ multiplicatur, id est, eodem [b] lumine plures quinariæ includuntur. In quibus, secundum adjectionem quinariarum, amplitudo [c] luminis crescit. Est autem ferè nunc in usu, cùm plures quinariæ impetratæ fuerint, ne [d] in viis sæpiùs convulneretur una fistula, ut excipiantur in castellum, ex quo singuli suum modum recipiunt. Alterum genus est, quoties non ad quinariam necessitatem fistula incrementum capit, sed ad diametri sui mensuram, secundùm quod & nomen accipit, & capacitatem ampliat, ut puta quinariam. Cùm adjectus est ei ad diametrum quadrans, senarium facit; nec jam in solidum capacitatem ampliat: capit enim quinariam unam quincuncem sicilicum, & deinceps eâdem ratione quadrantibus diametro adjectis, ut supra dictum est,

 crescunt

[a] Aliàs *sub specie, &, in specie.* [b] Aliàs *limine.* [c] Aliàs *liminis.* [d] Aliàs *in quaternis septenariis c. u. fistula excipiuntur.*

crescunt septenaria, octonaria usque ad vicenariam. Subsequitur illa ratio, quæ constat ex numero digitorum quadratorum, qui areâ, id est lumine cujusque moduli continetur, à quibus & nomen fistulæ accipiunt: nam quæ habet areæ, id est luminis, in rotundum coacti digitos quadratos viginti quinque, vicenumquinum appellatur. Similiter tricenaria, & deinceps per incrementum digitorum, usque ad centenum vicenum. In vicenariâ fistulâ, quæ in confinio utriusque rationis posita est, utrique rationi penè congruit. Nam habet secundùm eam computationem, quæ interjacentibus modulis servanda est, in diametro quadrantes viginti: cùm diametri ejusdem digiti quinque sint, &, secundùm eorum modulorum rationem qui sequuntur ad eam, habet digitorum quadratorum ex gnomoniis viginti. Ratio fistularum quinariarum, usque ad centenumvicenum, per omnes modulos ita se habet, ut ostendimus, & in omni genere inita constat sibi: convenit & cum his modulis, qui in commentariis invictissimi & piissimi Principis positi & confirmati sunt. Sive itaque ratio, sive auctoritas sequenda est, utrique commentariorum moduli prævalent. Sed aquarii *a* cùm manifestæ rationi *b* pluribus consentiant, in quatuor modulis nominaverunt duodenaria, & vicenaria, & centenaria, & centenumvicenum. Duodenariæ quidem, quod nec magnus error nec usu frequens est, diametro adjecerunt digiti semunciam, sicilicum capacitati quinariæ & bessem. Reliquis autem tribus modulis plus deprehenditur. Vicenariam exiguiorem faciunt diametro digiti semisse, capacitate quinariis tribus & semunciâ, quo modulo plerunque erogatur. Centenaria autem & centenumvicenum, quibus assiduè accipiunt, non minuuntur, sed augentur, nec usu frequens est: diametro adjecerunt trientis bessem & semunciam, capacitati quinarias x semissem semunciam sicilicum. Centenoviceno diametro adjiciunt digitos tres septuncem semunciam, capacitati quinarias LXVI sextantem.

Ita

a Aliàs *Cur.* *b* Aliàs *plurimùm.*

ita dum aut vicenariæ, quas ſubinde erogant, [a] detrahunt, aut centenariæ & centenumvicenum adjiciunt, quibus ſemper accipiunt, intercipiuntur in centenariâ quinariæ XXVII, in centenumvicenum quinariæ LXXXVI uncia. Quod cùm ratione approbetur, re quoque ipsâ manifeſtum eſt. Nam pro vicenariâ, quam Cæſar pro quinariis ſexdecim aſſignat, non plus erogant quàm tredecim, & ex centenariâ quam ampliaverunt æquè, certum eſt illos non erogare niſi ad arctiorem numerum, quem Cæſar, ſecundùm ſuos commentarios, cùm ex quâque centenariâ explevit quinarias LXXXI ſe item ex centenumvicenum quinarias XCVIII, tanquam [b] exhauſto modulo deſinit diſtribuere. In ſummâ moduli ſunt XXV. Omnes conſentiunt, & rationi, & commentariis, exceptis iis quatuor, quos aquarii nominaverunt. Omnia autem, quæ menſurâ continentur, certa & immobilia congruere ſibi debent: ita enim univerſitatis ratio conſtabit. Et quemadmodum, verbi gratia, ſextariis ratio ad cyathos, modii verò & ad ſextarios & ad cyathos reſpondent: ita & quinariarum multiplicatio in amplioribus modulis ſervare ſequentiæ ſuæ regulam debet. Alioqui cùm in erogatorio modulo minus invenitur, in acceptorio plus, apparet non errorem eſſe, ſed fraudem. [c] Meminerimus omnem aquam quoties ex ∴∴∴∴∴∴ o venit, & intra breve ſpacium in caſtellum cadit, non tantùm reſpondere modulo ſuo, ſed etiam exſuperare: quoties verò ex humiliore, id eſt, ex minore preſſurâ longiùs ducatur, ſegnitiâ ductus modum quoque deperdere. Ideò ſecundùm hanc rationem, aut oneranda eſt erogatio, aut relevanda. Sed & calicis poſitio habet momentum, ſi in rectum & ad libram collocatus eſt; modum ſervat: & ad curſum aquæ ſi oppoſitus devexusque; amplius rapit: ad latus autem prætereuntis aquæ converſus, & ſupinus, nec ad hauſtum pronus; ſegniter exiguumque ſumit. Eſt autem calix modulus æneus, qui rivo vel caſtello

 [a] indui-

[a] Aliàs *deterant*. [b] Aliàs *ex anguſto m.* [c] Vide Notas.

a induitur, huic fistulæ applicatur: longitudo ejus habere debet digitos non minùs XII: lumen, id est capacitatem, quanta imperata fuerit. Excogitatus videtur, quoniam rigor *b* æris difficilior ad flexum non temerè potest laxari vel coarctari. Formula modulorum, qui sunt omnes XXV subjecti, quamvis in usum XV tantùm frequentes sint, *c* directa est ad rationem, de quâ locuti sumus, emendatis quatuor, quos aquarii nominaverant. Secundùm quam fistulæ omnes opus facientes dirigi debent, aut si hæ fistulæ manebunt ad quinarias *d* quot capitur computari. Qui non sunt in usu moduli in ipsis est adnotatum, & diametri trientem digitum dico quam quinariæ sescunciâ & scrupulis tribus & de besse scrupuli. Digitus quadratus in longitudine & latitudine æqualis est. Digitus quadratus in rotundum redactus, habet diametri digitum unum & digiti sexcunciam sextulam: capit quinariæ dextantem. Digitus rotundus habet diametri digitum unum: capit quinariæ septuncem semunciam sextulam. Fistula quinaria diametri digitum unum, digitos tres 3ZZIIII: capit quinariam unam. Fistula senaria diametri digitum unum, semis, perimetri digitos quatuor I XXXII V3IIII: capit quinarias IX 1373. Fistula septenaria diametri digitum unum XVIII: —— perimetri digitos sex: capit quinarias L. In usu non est. Fistula octo-diametri digitos duos, perimetri digitos sex: capit quinarias II. quinque. Fistula denaria diametri digitos duos & semis, perimetri digitos septem 3LIIII: capit quinarias quatuor. Fistula duodenaria diametri digitos sex capit quinarias quinque. In usu non est. Unde est alia, apud aquarios habebat diametri digitos IIII 53V: capacitatis quinarias sex. Fistula quinumdenum diametri digitos quatuor Z, perimetri digitos XII. ZL. alia —— capit quinarias novem. Fistula vicenaria diametri digitos octo 3II: capit quinarias sexdecim. apud aquarios habebat

a *Inditur*. b Aliàs *ejus*. c Aliàs *directam ad r.*. d Aliàs *quod*. Aliàs *à quo computus capietur*.

bebat diametri digitos octo capacitatis quinarias.

Fistula vicenumquinum diametri digitos decem & septem capit quinarias viginti In usu non est. Fistula tricenaria diametri VI, perimetri digitos decem & novem capit quinarias viginti quatuor zz3 quinque. Fistula tricenumquinum diametri digitos sex 3III, perimetri digitos capit quinarias viginti. In usu non est. Fistula quadragenaria diametri digitos septem perimetri digitos XXII: capit quinarias XXXII. Fistula quadragenumquinum diametri digitos VII & VIII, perimetri digitos XXXIV: capit quinarias XXXVI octo. In usu non est. Fistula quinquagenaria diametri digitos septem quinque, perimetri digitos XXXI IIII: capit quinarias XL IIII. Fistula quinquagenumquinum, diametri digitos VIII X, perimetri digitos XXVI capit quinarias XLIV IX. In usu non est. Fistula sexagenaria diametri digitos XXIX capit quinarias XLIX VI. Fistula sexagenumquinum diametri digitos IX ZLII, perimetri XXVIII 3: capit quinarias LII octo. In usu non est. Fistula septuagenaria diametri digitos IXZZ3 sex, perimetri XXIX: capit quinarias LII 3 sex. Fistula septuagenumquinum diametri digitos XI VI, perimetri digitos XXX capit quinarias XLI. In usu non est. Fistula octogenaria diametri digitos decem XII perimetri digitos XXXII capit quinarias LXII. Fistula octogenumquinum diametri digitos X perimetri digitos XXX In usu non est. Fistula nonagenaria diametri digitos X X, perimetri digitos XXXIII: capit quinarias LXXIII IIII. Fistula nonagenumquinum diametri digitos decem S, perimetri digitos IIII & capit quinarias LXXVII. In usu non est. Fistula centenaria diametri digitos XI IX perimetri digitos XXXII capit quinarias LXXXI. apud aquarios habebat diametri digitos XII capacitatis

tatis quinarias XCII. Fistula centenum vicenum diametri digitos XII, perimetri digitos XXXVIII: capit quinarias LXXXVIII apud aquarios habebat diametri digitos XIII capacitatis quinarias CLXIII. Qui modus duarum centenariarum est.

Finis Libri Primi.

SEXTI

SEXTI JULII FRONTINI
DE AQUÆDUCTIBUS
URBIS ROMÆ.
LIBER II.

PERSECUTUS ea quæ de modulis dici fuit necessarium, nunc ponam quemadmodum quæque aquarum [a] Principum commentariis comprehensarum, usque ad nostram curam, habere visa sit, quantum quæque erogaverit, deinde quæ ipsi, scrupulosâ inquisitione præeunte, providentiâ optimi diligentissimique Principis Nervæ invenerimus. Fuerunt ergo in commentariis in universo quinariarum XII milia DCCLV: in erogatione XIV milia XVIII. plus in distributione quàm in accepto computabantur quinariæ MCCLXIII. Hujus rei admiratio cùm præcipuum officii opus in explorandâ fide aquarum atque copiâ crederem, non mediocriter me convertit ad scrutandum, quemadmodum ampliùs erogaretur, quàm in patrimonio, ut ita dicam, esset. Ante omnia itaque capita ductuum metiri aggressus sum, sed longè, id est, circiter quinariis X milibus ampliorem, quàm in commentariis modum inveni, ut per singulas demonstrabo. Appiæ in commentariis adscriptus est modus quinariarum DCCC: uniuscujusque ad caput inveniri mensura non potuit, quoniam ex duobus rivis constat. Ad Gemellas tamen, qui locus est intra

[a] Spem

a *Ita legendum.*

[a] Spem veterem, ubi jungitur cum ramo Augustæ, inveni altitudinem aquæ pedes quinque, latitudinem aquæ pedis unius & dodrantis. Fiunt areæ pedes octo & dodrans, centenariæ XXII & quadragenariæ quæ efficiunt quinarias MDCCCCXXV. amplius quàm in commentariis habent quinarias DCCCCLXXXIII. erogabat quinarias DCCIIII. minùs quàm in commentariis adscribitur quinariis CXXXVII. & adhuc minùs quàm ad Gemellas mensura respondet quinariis MCXXI. Intercidit tamen aliquantum ex ductus vitio, qui cùm sit depressior non facilè manationes ostendit, quas ei inesse ex eo apparet quòd in plerisque Urbis partibus præbita aqua observatur, idque quod ex eo manat. Sed & quasdam fistulas intra Urbem inventas deprehendimus. Extra Urbem autem propter pressuram libræ, quæ fit cis terram ad caput pedibus L, nullam accipit injuriam, sicut inveni. Anioni veteri adscriptus est modus in commentariis quinariarum MCCCCXXI. ad caput inveni IV milia CCCXCVIII, præter eum modum, qui in proprium ductum Tiburtinum derivatur, amplius quàm in commentariis est quinariis II milibus DCCCCLVII. quæ erogabatur antè quàm ad piscinam perveniret quinariæ CCLXII. Modus in piscinâ, quæ per mensuras positas initur; efficit quinarias II milia CCCLXII. Intercidebant ergo inter caput & piscinam quinariæ MDCCLXXIV: erogabat post piscinam quinarias MCCCXLVIII: ampliùs, quàm in commentariis conceptionis modum significari diximus, quinariis LXIII. minus quàm recipi in ductum potest. Nam posuimus quinarias MXIV. Summa, quæ inter caput & piscinam, & post piscinam intercidebat quinariarum II milium DCCLXXXVIII. quod errore mensuræ fieri suspicarer, nisi invenissem ubi averterentur mille CLXII. Martiæ in commentariis adscriptus est modus quinariarum II milium CLXII. Ad caput mensus inveni quinarias IV milia DCXC. amplius, quàm in commentariis est, quinariis II milibus DXXVIII. Erogaban-

[a] Quidam *speciem*, ut aliquoties supra.

gabantur antequam ad piſcinam perveniret quinariæ XCV: & dabantur in adjutorium Tepulæ quinariæ XCII. Item Anioni quinariæ CLXIV. Summa quæ erogabatur ante piſcinam quinariæ CCCLI. Modus qui in piſcinam menſuris poſitis initur cum eo, qui circa piſcinæ ductum eodem canali in arcu excipitur, efficit quinarias II milia DCCCCXLIV. Summa quæ aut erogatur ante piſcinam, aut in arcu recipitur, quinariarum III milium CCXCV amplius, quàm in conceptis commentariorum poſitum eſt quinariis MCXXIII: minus quàm menſuræ ad caput actæ efficiunt quinariis MCCCXCV. Erogabat poſt piſcinam quinarias MDCCCXL. minus, quàm in commentariis conceptionis ſignificari diximus, quinariis CCXXVII. minus, quàm ex piſcinâ in arcus recipiuntur, ſunt quinariæ MCIV. Summa utraque quæ intercidebant, aut inter caput & piſcinam, aut poſt piſcinam, quinariarum II milium D. quas, ſicut in cæteris, pluribus locis intercipi deprehendimus. Non enim eas ceſſare, manifeſtum eſt etiam ex hoc, eo quod è capite præter eam menſuram, quam nos comprehendiſſe capacitate ductus poſuimus, effunduntur amplius CCC quinariæ. Tepulæ in commentariis adſcriptus eſt modus quinariarum CCCC. Hujus aquæ fontes nulli ſunt, venis quibuſdam conſtabat, quæ interceptæ ſunt in Juliâ. Caput ergo ejus obſervandum eſt à piſcinâ Juliæ: ex eâ enim primùm accipit quinarias CXC: deinde ſtatim ex Martiâ quinarias XCII: præterea ex Anione novo ad hortos Epaphroditianos quinarias CLXIII. Fiunt omnes quinariæ CCCCXLV. amplius quàm in commentariis quinariis. XLV. quæ inde erogantur, nec comparent. Juliæ in commentariis adſcriptus eſt modus quinariarum DCXLIX. ad caput menſura [a] iri non potuit, quoniam ex pluribus acquiſitionibus conſtat, & ad VI ab Urbe miliarium univerſa in piſcinam recipitur, ubi modus ejus manifeſtis menſuris efficit quinarias MCCVI. amplius quàm in commentariis quinariis DLIII. Præter-

ea

a *Inveniri.*

ea accepit prope Urbem, post hortos [a] Pallantianos, ex Claudiâ quinarias CLXII. Est omne Juliæ in acceptis quinariæ MCCCLXVIII: ex eo dat in Tepulam quinarias CXC. erogat suo nomine DCCCIII. Fiunt, quas erogat quinariæ DCCCCXCIII. amplius quàm in commentariis habet quinarias CCCXLIII. minus quàm in piscina habere posuimus CXXIII. quas ipsas apud eos, qui sine beneficiis Principis usurpabant, deprehendimus. Virgini in commentariis adscriptus est modus quinariarum DCCLII minus. Mensura ad caput inveniri non potuit, quoniam ex pluribus acquisitionibus constat, & leniore rivo intrat propè Urbem ad miliarium VII in agrum, qui nunc est [b] Ceroni Commodi, ubi velociorem cursum habet. Mensuram [c] egi, quæ efficit quinariarum II milia DIIII. amplius quam in commentariis quinariis MDCCLII. Omnibus approbatio nostra expeditissima est. Erogant enim omnes, quas mensura deprehendimus, ad II milia DIIII. Alsietinæ conceptionis modus nec in commentariis adscriptus est, nec in re præsenti certus inveniri potuit, cùm ex lacu Alsietino, & deinde circa Careas ex Sabatino, quantum aquarii temperaverunt, habet non plus quinariis II milibus. Claudia abundantior aliis maximè injuriæ exposita est. In commentariis habet non plus quinariis II milibus DCCCLV, cùm ad caput invenerim quinarias IV milia DCVII. amplius quàm in commentariis MDCCLII. Adeò autem nostra certior est mensura, ut ad VII ab Urbe miliarium, in piscinâ, ubi indubitatæ mensuræ sunt, inveniamus quinariarum III milia CCCXII. plus quàm in commentariis CCCCLVII. quamvis & ex beneficiis ante piscinam eroget, & plurimum subtrahi deprehenderimus, ideò quòd minus inveniatur, quàm revera esse debeant quinariis MCCXCV. Et circa erogationem fraus apparet, quod neque ad commentariorum fidem, neque ad eas, quas ad caput egimus mensuras, neque ad illas saltem piscinas post tot injurias convenit. Solæ enim

a Aliàs *Plancianos*, ut suprà. b *Cejonii*. c Aliàs *adegi*.

enim quinariæ MDCCL erogantur. minus quàm commentariorum ratio dat quinariis MCV. minus autem quàm mensuræ ad caput factæ demonstraverunt quinariis II milibus DCCCLVII. minus etiam quàm in piscinâ invenit quinariis MDLXII. Itaque cùm sincera in Urbem proprio rivo perveniret, in Urbe miscebatur cum Anione novo, ut confusione factâ, & conceptio earum, & erogatio esset obscurior. Quod si qui fortè me acquisitionum mensuris blandiri putant, admonendi sunt Curtium & Cæruleum fontes, aquæ Claudiæ sufficere ad præstandas ductui suo quinarias, quas significavi, IV milium DCVII. ut præterea MDC effundantur. Nec eo inficias, quin ea quæ superfluunt, non sint propriè horum fontium: capiuntur enim ex Augustâ, quæ inventa in Martiæ supplementum, dum illa non indiget, adjecimus fontibus Claudiæ, quamvis ne hujus quidem ductus omnem aquam recipiat. Anio novus in commentariis habere ponebatur quinarias III. milium CCLXIII. mensus ad caput reperi quinarias IV milium DCCXXXVIII. amplius quam in conceptelis commentariorum est quinariis MCCCCLXXV. quarum acquisitionem non avide me amplecti, [a] quo non alio modo manifestius probem quàm erogatione ipsorum commentariorum, major pars earum continetur. Negatur enim quinariarum IV milium CCXI. alioquin in eisdem commentariis invenitur conceptio, non amplius quàm III milium CLXIII. Præterea intercipi non tantùm DXXVII, quæ inter mensuras nostras & erogationem intersunt, sed & longe ampliorem modum deprehendi, ex quo apparet etiam, exuberare comprehensam à nobis mensuram. Cujus rei ratio est, quòd vis aquæ rapacior, ut ex largo & celeri flumine excepta, velocitate ipsâ ampliat modum. Non dubito aliquos annotaturos, quòd longè major copia actis mensuris inventa sit, quàm erat in commentariis Principum.

[a] Aliàs *quonam modo m.p. q. e. i. commentariorum: major pars earum continebatur quinariarum* IIII. *milibus* CCXI. *In eisdem*, &c.

Cujus rei causa error est eorum, qui ab initio parum diligenter uniuscujusque fecerunt æstimationem. Ac ne metu æstatis ac siccitatum in tantum à veritate eos recessisse credam, constantibus quidem ipsis mensuris Julio mense hanc uniuscujusque copiam, quæ supra scripta est, [a] totâ deinceps æstate durantem exploravi. Quæcunque tamen est causa à quâ procedit, illud utique detegitur, x milia quinariarum intercidisse, dum beneficia sua Princeps secundùm modum commentariis adscriptum temperat. Sequens diversitas est, quòd alius modus concipitur ad capita, alius nec exiguo minor in piscinis, minimus deinde in distributione continetur. Cujus rei causa est fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum usum derivare deprehendimus. Sed & plerique possessorum, ex quorum agris aquæ circunducuntur, fraude formas rivorum perforant, unde fit, ut ductus publici hominibus privatis vel ad hortorum usum subserviant, vel ad itinera suspendant. Ac de vitiis ejusmodi nec plura, nec meliora dici possunt, quàm à Cœlio Rufo dicta sunt in eâ concione cui titulus est DE AQUIS. Quæ nunc nos omnia, simili licentiâ usurpata, utinam non per offensas probaremus. Irriguos agros, tabernas, cœnacula, & corruptelas denique omnes perpetuis salientibus instructas invenimus, non quòd falsis titulis aliæ pro aliis aquæ erogabantur, etiamsi inter leviora cæteris vitia, inter ea tamen, quæ emendationem videbantur exigere, [b] mirandum est, quod ferè circa montem Cœlium & Aventinum accidit, qui colles, priùs quàm Claudia [c] perduceretur, utebantur Martiâ & Juliâ: sed posteaquam Nero Imperator Claudiam opere arcuato assumpsit, exceptam usque ad templum Divi Claudii [d] perduxit, ut inde distribueretur, priores non ampliatæ, sed amissæ sunt: nulla enim castella adjecit, sed iisdem usus, quorum, quamvis mutata aqua, vetus appellatio mansit. Satis jam de mo-

a Ita legendum. b *numerandum.* c Aliàs *produceretur.*
d Aliàs *produxit.*

de modo cujusque, & veluti novâ quâdam acquisitione aquarum, & fraudibus, & vitiis, quæ circa eas erant, dictum est: superest ut erogationem, quam [a] confectam, ut sic dicam, in massam invenimus, imò & falsis nominibus positam, per nomina aquarum, uti quæque se habet, & per regiones Urbis digeramus. Cujus comprehensionem scio non jejunam tantùm, sed etiam perplexam videri posse: ponemus tamen quàm brevissimè, ne quid velut formulæ officii desit iis, quibus sufficiet cognovisse summa, licebit tamen transire leviora. Ut ergo distributio quinariarum XIV milium X & VIII, ita & quadragenariarum XXXVI. quia una quandoque ex quibusdam aquis in adjutorium aliarum datur, & bis in speciem erogationis cadit, sed semel in computationem venit. Ex his dividuntur extra Urbem quinariæ IV milia LXIII. ex quibus nomine Cæsaris quinariæ MDCCXXVII. privatis quinariæ II milia CCCXXXVI. reliquæ intra Urbem MDCCCCLV distribuebantur in castella CCXLVII. quibus erogabantur sub nomine Cæsaris quinariæ MDCCVII semis: privatis quinariarum III milia DCCCXLVII. usibus publicis quinariarum IV milia CCCCI. ex eo castris CC quinariæ CCLXXIX. operibus publicis LXXV quinariæ MMCCCCI. muneribus XXXIX quinariæ CCCLXXXIII. lacubus DXCI quinariæ MCCCXXXV. Sed & hæc ipsa dispensatio per nomina aquarum ad regiones Urbis partienda est. Ex quinariis ergo XIV milibus X & VIII, quam summam erogationibus omnium aquarum exposuimus, dantur nomine Appiæ extra Urbem quinariæ tantummodò V, quoniam libra humilior oritur, & à metitoribus reliquæ quinariæ DCXCIX intra Urbem dividebantur per regiones II, V, VIII, IX, XI, XII, XIII, XIV, in castella XX, ex quibus nomine Cæsaris quinariæ CLI. privatis quinariæ CXCIV. publicis quinariæ CCCLIV. ex eo castris I quinariæ IV. operibus publicis XIV quinariæ CXXIII. muneri I quinariæ II. lacubus

a *Conjectam.*

XCII quinariæ CCXXVI. Anionis veteris erogabantur extra Urbem nomine Cæſaris quinariæ CLXIX. privatis quinariæ CCCIV. reliquæ quinariæ MDVIII ſemis. intra Urbem dividebantur per regiones I, III, IV, V, VI, VII, VIII, XII, XIV, in caſtella XXXV. ex quibus nomine Cæſaris quinariæ LX. uſibus privatis quinariæ CCCXC. publicis quinariæ CLIII. ex eo caſtris I quinariæ L. operibus publicis XIX quinariæ CXCVI. muneribus IX quinariæ LXXXVIII. lacubus XCIV quinariæ CCXVIII. Martiæ erogabantur extra Urbem nomine Cæſaris quinariæ CCLXIX. reliquæ quinariæ MCCCCLXXII. intra Urbem dividebantur per regiones I, III, IV, V, VI, VIII, IX, XIV, in caſtella LI. ex quibus nomine Cæſaris quinariæ CXVI. privatis quinariæ DXLIII. caſtris IV quinariæ XLII. operibus publicis XV quinariæ XLI. muneribus XII quinariæ CIV. lacubus CXIV quinariæ CCLVI. Tepulæ erogabantur extra Urbem nomine Cæſaris quinariæ LVIII. privatis LVI. reliquæ quinariæ CCCXXXI. intra Urbem dividebantur per regionem IV, V, VI, VII, in caſtella XIV. ex quibus nomine Cæſaris XXXIV. privatis quinariæ CCXXVII. uſibus publicis quinariæ L. ex eo caſtris II quinariæ XII. operibus publicis III quinariæ VII. lacubus XIII quinariæ XXXII. Juliæ fluebant extra Urbem nomine Cæſaris quinariæ LXXXV. privatis quinariæ CXXII. reliquæ quinariæ DXLVIII. intra Urbem dividebantur per regiones II, III, V, VI, VIII, X, XII, in caſtella XVII. ex quibus nomine Cæſaris quinariæ XVIII. uſibus publicis quinariæ CCCLXXIII. ex eo caſtris quinariæ LXIX. operibus publicis quinariæ CXXI. muneribus quinariæ LXVII. lacubus XXVIII quinariæ LXV. Virginis nomine exibant extra Urbem quinariæ CC reliquæ quinatiæ MMCCCIV. intra Urbem dividebantur per regiones VII, VIII, XIV, in caſtella XXVI. ex quibus nomine Cæſaris quinariæ DXLIX privatis quinariæ CCCXXXVIII. uſibus publicis MCCCCXVII. ex eo muneribus II quinariæ XXVI. lacubus XXV quinariæ LXI. operibus publicis XVI quinariæ MCCCLXXX. in quibus per ſe Euripo, cui ipſa nomen dedit,

dedit, quinariæ CCCCLX. Alſietinæ quinariæ CCCCXCII. hæc tota extra Urbem conſumitur, nomine Cæſaris quinariæ CCCCLIV. privatis quinariæ CXXXVIII. Claudia & Anio novus extra Urbem proprio quæque rivo erogabatur, intra Urbem confundebatur. Et Claudia quidem extra Urbem nomine Cæſaris dabat quinarias CCXVII. privatis quinarias CCCCXXXIX. Anio novus nomine Cæſaris DCCXXVIII. reliquæ utriuſque quinariæ MMMCCCCXCVIII intra Urbem dividebantur per regiones [a] Urbis, XIV, in caſtella XCII. ex quibus nomine Cæſaris quinariæ MDCCCXV. privatis quinariæ MLXVII. uſibus publicis quinariæ MXII. ex eo caſtris IX quinariæ CXLIX. operibus publicis XVIII quinariæ CCLXIX. muneribus XII quinariæ CVII. lacubus CXXVI quinariæ CCCCXXVII.

HÆC copia aquarum ad Nervam Imperatorem uſque computata, ad hunc modum deſcribebatur: nunc providentiâ diligentiſſimi Principis, quicquid aut fraudibus aquariorum intercipiebatur, aut inertia pervertebat, quaſi novâ inventione fontium accrevit, ac propè publicata ubertas eſt, tum & ſedulâ deinde partitione diſtributa, ut regionibus, quibus ſingulæ ſerviebant aquæ, plures darentur, tanquam Cœlio & Aventino, in quos ſola Claudia per arcus Neronianos ducebatur. Quo fiebat, ut, quoties defectio aliqua interveniſſet, celeberrimi colles ſitirent, quibus nunc plures aquæ, & inprimis Martia reddita ampliore opere à Cœlio in Aventinum uſque perducitur, atque etiam omni parte Urbis lacus tam novi quàm veteres, plerique binos ſalientes diverſarum aquarum acceperunt, ut ſi caſus alterutram impediſſet, alterâ ſufficiente non deſtitueretur uſus. Sentit hanc curam Imperatoris piiſſimi Nervæ Principis ſui Regina & domina orbis indies, quæ terrarum Dea conſiſtit, cui par nihil, & nihil ſecundum, & magis ſentiet ſalubritas ejuſdem æternæ Urbis, aucto caſtellorum, operum, munerum, & lacuum numero, nec minus ad privatos

[a] VI, VII.

commodum, quod ex incremento beneficiorum ejus diffunditur. Illi quoque qui timidi illicitam aquam ducebant, securi nunc ex beneficiis fruuntur. Ne pereuutes quidem aquæ otiosæ sunt: nam immundiciarum facies, & impurior spiritus, & causæ gravioris cœli, quibus apud veteres Urbis infamis aër fuit, sunt remotæ. Non præterit me deberi operi novæ erogationis ordinationem, sed hæc cum incremento adjunxerimus, intelligi oportet non esse eam ponendam, nisi cùm consummata fuerit. Quid, quòd nec hoc diligentiæ Principis, quam exactissimam civibus suis præstat, sufficit, parùm præsidii ac voluptatis nostris contulisse sese credentis, quòd tantam copiam adjiciat, nisi eam sinceriorem jucundioremque faciat? Operæ precium est ire per singula, per quæ ille occurrendo vitiis quorundam, universis adjecit utilitatem. Etenim quando civitas nostra, vel cùm exigui imbres supervenerant, non turbulentas limosasque aquas habuit? nec quia hoc universis ab origine *a* naturæ est, aut quia istud incommodum sentire debeant quod capiuntur ex fontibus, inprimis Martia & Claudia, ac reliquæ, quarum splendor à capite integer, nihil aut minimum pluviâ inquinatur, si putei extructi objecti sunt. Aquæ Anionis minùs permanent limpidæ: nam *b* sumitur ex flumine, ac sæpe etiam sereno turbantur, quoniam Anio quamvis purissimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid quo turbetur, priusquam deveniat in rivos: quod incommodum non solùm hybernis ac vernis, sed æstivis imbribus sentit, quo tempore exit gratior aquarum sinceritas. Ex iis igitur alter, id est Anio vetus, cùm plerumque libra sit inferior, incommodum infra se tenet. Novus autem Anio vitiabat cæteras: nam cùm editissimus veniat, & in primis abundans, aliquando defectioni aliarum succurrit. Imperitia verò aquariorum, deducentium in alienos eum specus, frequentiùs quàm explemento opus erat, etiam sufficientes aquas inquinabat, maximè

a Aliàs *non est*. b *mutantur*, F. *mutuantur*.

ximè Claudiam, quæ per multa milia paſſuum proprio ducta rivo, Romæ demum cum Anione permixta, in hoc tempus perdebat proprietatem, adeoque obvenientibus non ſuccurrebat, ut pleræque aquæ accerſerentur per imprudentiam, non uti dignum erat aquis parientium Martiam, ita ut ipſam ſplendore & rigore gratiſſimam, balneis ac fullonicis, & relatu quoque fœdis miniſteriis deprehenderimus ſervientem. Omnes ergo diſcerni placuit, tum ſingulas ita ordinari, ut in primis Martia potui tota ſerviret, & deinceps reliquæ ſecundùm ſuam quæque qualitatem aptis uſibus aſſignarentur, ſicut Anio vetus pluribus ex cauſis, quo *a* interiore excipitur minùs ſalubris, in hortorum rigationem, atque in ipſius Urbis ſordidiora exiret miniſteria. Nec ſatis fuit Principi noſtro cæterarum reſtituiſſe copiam, ſed etiam gratiam. Anionis quoque novi vitia exſcindi poſſe vidit. Omiſſo enim flumine repeti ex lacu, qui eſt ſuper villam Neronianam Sublacenſem, ubi limpidiſſima eſt, juſſit. Nam cùm oriatur Anio ſupra Trebam anguſtam, ſeu quia per ſaxoſos montes decurrit, paucis circa ipſum opidis objacentibus cultis, ſeu quia lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus, frigidiſſimus ſimul ac ſplendidiſſimus eò pervenit. Hæc tam fœlix proprietas aquæ omnibus dotibus æquatura Martiam, copiâ verò ſuperatura, veniet in locum deformis illius ac turbidæ. Novum Imperatorem Cæſarem Nervam Trajanum Auguſtum præſcribente titulo.

SEQUITUR ut indicemus, quod jus ducendæ ſit aquæ, quæve cura ductuum ſit habenda: quorum alterum ad cohibendos intra modum impetrati beneficii privatos; alterum ad ipſorum ductuum pertinet tutelam, in quibus dum altiùs repeto leges de ſingulis, quas latè quidem apud veteres obſervatas inveni, earum æquitatem prudentiamque reticendam non cenſui. Apud antiquos omnis aqua in publi-

a Aliàs *interior accipitur.*

publicos usus erogabatur; legeque cautum ita fuit: NE. QUIS. PRIVATUS. ALIAM. DUCAT. QUAM. QUÆ. EX. LACU. HUMUM. ACCEDIT. (hæc enim verba sunt ejus legis) id est, quæ ex lacu abundavit: eam nos caducam vocamus. Et hæc ipsa non in alium usum, quàm in balnearum, aut fullonicorum dabatur, eratque vectigalis statuta merces, quæ in publicum penderetur: aliquid & in domos Principum dabatur, concedentibus reliquis. Ad quem autem magistratum jus dandæ vendendæve aquæ pertinuerit, in iis ipsis legibus variatur. Interdum enim ab Ædilibus, interdum à Censoribus permissum invenio: sed apparet quoties in Republicâ erant, ab illis potissimùm petitum: cùm ii non erant, Ædilium eam potestatem fuisse. Ex quo manifestum est, quanto potior cura majoribus communium utilitatum, quàm privatarum voluptatum fuerit, cùm ad usum publicum pertineret etiam ea aqua, quam privati ducebant. Tutelam autem singularum aquarum locari solitam invenio, positamque redemptoribus necessitatem, certum numerum circa ductus extra Urbem, & certum in Urbe servorum opificum habendi, & quidem ita, ut nomina quoque eorum, quos habituri erant in ministerio, per quasque regiones in tabulas publicas deferrent, eorumque operum probandorum curam fuisse [a] per Censores aliquando & Ædiles, interdum etiam [b] Censoribus eam provinciam obvenisse, ut apparet ex eo, quod factum est [c] C. Liciano Cesulâ, & M. Fabio Censoribus. Quantopere autem curæ fuerit, ne quis violare ductus, aquamve non concessam derivare auderet, cùm ex multis apparere potest, tum ex hoc, quòd Circus Maximus ne diebus quidem ludorum Circensium, nisi Ædilium aut Censorum permissu, irrigabatur: quod durasse etiam postquam res ad curatores transiit sub Augusto, apud Attejum Capitonem legimus. Agri verò qui aquâ publicâ contra legem essent

a *penes.* b. c *ex Senatusconsulto, quod factum est C. Licinio Getâ & Q. Fabio Coss.* Vide Notas.

essent irrigati, publicabantur. Mancipia etiam, sicut ea quæ adversus legem mulcta loco fecisse dicebantur. In iisdem legibus adjectum est ita: NE. QUIS. AQUAM. OLETATO. DOLO. MALO. UBI. PUBLICE. SALIT. SI. QUIS. OLETARIT. SESTERTIORUM. X. MILIUM. MULCTA. ESTO. Oletato, videtur esse olidam facito, cujus rei causa Ædiles Curules jubebantur per vicos singulos ex iis, qui in unoquoque vico habitarent prædiave haberent, binos præficere, quorum arbitratu aqua in publicum saliret. Primus M. Agrippa post Ædilitatem, quam gessit Consularis, operum suorum & munerum veluti perpetuus curator fuit, *a* qui jam copiâ permittente descripsit, quid aquarum publicis operibus, quid lacubus, quid privatis daretur. Habuit & *b* familiam propriam, aquarum quæ tueretur ductus, atque castella, & lacus. Hanc Augustus hæreditatem ab eo sibi relictam publicavit. Post eum Q. Ælio Tuberone, P. Fabio Maximo iterum Coss. in re, quæ usque in id tempus, quasi potestate actâ, certo jure eguisset, Senatusconsulto acta sunt, ac lex promulgata. Augustus quoque edicto complexus est, quo jure uterentur, qui ex commentariis Agrippæ aquas haberent, totâ re in sua beneficia translatâ. Modulos etiam, de quibus dictum est, constituit, & rei continendæ exercendæque *c* curatorem fecit Messalam Corvinum, cui adjutores dati Posthumius Sulpitius Prætorius, & L. Cominius Pedarius, insignia eis quasi magistratibus concessa, deque eorum officio Senatusconsultum factum, quod infra scriptum est:

S. C.

QUOD. Q. ÆLIUS. TUBERO. P. FABIUS. MAXIMUS. COSS. V. F. DE. IIS. QUI. CURATORES. AQUARUM. PUBLICARUM. EX. SENATUSCONSULTO. A. CÆSARE. AUGUSTO. NOMINATI. ESSENT. ORDINANDIS. D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C.

 PLACE-

a qui etiam. *b* Aliàs *familiam propriam aquarum, quæ, &c.*
c Aliàs *auctorem.*

PLACERE. HUIC. ORDINI. EOS. QUI. AQUIS. PUBLICIS. PRÆESSENT. CUM. EJUS. REI. CAUSA. EXTRA. URBEM. ESSENT. LICTORES. BINOS. ET. SERVOS. PUBLICOS. TERNOS. ARCHITECTOS. SINGULOS. ET. SCRIBAS. ET. LIBRARIOS. ACCENSOS. PRÆCONESQUE. TOTIDEM. HABERE. QUOT. HABENT. II. PER. QUOS. FRUMENTUM. PLEBEI. DATUR. CUM. AUTEM. IN. URBE. a EJUSDEM. CAUSA. ALIQUID. AGERENT. CÆTERIS. APPARITORIBUS. IISDEM. PRÆTERQUAM. LICTORIBUS. b UTIQUE. QUIBUS. APPARITORIBUS. EX. HOC. S. C. CURATORIBUS. AQUARUM. UTI. LICERET. c EOS. DIEBUS. X. PROXIMIS. QUIBUS. S. C. FACTUM. ESSET. AD. ÆRARIUM. d DEFERRENTUR. QUIQUE. ITA. DELATI. ESSENT. IIS. PRÆTORES. ÆRARII. e MERCEDE. CIBARIA. QUANTA. PRÆFECTI. FRUMENTO. f DANDA. DARE. DEFERREQUE. SOLENT. ANNUA. DARENT. ET. ATTRIBUERENT. IISQUE. EAS. PECUNIAS. SINE. FRAUDE. SUAS. g FACERE. LICERET. UTIQVE. TABVLAS. CHARTAS. h CÆTERAQVE. QVÆ. EJVS. CVRATIONIS. CAVSA. i OPVS. ESSET. IIS CVRATORIBVS. k PRÆBENDA. Q. ÆLIVS. P. FABIVS. COSS. AMBO. ALTERVE. l SI. IIS. VIDEBITVR. ADHIBITIS. PRÆTORIBVS. m QVI. ÆRARIO. PRÆSINT. ET. PRÆBENDA. LOCENT.

Itemque cùm viarum frumentique curatores, qui quartâ parte anni publico fungebantur ministerio, ut curatores aquarum judiciis vacent privatis, publicisque, apparitores & ministeria, quamvis perseveret adhuc ærarium in eos erogare, tamen etiam curatorum videntur desisse inertiâ, & segnitiâ non agentium officium. Egressi autem Urbem duntaxat agendæ rei causa, Senatus præsto esse lictores jusserat: nobis circumeuntibus rivos, fides nostra, & autoritas à Prin-

a EIUS. REI. Sic Briss. b UTI QUIBUS. APPARITORIBUS. EX. HOC. S. C. CURATORIBUS. AQUARUM. VII. LICERET. &c. Sic Briss. c IN. DIEBUS. d DEFERRENT. e MERCEDEM. Mercedes. Briss. f DANDO. g CAPERE. h CÆRAS. QUÆQUE. i ESSENT. k PRÆBERI. l SI. VIDEBITUR. m QUI. ÆRARIO. PRÆSUNT. PRÆBENDA. LOCENT. EA. PRÆBENDA. LOCENT.

Principe data pro lictoribus erit. Cùm rem produxerimus ad initium curatorum, non est alienum subjungere, qui post Messalam huic officio ad nos usque præfuerint. Messalæ successit, Silio & Planco Coss. Attejus Capito: Capitoni, L. Martio C. Antistio Vetere Coss. Satrius Rufus: Satrio, Sergio Cornelio Cethego, L. Visellio Varrone Coss. M. Coccejus Nerva, Divi Nervæ avus, scientiâ juris illustris: Huic successit, F. Persico, L. Vitellio Coss. C. Octavius Lenas: Lenati, Juniano, & Nonio Asprenate Coss. Aquila: Huic successit M. Porcius Cato: Post quem, Sexto Nonio Celere, & Junio Quintiliano Coss. Didius: Gallus: Gallo, Q. Veranio, Pompejo Longino Coss. Cn. Domitius Afer: Afro, Nerone Claudio Cæsare quartùm, & Cosso Cossi filio Coss. L. Piso: Pisoni, Virginio Rufo, & Memmio Regulo Coss. Petronius Turpilianus: Turpiliano, Crasso Frugi, & Lecanio Basso Coss. P. Marius: Mario, L. Telesino, & Suetonio Paulino Coss. Fontejus Agrippa: Agrippæ, Silio, & Galerio Trachalo Coss. *a* Alipius Crispus: Crispo, Vespasiano tertiùm, & Coccejo Nervâ Coss. Pompejus Silvius: Silvino, Valerio, & Messalino Coss. T. Anius Flavianus: Flaviano, Vespasiano quintùm, & Tito tertiùm Coss. Acilius Aviola: Post quem Imperatore Nervâ tertiùm, & Virginio Rufo tertiùm Coss. ad nos cura translata est. Nunc quid observare curator aquarum debeat, & leges, Senatusque consulta ad instruendum eum pertinentia, subjungam. Circa jus ducendæ aquæ in privatis hæc observanda sunt, & ne quis sine literis Cæsaris, id est, ne quis aquam publicam non impetratam, & ne quis ampliùs quàm impetratum fuerit ducat. Ita enim efficiemus, ut modus, quem acquiri diximus, possit ad novos salientes, & ad nova Principis beneficia pertinere. In utroque autem magna cura multiplici opponenda fraudi est. Solicitè subinde ductus extra Urbem sunt circumeundi ad recognoscenda beneficia. Idem in

a Aliàs *Albius.*

in castellis salientibus publicis faciendum, ut sine intermissione diebus noctibusque aqua fluat, quod Senatus quoque consulto curator facere jubetur; cujus hæc quoque verba sunt:

QUOD. ÆLIUS. TUBERO. ET. P. FABIUS. MAXIMUS. a O. V. F. COSS. DE. NUMERO. PUBLICORUM. SALIENTIUM. QUI. IN. URBE. ESSENT. INTRAQUE. ÆDIFICIA. URBI. CONJUNCTA. QUOS. M. AGRIPPA. FECISSET. Q. F. P. D. E. R. I. C. NEQUE. AUGERI. PLACERE. NEC. MINUI. NUMERUM. b PUBLICORUM. SALIENTIUM. QUOS. NUNC. ESSE. RETULERUNT. II. QUIBUS. NEGOTIUM. A. SENATU. EST. c IMPERATUM. UT. INSPICERENT. AQUAS. PUBLICAS. INIRENTQUE. NUMERUM. SALIENTIUM. PUBLICORUM. ITEMQUE. PLACERE. CURATORES. AQUARUM. QUOS. S. C. CÆSAR. AUGUSTUS. EX. SENATUS. AUTORITATE. NOMINAVIT. DARE. OPERAM. UT. SALIENTES. PUBLICI. QUAM. ASSIDUISSIME. INTERDIU. ET. NOCTU. AQUAM. IN. USUM. POPULI.
FUNDERENT.

In hoc Senatusconsulto crediderim annotandum, quòd Senatus tam augeri quàm minui salientium publicorum numerum vetuerit. Id factum existimo, quia modus aquarum, quæ iis temporibus in Urbem veniebant, antequam Claudia & Anio novus *d* perducerentur, majorem erogationem *e* capere non videbatur. Qui aquam in usus privatos deducere volet, impetrare eam debebit, & à Principe epistolam ad curatorem adferre. Curatores deinde beneficio Cæsaris præstare maturitatem, & procuratorem ejusdem officii libertum Cæsaris protinus scribere. Procuratorem autem primus Ti. Claudius videtur admovisse, postquam Anionem novum & Claudiam induxit. Quid contineat epistola Julia, fieri quoque notum debet, ne quando negligentiam, aut fraudem suam ignorantiæ colore defendat. Procurator calicem ejus moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus

a COSS. V. F. *sic suprà semel & infra quater.* b omitt. c DATUM. *d* Aliàs *producerentur.* *e* Aliàs *cupere.*

toribus signari cogitet, & diligenter intendat mensurarum, quas supradiximus, modum, & earum notitiam habeat, ne sit in arbitrio libratorum interdum majoris luminis, interdum minoris, pro gratiâ personarum, calicem probare. Sed neque statim [a] adhuc liberum subjiciendi, qualemcunque plumbeam fistulam permittat arbitrium: verùm ejusdem luminis, quo calix signatus est, eundem per pedes quinquaginta prope det, sicut Senatusconsulto, quod [b] subjiciendum est, cavetur.

QUOD. Q. ÆLIUS. TUBERO. c Q. FABIUS. MAXIMUS. COSS. V. F. QUOSDAM. PRIVATOS. EX. RIVIS. PUBLICIS. AQUAM. DUCERE. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. NE. CUI. PRIVATO. AQUAM. DUCERE. EX. RIVIS. PUBLICIS. LICERET. UTIQUE. OMNES. II. QUIBUS. AQUÆ. DUCENDÆ. JUS. ESSET. DATUM. EX. CASTELLIS. DUCERENT. ANIMADVERTERENTQUE. CURATORES. AQUARUM. QUIBVS. LOCIS. INTRA. EXTRAQUE. URBEM. APTE. CASTELLA. PRIVATI. FACERE. POSSENT. EX. QUIBUS. AQUAM. DUCERENT. QUAM. EX. CASTELLO. COMMUNEM. ACCEPISSENT. A. CURATORIBUS. AQUARUM. NE. CUI. EORUM. QUIBUS. AQUA. DARETUR. PUBLICA. JUS. ESSET. INTRA. QUINQUAGINTA. PEDES. EJUS. CASTELLI. EX. QUO. AQUAM. DUCERENT. LAXIOREM. FISTULAM. SUBJICERE. QUAM. QUINARIAM.

In hoc Senatusconsulto dignum admiratione est, quòd aquam non nisi ex castello duci permittit, ne aut rivi, aut fistulæ publicæ frequenter lacerarentur.

JUS impetratæ aquæ neque hæredem, neque emptorem, neque ullum novum dominum prædiorum sequitur. Balneis, quæ publicè lavarent, privilegium antiquitùs concedebatur, ut semel data aqua perpetuò maneret, sicut ex veteribus Senatusconsultis cognoscimus, ex quibus unum subjeci: nunc omnis aquæ cum possessore instauratur beneficium.

QVOD.

[a] Aliàs *ab hoc.* [b] Aliàs *subjectum.* [c] P. FABIUS. M. *sic suprà & infrà in Senatusconsultis.*

QVOD. Q. ÆLIVS. TVBERO. P. FABIVS. MAXIMVS. COSS. V. F. CONSTITVI. a OPORTERET. QVO. JVRE. EXTRA. INTRAQVE. VRBEM. DVCERENT. AQVAS. IIS. QVIBVS. ATTRIBVTÆ. ESSENT. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. VTI. IIS. QVOQVE. MANERET. ATTRIBVTIO. AQVARVM. EXCEPTIS. QVÆ. IN. VSVM. BALNEORVM. ESSENT. DATÆ. AVT. AVGVSTI. NOMINE. QVOAD. IIDEM. DOMINI. POSSIDERENT. ID. SOLVM. IN. QVO. ACCEPISSENT. AQVAM.

Cùm vacare aliquæ cœperint, adnunciatur, in commentariosque redigitur, qui respiciuntur, ut petitoribus ex vacuis dari possint. Has aquas statim [b] interdicere solebant, ut medio tempore venderent aut possessoribus prædiorum, aut aliis. Humanius etiam visum est Principi nostro, ne prædia subitò destituerentur, triginta dierum spacium indulgeri, intra quod ii, ad quos res pertinet, irrigarent. De aquâ in prædia sociorum datâ, nihil constitutum invenio, perinde tamen observatur, ac jure cautum, ut dum quis ex iis, qui communiter impetraverunt, superesset, totus modus prædiis assignatus flueret: & tunc demum renovaretur beneficium, cùm desiisset quisque ex iis, quibus erat datum possidere. Impetrata aqua alio quàm in ea prædia, in quæ data erat, aut ex alio castello, quàm quo ex epistolâ Principis contrahebat duci, palam Senatusconsulto non oportet, sed & Mandatis prohibetur. Impetrantur autem & hæ aquæ, quæ caducæ vocantur, id est, quæ aut ex castellis effluunt, aut ex manationibus fistularum, quod beneficium à Principibus parcissimè tribui solitum, sed fraudibus aquariorum obnoxium est, quibus prohibendis quanta cura debeatur, ex capite Mandatorum manifestum erit, quod subjeci:

CADVCAM. NEMINEM. VOLO. DVCERE. NISI. QVI. MEO. BENEFICIO. AVT. PRIORVM. PRINCIPVM. HABENT. a NAM. NECESSE. EST. EX. CASTEL-

a OPORTERE. Sic Briss. b Aliàs *introducere*. c Aliàs NON.

CASTELLIS. ALIQVAM. PARTEM. AQVÆ. a AFFLVERE. CVM. HOC. PERTINEAT. NON. SOLVM AD URBIS. NOSTRÆ. SALVBRITATEM. SED ETIAM. AD. VTILITATEM. CLOACARVM. ABLVENDARVM.

Explicitis quæ ad ordinationem aquarum privati usus pertinebant, non ab re est quædam ex iis, quibus circumscribi saluberrimas constitutiones in ipso rei actu deprehendimus, exempli causa attingere. Ampliores quosdam calices quàm impetrati erant positos in plerisque castellis inveni, & ex iis aliquos ne signatos quidem. Quoties autem signatus calix excedit legitimam mensuram, ambitio procuratori, qui eum signavit, detegitur: cùm verò ne signatus quidem est, manifesta culpa omnium, maximè accipientis deprehenditur, deinde villici. In quibusdam cùm calices legitimæ mensuræ signati essent, statim amplioris moduli fistulæ subjectæ fuerunt: unde acciderat, ut aqua non per legitimum spacium coërcita, sed per leves angustias expressa, facilè laxiorem in proximo fistulam impleret. Ideoque illud adhuc, quoties signatur calix, diligentiæ adjiciendum est, ut fistulæ quoque proximæ per spacium, quod Senatusconsulto comprehensum diximus, signentur. Ita demum enim villicus, cùm scierit non aliter quàm signatas collocari debere, omni carebit excusatione. Circa collocandos quoque calices observari oportet, ut ad lineam ordinentur, nec alterius inferior calix, alterius superior ponatur. Inferior plus trahit, superior minus ducit: quia cursus aquæ ab inferiore rapitur. In quorundam fistulis ne calices quidem positi fuerunt: hæ fistulæ solutæ vocantur, & ut aquario libuit laxantur, vel coartantur. Adhuc illa aquariorum intolerabilis fraus est, *b* translatæ in novum possessorem aquæ foramen novum castello imponunt, vetus relinquunt, quo venalem extrahant aquam. In primis ergo hoc quoque emendandum curatori crediderim. Non enim solum ad ipsarum

a Aliàs EFFLUERE. *b* Aliàs *translatâ i. n. p. aquâ.*

psarum aquarum custodiam, sed etiam ad castelli tutelam pertinet, quod subinde & sine causa foratum vitiatur. Etiam ille aquariorum tollendus est reditus, quem vocant punctam. Longa ac diversa sunt spacia, per quæ fistulæ totâ meant Urbe, latentes sub silice. Has comperi per eum, qui appellabatur à punctis, passim [a] convulneratis omnibus in transitu [b] negotiatoribus, præbuisse peculiaribus fistulis aquam: quo efficiebatur, ut exiguus modus ad usus publicos proveniret. Quantum ex hoc modo aquæ sublatum sit, æstimo ex eo, quòd aliquantum plumbi sublati ejusmodi ramis reductum est.

SUPEREST tutela ductuum, de quâ prius quàm dicere incipiam, pauca de familiâ, quæ hujus rei causa parata est, explicanda sunt. Familiæ sunt duæ, altera publica, altera Cæsaris. Publica antiquior, [c] quam ab Agrippâ Augusto relictam, & ab eo publicatam diximus. Habet homines circiter [d] CCXL. Cæsaris familiæ, quam Claudius cùm aquas in Urbem perduceret constituit, numerus est CCCCLX. Utraque autem familia in aliquot ministeriorum species diducitur: villicos, [e] castellarios, curatores, silicarios, tectores, aliosque opifices. Ex his aliquos extra Urbem esse oportet ad ea quæ non sunt magnæ molitionis. Maturum tamen auxilium videntur exigere omnes in Urbe circa castellorum & munerum stationes, operaque quæ urgebunt, in primis ad subitos casus, ut ex compluribus regionibus, in quas necessitas incubuerit, converti possit præsidium aquarum abundantius. Tam amplum numerum utriusque familiæ solitum, ambitione aut negligentiâ præpositorum, in privata opera diduci, revocare ad aliquam disciplinam & publica ministeria, ita instituimus, ut pridie quid esset actura dictaremus, & quid quâque die egisset actis comprehenderetur. Commoda publicæ familiæ ex Ærario dantur, quod impendium exoneratur vectigalium reditu

a *Convulneratas.* b Aliàs *negotiationibus.* c Ita legendum.
d Aliàs CCLX. e Aliàs *castellanos.*

ditu ad jus aquarum pertinentium. Ea constat *a* ex hortis ædificiisve, quæ sunt circa ductus, aut castella, aut munera, aut lacus, quem reditum propè sestertium *b* CCL milium, salientem, ac vagum, proximis verò temporibus in Domitiani loculos versum, justitia Divi Nervæ populo restituit, nostra sedulitas ad certam regulam redegit, ut constarent, quæ essent ad hoc vectigal pertinentia loca. Cæsaris familia ex fisco accipit commoda, unde & omne plumbum, & omnes impensæ ad ductus, & castella, & lacus pertinentes, *c* erogantur.

QUONIAM quæ videbantur ad familiam pertinere exposuimus, ad tutelam ductuum, sicut promiseramus *d* divertimus, rem enixiore curâ dignam, cùm magnitudinis Romani Imperii id præcipuum sit indicium. Multa atque ampla opera subinde nascuntur, quibus antè succurri debet, quàm magno auxilio egere incipiant: pleraque tamen prudenti temperamento sustinenda sunt, quia non semper opus aut facere, aut ampliare quærentibus, credendum est. Ideoque non solùm scientiâ peritorum, sed & proprio usu curator instructus esse debet, nec suæ tantum stationis architectis uti, sed plurium advocare non minus fidem quàm subtilitatem, ut æstimet quæ repræsentanda, quæ differenda sint: & rursus, quæ per redemptores effici debeant, & quæ per domesticos artifices. Nascuntur opera ferè ex his causis, nam aut vetustate corrumpuntur, aut impotentiâ possessorum, aut vi tempestatum, aut culpâ malè facti operis, quod sæpius accidit in recentibus. Ferè aut vetustate, aut vi tempestatum partes ductuum laborant, quæ arcuationibus sustinentur, aut montium lateribus applicatæ sunt, & ex arcuationibus, eæque per flumen trajiciuntur. Ideò hæc opera solicitâ festinatione explicanda sunt. Minùs injuriæ subjacent subterranea, nec gelicidiis, nec caloribus exposita. *e* Vitia autem ejusmodi,

a Aliàs *ex olivetis, quæ.* *b* Aliàs CC milium. *c* Aliàs *erogabantur.* *d* Aliàs *divertamus.* *e* Aliàs *Vitia autem ejusmodi sunt, ut aut non interpellato, &c.*

aut talia ſunt, ut non interpellato curſu ſubveniatur eis, aut emendari niſi averſa non poſſint, ſicut ea quæ in ipſo alveo fieri neceſſe eſt. Hæc duplici ex causâ naſcuntur, aut limo concreſcente, qui interdum in cruſtam dureſcit, iterque aquæ coarctat: aut tectorio, quod corrumpitur, unde fiunt manationes, quibus neceſſe eſt latera rivorum & ſubſtructiones vitiari. Pilæ quoque ipſæ topho exſtructæ ſub tam magno onere labuntur. Refici quæ circa alveos ſunt rivorum æſtate non debent, ne aquæ intermittatur uſus tempore quo præcipuè deſideratur: ſed vere, vel autumno, & maximâ cum feſtinatione, ita ut antè præparatis omnibus quàm pauciſſimis diebus rivi ceſſent. Neminem fugit per ſingulos ductus hoc eſſe faciendum, ne, ſi plures pariter avertantur, deſit aqua Civitati. Ea quæ non interpellato aquæ curſu effici debent, maximè ſtructurâ conſtant, quam ſuis temporibus & fidelem fieri oportet. Idoneum ſtructuræ tempus eſt à Kalendis Aprilibus in Kalendas Novembres, ita ut optimum ſit intermittere eam partem æſtatis, quæ nimiis caloribus incandeſcit: quia temperamento cœli opus eſt, ut ex humore commodè ſtructura combibat, [a] & in unitate corroboretur. Non minus autem ſol acrior quàm gelatio præcipit materiam: neque ullum opus diligentiorem poſcit curam, quàm quod aquæ obſtaturum eſt. Fides itaque ejus per ſingula, ſecundùm legem notam omnibus, ſed à paucis obſervatam, exigenda eſt. Illud nulli dubium eſſe crediderim, proximos ductus, id eſt, qui à VI miliario lapide quadrato conſiſtunt, maximè cuſtodiendos: quoniam & ampliſſimi operis ſunt, & plures aquas ſinguli ſuſtinent, quos ſi neceſſe fuerit interrumpere, major pars aquarum Urbem Romam deſtituet. Remedia tamen ſunt, ut his difficultatibus inchoatus alveus excitetur ad libram deficientis. Alveus verò plumbatis canalibus, per ſpacium interrupti ductus, rurſus [b] contineatur. Porrò quoniam ferè omnes ſpecus per privatorum agros directi erant,

[a] Aliàs *& ſiccitate corroboretur.* [b] Aliàs *continuatur: & continuetur.*

rant, & difficilis videbatur futuræ impensæ [a] præparatio, ut alicujus constitutione succurreretur, simul ne accessu ad reficiendos rivos redemptores à possessoribus prohiberentur, Senatusconsultum factum est, quod subjeci:

QVOD. Q. ÆLIVS. TVBERO. P. FABIVS. MAXIMVS. COSS. V. F. DE. RIVIS. SPECVBVS. FORNICIBVSQVE. JVLIÆ. MARTIÆ. APPIÆ. TEPVLÆ. ANIONIS. REFICIENDIS. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. VT. CVM. II. RIVI. FORNICES. QVOS. AVGVSTVS. CÆSAR. SE. REFECTVRVM. IMPENSA. SVA. POLLICITVS. SENATVI. EST. REFICERENTVR. EX. AGRIS. PRIVATORVM. TERRAM. LIMVM. LAPIDEM. TESTAM. ARENAM. LIGNA. CÆTERAQVE. QVIBVS. AD. EAM. REM. OPVS. ESSET. VNDE. QVÆQVE. EARVM. PROXIME. SINE. INJVRIA. PRIVATORVM. TOLLI. SVMI. PORTARI. POSSINT. VIRI. BONI. ARBITRATV. ÆSTIMATA. DARENTVR. TOLLERENTVR. SVMERENTVR. EXPORTARENTVR. ET. EAS. RES. OMNES. EXPORTANDAS. EARVMQVE. RERVM. REFICIENDARVM. CAVSA. QVOTIES. OPVS. ESSET. PER. AGROS. PRIVATORVM. SINE. INJVRIA. EORVM. ITINERA. ACTVS. PATERENT. DARENTVR.

Plerumque autem vitia oriuntur ex impotentiâ possessorum, qui pluribus modis rivos violant. Primùm enim spacia, quæ circa ductus aquarum ex Senatusconsulto vacare debent, aut ædificiis, aut arboribus occupant. Arbores magis nocent, quarum radicibus & concamerationes & latera solvuntur: deinde vicinales vias, agrestesque per ipsas formas dirigunt: novissimè aditus ad tutelam præcludunt: quæ omnia Senatusconsulto, quod subjeci, provisa sunt:

QVOD. Q. ÆLIVS. TVBERO. P. FABIVS. MAXIMVS. V. F. AQVARVM. QVÆ. IN. VRBEM. VENIRENT. ITINERA. OCCVPARI. MONVMENTIS. ET. ÆDIFICIIS. ET. ARBORIBVS. CONSERI. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. CVM. AD. REFICIENDOS. RIVOS. SPECVSQVE. PER. QVÆ. ET. OPERA. PVBLICA.

[a] Aliàs *Præparationi alicujus*, *F. præparatio, ni alicujus.*

CORRUMPUNTUR. PLACERE. CIRCA. FONTES. ET. FORNICES. ET. MUROS. UTRAQUE. EX. PARTE. VACUOS. CENTENOS. QUINOS. DENOS. PEDES. PATERE. ET. CIRCA. RIVOS. QUI. SUB TERRA. ESSENT. ET. SPECUS. INTRA. URBEM. CONTINENTIA. ÆDIFICIA. UTRAQUE. EX. PARTE. QUINOS. PEDES. VACUOS. RELINQUI. ITA. UT. NEQUE. MONUMENTUM. IN. IIS. LOCIS. NEQUE. ÆDIFICIUM. POST. HOC. TEMPUS. PONERE. NEQUE. CONSERERE. ARBORES. LICERET. SI. QUÆ. NUNC. ESSENT. ARBORES. INTRA. ID. SPACIUM. a EXTIRPARENTUR. PRÆTERQUAM. SI. QUÆ. VILLÆ. CONTINENTES. ET. INCLUSÆ. ÆDIFICIIS. ESSENT. SI. QUIS. ADVERSUS. EA. COMMISERIT. IN. SINGULAS. RES. IN. DENA. MILIA. DAMNAS. ESSET. EX. QUIBUS. PARS. DIMIDIA. PRÆMIUM. ACCUSATORI. DARETUR. CUJUS. OPERA. MAXIME. CONVICTUS. ESSET. QUI. ADVERSUS. HOC. S. C. COMMISISSET. PARS. ALTERA. MEDIA. IN. ÆRARIUM. REDIGERETUR. DEQUE. EA. RE. JUDICARENT. COGNOSCERENTQUE. CURATORES. AQUARUM.

Posset hoc Senatusconsultum æquissimum videri, etiamsi ex Rei tantùm publicæ utilitate ea spacia judicarentur, multo magis cùm majores nostri, admirabili æquitate, ne ea quidem eripuerunt privatis, quæ ad modum publicum pertinebant. Sed cùm aquas perducerent, si difficilior possessor in parte vendendâ fuerat, pro toto agro pecuniam intulerunt, ac post determinata necessaria loca, rursus eum agrum vendiderunt, ut in suis finibus proprium jus tam Res publica quàm privata haberet. Plerique tamen non contenti occupasse fines, ipsis ductibus manus attulerunt per semitas solutas passim, & rursus jus aquarum impetratum habent, aquarii quantulâcunque beneficii occasione ad expugnandos nunc abutuntur. Quid porrò fieret, si non universa ista diligentissimâ lege prohiberentur, pœnaque non mediocris contumacibus intentaretur? Quæ subscripsi, hæc sunt verba legis:

T. QUIN-

a Aliàs EXCIDERENTUR.

T. QUINTIUS. CRISPINUS. COS. POPULUM. JURE. ROGAVIT. POPULUSQUE. JURE. SCIVIT. IN. FORO. PRO. ROSTRIS. a ÆDIS. DIVI. JULII. PO. RO. ET. JULIAS.. TRIBUI. SERGIA. PRINCIPIUM. FUIT. PRO. b TRIBUS. SEX. L. F. VARRO. QUICUNQUE. POST. HANC. LEGEM. ROGATAM. RIVOS. SPECUS. FORNICES. FISTULAS. CASTELLA. TUBULOS. LACUS. AQUARUM. PUBLICARUM. QUÆ. AD. URBEM. DUCUNTUR. c EARUMVE. QUAM. SCIENS. DOLO. MALO. FORAVERIT. RUPERIT. FORARE. RUMPEREVE. CURAVERIT. PEJOREMVE. FECERIT. QUO. MINUS. EA. AQUA. d EARUMVE. QUA. IN. URBEM. ROMAM. IRE, CADERE. e FLUI. PERVENIRE. DUCI. POSSINT. QUOVE. MINUS. IN. URBE. ROMA. ET. IN. HIS. ÆDIFICIIS. QUÆ. URBI. CONTINENTIA. SUNT. ERUNT. IN. HISQUE. HORTIS. PRÆDIIS. LOCIS. QUORUM. HORTORUM. PRÆDIORUM. LOCORUM. DOMINIS. f POSSESSORIBUS. g V. F. AQUA. DATA. VEL. ADTRIBUTA. EST. VEL. ERIT. UT. SALIAT. DISTRIBUATUR. DIVIDATUR. IN. CASTELLA, LACUS. IMMITTATUR. IS. P. R. C. MILIA. DARE. DAMNAS. ESTO. ET. QUI. CLAM. QUID. EORUM. ITA. FECERIT. ID. OMNE. SARCIRE. REFICERE. RESTITUERE. ÆDIFICARE. PONERE. h ET. CELARE. DEMOLIRI. DAMNAS. ESTO. SINE. DOLO. MALO. ATQUE. ITA. OMNINO. UT. QUICUNQUE. CURATOR. AQUARUM. EST. ERIT. i SI. CURATOR. AQUARUM. EST. VEL. ERIT. TUM. IS. PRÆTOR. QUI. INTER. CIVES. ET. PEREGRINOS. JUS. DICIT. MULCTAM. PIGNORIBUS. COACTO. COERCITO. EIQUE. CURATORI. AUT. SI. CURATOR. k NON. ERIT, TUM. EI. PRÆTORI. EO. NOMINE. COGERE. ET. COERCERE. MULCTÆ. DICENDÆ. SIVE. PIGNORIS. CAPIENDI. JUS. POTESTASQUE. ESTO. SI. QUID. EORUM. SERVUS. FECERIT. DOMINUS. EJUS.

a Vide Notas. b TRIBU Briss. c Aliàs absunt ista, EARUMVE. QUAM. d Aliàs EORUMVE. AQUÆ. e Alii FLUERE. f POSSESORIBUSVE. AQUA. DATA. g non agnoscit Brisson. h Aliàs absunt ista, ET. CELARE. Sic Briss. i Briss. hæc omittit usque ad AUT. SI. k NEMO Briss.

CENTVM. MILIA. POPULO. DET. SI. QUIS. CIRCA. RIVOS. SPECUS. FORNICES. FISTULAS. TUBULOS. CASTELLA. LACUS. * AQUARUM. PUBLICARUM. QUA. AD. URBEM. ROMAM. DUCUNTUR. ET. DUCENTUR. * TERMINATUS. STETERIT. * NEQUE QUIS. EO. LOCO. POST. HANC LEGEM. ROGATAM. QUID. OPPONIT. MOLIT. OPSEPIT. FIGIT. STATUIT. PONIT. COLLOCAT. ARAT. a SERITVE. VEL. IN. EUM. LOCUM. QUID. IMMITTIT. PRÆTERQUAM. EORUM. FACIENDORUM. REPONENDORUM. CAUSA. PRÆTERQUAM. QUIDEM. HAC. LEGE. LICEBIT. OPORTEBIT. QUI. ADVERSUS. EA. QUID. FECERIT. ET. b ADVERSUS. EA. REPSERIT. EX. JUSSU. CAUSAQUE. OMNIUM. RERUM. OMNIBUS. ESTO. DAMNAS. UTIQUE. ATQUE. UTI. ESSET. ESSEQUE. OPORTERET. SI. IS. ADVERSUS. HANC. LEGEM. RIVUM. SPECUM. RUPISSET. FORASSETVE. QUIQUE. SPECUM. FORASSET. RUPISSETVE. QUO. MINUS. IN. EO. LOCO. PASCERE. HERBAM. FOENUM. SECARE. SENTES. VEPRES. CAPRIFICOS. CURATORES. AQUARUM. QUI. NUNC. SUNT. QUIQUE. ERUNT. CIRCA. FONTES. ET. FONTIUM. ET. MURORUM. CURAM. RIVOS. ET. SPECUS. TERMINATOS. ARBORES. VITES. VEPRES. SENTES. RIPÆ. MACERIA. SALICTA. HARUNDINETA. EXCIDANTUR. TOLLANTUR. EFFODIANTUR. c EXCORTICENTUR. UTIQUE. RECTE. FACTUM. ESSE. VOLET. EOQUE. NOMINE. IIS. PIGNORIS. CAPTIO. d MULCTA. EDICI. ∴∴∴. OR. UTIQUE. ESTO. IDQUE. IIS. SINE. FRAUDE. SUA. FACERE. LICEAT. JUS. POTESTASQUE. ESTO. ∴∴ e QUO. MINUS. VITES. ARBORESQUE. VILLIS. ÆDIFICIIS. MACERIISVE. INCLUSÆ. SINT. MACERIÆ. QUAS. CURATORES. AQUARUM. CAUSA. COGNITA. NE. DEMOLIRENTUR. DOMINIS. PERMISERUNT. QUIBUS. INSCRIPTA. INSCULPTAQUE. ESSENT. IPSORUM. QUI. PERMISISSENT. CURATORUM. NOMINA. MANEANT. f EJUS. HAC. LEGE. NIHIL.

*** Aliter hæc in aliis. Vide Notas. *a* Ita legendum. b ADVERSUS. EUM. SIREMPS. LEX. IUS. CAUSAQUE. OMNIUM. RERUM. OMNIBUS. ESTO. UTIQUE. ESSET. c Aliàs EXCODICENTUR. d MULCTÆ. DICTIO. COERCITIOQUE. ESTO. Vide Notas. *e* Nihil hîc videtur deesse. *f* Ita legendum & hîc & proximo asteriſco.

NIHIL. ABROGATUR. QUO. MINUS. EX. HIS. FONTIBUS. RIVIS. SPECUBUS. FORNICIBUS. AQUAM. HAURIRE. SUMERE. IIS. QUIBUSCUNQUE. CURATORES. AQUARUM. PERMISERUNT PRÆTERQUAM ROTA. CALICE. MACHINA. LICEAT. DUM. NEQUE. PUTEUS. NEQUE. FORAMEN. NOVUM. FIAT. *a* EJUS. HAC. LEGE. NIHIL. ABROGATUR.

Utiliſſimæ legis contemptores non negaverim dignos pœnâ quæ intenditur. Sed negligentiâ longi temporis deceptos leniter revocari oportuit. Itaque ſedulò laboravimus, ut, quantum in nobis fuit, etiam ignorarentur qui erraverant. His verò, qui admoniti ad indulgentiam Imperatoris decurrerunt, poſſumus videri cauſa imperati beneficii fuiſſe: *a* in reliquo verò opto ne executio legis neceſſaria ſit, cùm officii fidem etiam per offenſas tueri præſtet.

a Aliàs *In reliquo verò opere executio n. ſ.*

SEXTI
JULII FRONTINI
V. C.
COMMENTARII
DE AQUÆDUCTIBUS ROMÆ.
FINIS.

LEGES SIVE CONSTITUTIONES IMPERIALES DE AQUÆDUCTIBUS TAM ROMÆ VETERIS QUAM NOVÆ, URBIS SCILICET CONSTANTINOPOLITANÆ.

IMP. CONSTANTINUS A. AD MAXIMILIANUM COS.

AQUARUM *possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis* a *oneribus volumus esse immunes, ut eorum operâ aquarum ductus sordibus oppleti mundentur, nec ad aliud superindictæ rei onus hisdem possessoribus adtinendis; ne circa res alias occupati repurgium formarum facere non curent. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur. Nam fiscus ejus prædium obtinebit, cujus negligentia perniciem formæ congesserit. Præterea scire eos oportet, per quorum prædia ductus commeat, ut dextrâ lævâque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: observante tuo officio, ut si quo tempore pullulaverint, excidantur; ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat.* XV. *Kal. Jun.* b *Gallicano & Symmacho COSS.*

IMPPP. VALENTINIANUS, VALENS, ET GRATIANUS AAA. FORTUNATIANO C.R.P.

AQUÆDUCTUS, *qui Dafnensi palatio usum aquæ præstat, quorumdam aviditate tenuatur adpotis majoribus fistulis,*

a *Muneribus.* b ANNO URBIS CONDITÆ CIↃLXXXII. CHRISTI CCCXXXI.

ſtulis, quàm ex Imperiali largitate meruerunt. Conſenſu igitur omnium in tribus locis conceptacula reparentur, & ſingulorum nomina, modusque ſervandus tabulis adſcribatur: Et ſi ultra licitum aliquem uſurpare conſtiterit, per ſingulos obolos libræ unius auri diſpendiis ingravetur: Et ſi tenore Sacri reſcripti aliquis certum modum aquæ meruiſſe noſcetur, non priùs eidem accipiendi poteſtas aliquatenus tribuatur, niſi adito Rectore ex ipſo conceptaculo quantitatem, quam meruit, poſſit adipiſci. Dat. III. *Kal. Novemb. Antiochiæ,* [a] *Valentiniano* N. P. *& Victore COSS.*

IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS, ET THEODOSIUS AAA. CLEARCHO P. V.

SUMMAS *quidem domus ſi lavacris lautioribus præſententur, binas non ampliùs aquæ uncias, aut, ſi hoc ampliùs exegerit ratio dignitatis, ſupra ternas neutique poſſidere: mediocres verò & inferioris meriti domus ſingulis & ſemis contentas eſſe decernimus. Si tamen hujuſcemodi balneas eaſdem habere claruerit, ceteros verò, qui manſionum ſpatio anguſtiore ſuſtentantur, ad mediæ unciæ uſum tantùm gaudere præcipimus: neque obreptionem cuiquam patere: ita ut quod tibi paret officium, ſex librarum auri multâ feriatur, niſi prodiderit uſurpantes: & is, qui fefellit, careat impetrato. Dat.* X. *Kal. Jul. Conſtantinopoli,* [b] *Antonio & Syagrio COSS.*

IIDEM AAA. CYNEGIO PP.

AD *portus & aquæductus inſtaurationem, omnes certatim, factâ operarum conlatione, inſtare debent: neque aliquis ab hujuſcemodi conſortio dignitatis privilegiis excuſari. Dat.* XV. *Kal. Februar. Conſtantinopoli,* [c] *Richomere & Clearcho COSS.*

[a] ANNO V. C. CIƆCXXII. CHRISTI CCCLXXI. [b] ANNO V. C. CIƆCXXXV. CHRISTI CCCLXXXIV. [c] ANNO V. C. CIƆCXXXVII. CHRISTI CCCLXXXVI.

IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ET ARCADIUS AAA. PANCRATIO P. V.

SI *quis de cetero vetiti furoris audaciâ florentissimæ Urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquæductu publico derivando, sciat eundem fundum fiscalis tituli proscriptione signatum privatis rebus nostris adgregandum. Dat.* VIII. a *Constantinopoli, Timasio & Promoto* Coss.

IIDEM AAA ALBINO V. P. ROM.

EOS, *qui aquæ copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, ejus usum aut ex castellis, aut ipsis formis jubemus elicere, neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum ac soliditatem adtentare. Dat.* V. *Kal. Septemb.* b *Romæ, Timasio & Promoto* Coss.

IMPP. ARCADIUS, ET HONORIUS AA. AD AFRICANUM P. V.

QUICUMQUE *ex aquæductu magis quàm ex castellis aquæ usum putaverit derivandum, etiam id, quod priùs jure beneficii fuerat consecutus, amittat. In eum verò pro conditione personæ conveniet severissimo supplicio vindicari, qui adversus statuta hujus Sacri oraculi avidæ cupiditatis noluerit frenæ cohibere, ut privatis indulti meatus mensura famuletur. Dat. PP.* IV. *Kal. Iun.* c *Constantinopoli, Olybrio & Probino* Coss.

IIDEM AA. ASTERIO COM. OR.

USUM *aquæ veterem longoque dominio constitutum singulis civibus manere censemus, nec ullâ novatione turbari: ita tamen,*

a ANNO V. C. CIↃCXLII. CHRISTI CCCXCI. b ANNO V. C. CIↃCXLII. CHRISTI CCCXCI. c ANNO V. C. CIↃCXLVIII. CHRISTI CCCXCVII.

tamen, ut quantitate singuli, quam veteri licentiâ percipiunt, more usque in præsentem diem perdurante percipiant: mansurâ pœnâ in eos, qui ad inrigationes agrorum, a *vel hortorum delicias, furtivis aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kal. Novemb.* b *Cæsario & Attico* Coss.

IIDEM AA. MESSALÆ PP.

Ex *formâ, cui nomen Augusta est, quæ in Campania sumptu publico reparata est, nihil privatim singulorum usurpatio præsumat, neque cuiquam posthac derivandæ aquæ copia tribuatur. Si quis autem meatum aquæ ausus fuerit avertere, quinque libras auri ærario nostro inferre cogatur. Quidquid etiam ob eam fraudem ex rescripto fuerit elicitum, vel qualibet arte tentatum, inritum habeatur. Dat.* v. *Kal. Ianuar.* c *Med. Theodoro* v. c. Coss.

IIDEM AA. AD FLAVIANUM P. V.

Ne *quis Claudiam, interruptis formæ lateribus atque perfossis, sibi fraude* d *elicita existimet vindicandam. Si quis contra fecerit, earum protinùs ædium & locorum amissione multetur. Officium præterea, cujus ad solicitudinem operis hujus custodia pertinebit, hâc pœnâ constringimus: ut tot librarum auri inlatione multetur, quod uncias* e *Claudiæ nostrâ cohibentiâ ejus usurpatas fuisse constiterit. Dat.* vi. *Id. Novemb.* f *Med. Stilicone & Aureliano* Coss.

IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. †***

Si *quis per Divinam liberalitatem meruerit jus aquæ, non Viris Clarissimis Rectoribus provinciarum, sed tuæ præcellen-*

a Legendum *vel hortorum, deliciis furtivis aquarum m. a.* Vide Notas. *b* ANNO V. C. CIↃCL. CHRISTI CCCXCIX. *c* ANNO V. C. CIↃCLII. CHRISTI CCCCI. d *licitâ* vel *elicitum.* e Legendum *Claudiæ nostræ conniventiâ ejus, &c.* Vide Notas. *f* ANNO V. C. CIↃCLIII. CHRISTI CCCCII. † CYRO P. P.

cellentissimæ sedi Cælestes apices intimare debebit: condemnatione contra illum, qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra universos administratores, qui rescriptum per subreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponendâ: apparitoribus nihilominùs eorumdem Virorum Clarissimorum provinciæ moderatorum, animadversionibus pro vigore tui culminis subjugandis: & amplissimâ tuâ sede dispositurâ, quid in publicis thermis, quid in nymphæis pro abundantiâ civium conveniat deputari, quid his personis, quibus nostra Serenitas indulsit, ex aquâ superfluâ debeat impertiri. ***

IIDEM AA. †***

OMNIS *servitus aquæductus Hadriani, sive domorum, sive possessionum, sive suburbanorum, sive balneorum, vel per Divinos affatus intimatos in quolibet judicio, vel per usurpationem impertitos, penitùs exprobretur. Maluimus etenim prædictum aquæductum nostri palatii publicarum thermarum ac nymphæorum commoditatibus inservire. Et decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum servari: nemini licentiâ tribuendâ ab eodem aquæductu precibus oblatis usum aquæ petere, vel eum audere perforare: scientibus his, qui quâlibet ratione putaverint ad hujusmodi* a *emolumentum accedere, vel officio, si ausus fuerit instruere, vel minùs instructis precibus parêre, centena pondo auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse inlaturos. Super his sancimus sulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari, sed ex utroque latere decempedale spatium integrum inlibatumque servari. Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, quas* b *providentiæ tuæ magnificentiâ factas fuisse cognovimus, eamdem formam servari censemus. Etenim memoratas fistulas thermis tantum & nymphæis, quibus eminentia tua deputaverit, volu-*

† CYRO P. P. a *molimen*, vide Notas. *b* Providentiâ magnificentiæ, *melius fortè* providentiæ tuæ munificentiâ.

volumus inservire: facultate præbendâ tuæ sublimitatis apparitoribus circumeundi sine formidine domus, suburbana balnea ad requirendum, ne qua deceptio, vel suppressio, vel insidiæ contra publicam utilitatem à quoquam penitus adtententur. Dat. ***

IIDEM AA. †***

AD *reparationem aquæductus hujus almæ Urbis omnia vectigalia, qua colligi possunt ex universis* a *calculis hujus inclytæ Urbis, & ex operariis, qui* b *Zizacem dicuntur, ad refectionem ejusdem aquæductus procedere: illo videlicet observando, ut nemo eorum, qui jus aquæ possident, quâcumque descriptione sustineat. Nam exsecrabile videtur domos hujus almæ Urbis aquam habere vænalem.* ***

IMP. ZENO A. †***

HAC *lege sancimus, ut si quis amplissimam præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum ad alterum quodlibet opus, non aquæductibus vel aquæ publicæ competens, exstruendum, vel curandum putaverit convertendum: de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur. Separatus verò arcarius aurum suscipiat gloriosissimorum Consulum liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel posteà colligendum.* ***

IDEM A. *PORATIO.

DILIGENTER *investigari decernimus, qui publici ab initio fontes, vel cùm essent ab initio privati, postquam publicè usum præbuerunt, ad privatorum usum conversi sunt, sive Sacris apicibus per subreptionem impetratis, ac multò ampliùs si auctoritate inlicitâ, nec appetito colore Sacri oraculi, hujusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut jus suum regiæ civitati restituatur, & quod publicum fuit aliquando, minimè sit privatum, sed ad communes usus recurrat: Sacris oraculis, vel pragmaticis*

† EUTYCHIANO P. P. a b *Varietatem lectionis, & quomodo legendum, vide in Notis.* † ADAMANTIO P. V. * SPORATIO.

ticis sanctionibus adversus commoditatem Urbis quibusdam inpertitis, jure cassandis: nec longi temporis præscriptione ad circumscribenda civitatis jura profuturâ. ***

IDEM A. PONTIO.

DECERNIMUS, *ne quid à quâcumque personâ qualibet dignitate præditâ contra* a *munuscularios aquæductus, vel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt, pertentetur. Sed & si quis clam vel palam auctoritate confisus de iisdem* b *paralogiis, vel fontibus aquam transduxerit, vel clandestinis insiduis fortè subripuerit publicis aquæductibus; eam restituere compellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in posterum à quolibet juxta eosdem aquæductus plantari qualescumque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductus, quod antiquis etiam Constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus universis, quòd in posterum super hujusmodi commissis suburbanum, vel prædium, vel balneum, vel aquæ mola, vel hortus, ad cujus usum aqua publica fuerit derivata: vel si quid ex his juxta aquæductum positum ad eum pertinet, qui plantavit arbores aquæductibus noxias, ad quemcumque pertineat locum, vel hominem, vel domum, proscriptionis titulo subjacebit, & fisci juribus vindicetur: nulli super hujusmodi pœna nec per Sacros apices venia tribuenda. Universos autem aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum hujus regiæ Urbis custodes deputati sunt, singulis manibus eorum felici nomine Pietatis nostræ impressi signari decernimus, ut hujusmodi adnotatione manifesti sint omnibus; nec à procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad usus alios avellantur, vel angariarum, vel operarum nomine teneantur. Quòd si quem ex iisdem aquariis mori contigerit, eum nihilominùs qui in locum defuncti subrogatur, signo eodem notari præcipimus: ut militiæ quodammodo sociati, excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant, nec muneribus aliis occupentur.* ***

IMP.

a Vide Notas. b *paragogiis.*

IMP. JUSTINIANUS A. *SERVO P. P.

DIVINAM *dispositionem ab inclytæ recordationis Principe Theodosio super his, qui aquam sibi de publicis aquæductibus seu fontibus præberi desiderant, promulgatam, hac etiam lege in suâ firmitate durare sancimus, quatenus nemo vel in hâc sacratissimâ Civitate, vel in provinciis, sive Divinis apicibus de Sacro epistolarum scrinio more solito edendis, & judicio tuæ celsitudinis, vel aliis, quorum interest, intimatis vel intimandis, aquam de publico aquæductu seu fonte trahere permittatur: his quicumque jussa nostra violaverit, seu violare concesserit, denarum librarum auri condemnatione, aliâque gravissimâ indignatione feriendis.*

FORMULA COMITIVÆ FORMARUM URBIS: AUCTORE MAGNO AURELIO CASSIODORO V. C.

QUAMVIS *Romuleæ fabricæ conlatæ sibi vix possint præcipuæ reperiri (quia totum id admiratione noscitur exquisitum, quod ibi cernitur esse fundatum) tamen interesse arbitramur, quod utilitas necessaria gratificat, & quod pulchritudinis tantùm causa commendat. Trajani forum vel sub assiduitate videre miraculum est. Capitolia celsa conscendere, hoc est, humana ingenia superata vidisse. Sed numquid per ea vivitur, aut corporis salus aliquâ inde delectatione recreatur? In formis autem Romanis utrumq; præcipuum est, ut fabrica sit mirabilis, & aquarum salubritas singularis. Quòd enim illuc flumina quasi constructis montibus perducuntur, naturales credas alveos soliditates saxorum: quando tantus impetus fluminis, tot sæculis firmiter potuit sustineri. Cavati montes plerumque subruunt, meatus torrentium dissipantur, & opus illud veterum non destruitur, si industriâ suffragante servetur. Respiciamus certè, aquarum quantum Romanis mœnibus præstat*

orna-

ornatum. Nam thermarum illa pulchritudo quid esset, si dulcissima quædam æquora non haberet? Currit aqua Virgo sub delectatione purissimâ, quæ ideò sic appellata creditur, quod nullis sordibus polluatur: nam cùm aliæ pluviarum nimietate terrenâ commixtione violentur, hæc aërem perpetuò serenum purissimè labens unda mentitur. Quis possit talia sermonibus idoneis explicare? Claudiam per tantam fastigii molem sic ad Aventini caput esse perductam, ut cùm ibi ex alto lapsa ceciderit, cacumen illud excelsum quasi imam vallem irrigare videatur. Ægyptius Nilus certis temporibus crescens per campos jacentes superducto diluvio aëre sereno turbulentus exæstuat: sed quanto pulchrius est, Claudiam Romanam per tot siccas montium summitates lavacris ac domibus liquores purissimos, fistularum uberibus emisisse? & ita æqualiter fluere, ut numquam se possit desiderata subducere? Ille enim dum recedit, limus est: dum venit insperatè, diluvium. Quis ergo famosum Nilum Urbis nostræ fluminibus non æstimet esse superatum, quando ille incolas suos aut veniendo terret, aut recedendo destituit? Verùm hæc non superfluâ commemoratione narravimus, ut possis advertere, qualis à te diligentia perquiratur, cui pulchritudo tanta committitur. Quâ de re per Indictionem illam, Comitivam tibi formarum sub magnâ deliberatione credidimus: ut summo studio nitaris efficere, quod tantis ac talibus rebus videris expedire. In primis noxias arbores, quæ inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam mœnium importabiles arietes, censemus radicitùs amputari: quia nulla læsio removetur, cujus origo non tollitur. Si quid autem conficiente senio fuerit demolitum, pervigili celeritate reparetur: ne crescente defectu augeatur nobis caussa dispendii. Ductus aquæ fortuna tua est, dum incolumis eris, si illa solidaveris: tantumque apud nos proficis, quantum te illi studuisse probaveris. Agat ergo peritia fidesque tua, ut & constructio fabricæ inlibata permaneat, & aquæ distributio nullâ se custodum vænalitate subducat.

FINIS.

SEXTI JULII FRONTINI VIRI CONSULARIS, DE RE AGRARIA, id est, DE AGRORUM QUALITATIBUS ET EORUMDEM CONTROVERSIIS LIBER UNUS.

D

tio,
quar
quo
ta p
tyro
me
& fr
culo
ligen
aliqu
vonse
erim
bum
pos
tibu

SEXTI JULII FRONTINI V. C. DE RE AGRARIA, LIBER.

JULIUS FRONTINUS CELSO S.

NOTUM est omnibus, Celse, penes te studiorum nostrorum manere summam. Idcoque primum sedulitatis meæ impendium judiciis tuis offerre proposui. Nam cùm sibi inter æquales quendam locum deposcat æmulatio, neminem magis conatibus nostris profuturum credidi, quàm qui inter eos in hac parte plurimum possit. Itaque quo cultior in quorundam notitiam veniat, omnia tibi nota perlaturus ad te primùm liber iste [a] festinat, ut apud te tyrocinii rudimenta deponat, tecum conferat, quicquid à me inter ipsas armorum exercitationes accipere potuit. Nam & si meretur publicâ conversatione sufferre universorum oculos, à te potissimùm [b] incipiat. Quòd si illi parum diligentem adhibitam curam esse credideris, & si in parvo in aliquâ cessasse videamur parte, non exiguum laboris mei consequar fructum, quòd te monente malignorum lucrifecerim existimationem. Quæso itaque, si non est improbum, habeat apud te quandam excusationem, quòd non potuerit eo tempore consummari, quo genus hoc ferventibus studiis nostris disputatum est. Omnium enim, ut

 puto,

a Aliàs *festinet*. b Aliàs *incipiet*.

puto, liberalium ſtudiorum ars, ampla materia eſt, cui ne quid deſit in hac modicâ re ingenti animo admoveram vires. Intervenit clara ſacratiſſimi Imperatoris noſtri expeditio, quæ me *a* in ipsâ ſcribendi feſtinatione præpediit. Nam dum armorum magis exerceor curis, totum hoc negotium velut oblitus intermiſeram, nec quicquam aliud quàm belli gloriam cogitabam: at poſtquam primùm hoſticam terram intravimus, ſtatim *b* celſi Cæſaris noſtri opera menſurarum ratione exercere cœpi. Erant dandi, interveniente certo itineris ſpatio, duo rigores ordinati, quibus in tutelam commeandi ingens vallorum adſurgeret moles: mox interventu operis decisâ parte ferramenti uſus explicuit. Nam quod ad notitiam pontium pertinet, & fluminum latitudinem dicere, etiamſi hoſtis infeſtare voluiſſet, ex proximâ ripâ poteramus. Expugnandorum deinde montium altitudines ut ſcirem, hanc mihi venerabiles Dii rationem monſtrabant, quos ego in omnibus templis adorabam. At poſtquam magnorum Deorum experimenta religioſiùs colere cœpi, ad conſummandum hunc librum, velut ad vota reddenda properavi. Poſtquam ergo maximus Imperator victoriam Dacicam proximè *c* reſeravit, ſtatim ad Septentrionalem plagam tranſire permiſit. Ego ad ſtudium meum tanquam ad otium ſum reverſus, & multa velut ſcripta foliis & ſparſa, in artis ordinem laturus, recollegi. Fœdum enim mihi videbatur, ſi genera angulorum *d* quot ſint interrogatus, reſponderem, multa. Ideoque rerum ad profeſſionem noſtram pertinentium in quantum potui occupatus, ſpecies, qualitates, conditiones, *e* modum, & numerum excuſſi: per quæ ſatis ampla mediocritatis meæ opinio ſervabitur, ſi illa vir tantæ auctoritatis judicaveris ſtudentibus profutura.

Ergo ne quid nos præteriiſſe videamur, omnium menſurarum appellationes conferamus. Nam menſura non tantùm

a Aliàs *ab i. ſ. f. ſeduceret.* *b* Aliàs *cæleſtia Cæſaris.* Fortè *cœleſti A. Cæſaris.* *c* Aliàs *reſervavit.* *d* Aliàs *quod ſi*, aliàs *quaſi.* *e* Aliàs *modos, & numeros.*

tùm ista, de quâ loquimur, appellatur: sed & quicquid pondere, aut capacitate, aut animo finitur, mensuram æquè quàm longitudinem appellant. Quid ergò mensura sit, de quâ quæritur, tractemus. Mensura est complurium & inter se æqualium intervallorum longitudo finita. Mensura est, ut pes per uncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actum passus, per passus stadium, per stadium miliarium. Minima harum mensurarum pars est digitus: si quid enim [a] intra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidiam aut tertiam partem digiti. In pede porrecto semipedes duo: in pede constrato semipedes quatuor: in pede quadrato semipedes octo. Pes habet palmos quatuor, uncias duodecim, digitos sexdecim. Palmus habet digitos quatuor, uncias tres. Sextans quæ eadem dodrans appellatur, habet palmos tres, uncias novem, digitos duodecim. Hæc omnis mensura diligenter & fideliter exquirenda est. Ideoque monemus, ut [b] unus quis suos fines teneat, non alienos lacessat. Nam ideo est

Limes agro positus litem ut discerneret arvis.

Nam ante Jovem limites non parebant, qui dividerent agros. Vicinorum autem exempla sumite, de quibus possitis inculpabiles proferre sententias. Nam ideo ager pedibus mensuratur, ut veritas declaretur.

DE AGRORUM QUALITATIBUS.

AGRORUM Qualitates sunt tres: Una agri divisi & assignati; altera mensurâ per [c] extremitates comprehensi: tertia arcifinii, qui nullâ mensurâ continetur. [d] Ager ergo divisus & assignatus, est coloniarum: hic habet conditiones duas: Unam, quâ plerumque limitibus continetur: alteram, quâ per proximos possessionum rigores assignatus

 est:

[a] *Infra.* b *unusquisque.* c Aliàs *extremitatem.* d Aliter hæc producit in Commentario suo Aggenus.

est: sicut in Campaniâ *a* Suessæ Aruncæ. Quicquid autem secundùm hanc conditionem in longitudinem est *b* delimatum, per strigas appellatur: quidquid per altitudinem, per scamna. Ager ergo limitatus, hac similitudine Decumanis & Cardinibus continetur. Ager per strigas & per scamna *c* divisus & assignatus est more antiquo in hâc similitudine, quâ in provinciis arva publica coluntur. Ager est mensurâ comprehensus, cujus modus universus civitati est assignatus: sicut in Lusitaniâ Salmaticensibus: aut in Hispaniâ citeriore *d* Palatinis, & compluribus provinciis: tributarius solus per universitatem populis est definitus. Eâdem ratione & privatorum agrorum mensuræ aguntur. Hunc agrum multis locis mensores, quamvis extremum mensurâ comprehenderint, in formam in modum limitum condiderunt. Ager arcifinius est, qui nullâ mensurâ continetur: finitur secundùm antiquam observationem, fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus antemissis, aquarum divergiis, *e* & si qua loca, hoc est quæ ante à possessore potuerunt obtineri. Nam ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus, qui postea interventu litium, per ea loca, quibus *f* finit, terminos *g* accipere cœpit. In his agris nullum jus subsecivorum intervenit. Subsecivum est quod à subsecante lineâ nomen accepit subsecivum. Subsecivorum genera sunt duo: Unum quod in extremis assignatorum finium centuriâ expleri non potuit: aliud genus subsecivorum quod in mediis assignationibus, & integris centuriis intervenit: quicquid enim inter IIII limites minus quàm *h* interclusum est fuerit assignatum, in hâc remanet appellatione: ideo quòd is modus, qui assignationi superest, lineâ cludatur & subsecetur. Nam & reliquarum mensurarum

a Ita lego, inductâ distinctione. b *delimitatum.* *c* Aliàs *divisus assignatur more antiquo in hanc similitudinem, quo i. p. a. p. colunt.* d *Palantinis, & compluribus provinciis, tributarium solum p. v. p. e. definitum.* e *& per ea loca quæ antiquitus à possessore*, &c. Aggenus. f *finitur.* g *accepit.* Vide Aggenum. *h* Aliàs *intraclusum.*

ſurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem intereſt, ſubſecivum [a] appellatur. Eſt ager ſimilis ſubſecivorum conditioni extracluſus & non aſſignatus, qui ſi [b] R.P. populi Romani, aut ipſius coloniæ, cujus fine circundatur, ſive peregrinæ urbi, aut locis ſacris, aut religioſis æquè ad populum Romanum pertinentibus datus non eſt, jure ſubſecivorum, in ejus, qui aſſignare potuerit, remanet poteſtate. Ager extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interjacet: ideoque extracluſus, quia ultra limites finitimâ lineâ cluditur.

DE CONTROVERSIIS.

MATERIÆ controverſiarum ſunt duæ, finis & locus: harum [c] conditio alterutra continetur, quicquid ex agro [d] de his intervenit. [e] Sed quoniam in his quoque partibus ſingulæ controverſiæ diverſas proprias habent conditiones, propriæ ſunt nominandæ: ut potui ergo comprehendere, genera ſunt controverſiarum numero XV:

I, De poſitione terminorum. II, De rigore. III, De fine. IV, De loco. V, De modo. VI, De proprietate. VII, De poſſeſſione. VIII, De alluvione. IX, De jure territorii. X, De ſubſecivis. XI, De locis publicis. XII, De locis relictis & extracluſis. XIII, De locis ſacris & religioſis. XIV, De aquâ pluviâ arcendâ. XV, De itineribus.

I, De poſitione terminorum controverſia eſt inter duos pluresve vicinos. Inter duos, an in rigore ſit ceterorum ſive rationis? Inter plures, trifinium faciat an quadrifinium? De horum opinione [f] cùm conſtitit menſori, ſi ſecundùm proximi temporis poſſeſſionem non conveniunt, diverſas

[a] Aliàs *appellamus. Eſt & Ager*, &c. [b] Aliàs R.P. P.R. Aliàs *Reip. pop. R.* [c] τὸ *conditio* aliàs ignoratur. [d] Aliàs *diſconvenit.* [e] Aliàs *Sed quoniam his*, &c. [f] Aliàs *cùm conſiſtit in menſoris deſinitione; ſecundùm*, &c.

attiguis possessoribus faciunt controversias, sed ab integro alius fortè de loco, alius de fine litigat.

II, De rigore controversia est finitimæ conditionis, quoties inter duos pluresve terminos ordinatos, sive quæ alia signa, secundùm legem Mamiliam intra quinque pedes agitur.

III, De fine similis est controversia: nec dubium est, quin suprà de finis conditione dixerim: nam & eâdem lege continetur, & de quinque pedum agitur latitudine. Sed de fine, quicquid per flexus quibus arcifinii agri continentur, ut per extrema compromontoria, aut summa montium, aut fluminum cursus, aut locorum natura, quam supercilium appellant.

IV, De loco controversia est, quicquid excedit supra scriptam latitudinem, cujus modus ad patentem non proponitur. Hæc autem controversia frequenter in arcifiniis agris variorum signorum demonstrationibus exercetur, ut fossis, fluminibus, arboribusque antemissis, aut culturæ discrimine.

V, De modo controversia est in agro assignato: agitur enim de antiquorum nominum propriâ defensione, ut si L. Titius dextra Decumanum tertium, citra Cardinem quartum acceperit, sortis suæ partes tres, sive quod huic simile, quartam habeat in quâcunque proximâ centuriâ. Huic enim universitati limes finem non facit, etiam si publico itineri serviat. Nam in cæteris agris de modo fit controversia, quoties promissionis modus non quadrat.

VI, De proprietate controversia est plerumque, ut in Campaniâ cultorum agrorum sylvæ absunt in montibus, ultra quartum aut quintum fortè vicinum. Propterea, proprietas ad quos fundos pertinere debeat, discutiatur. Est & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune, propter quod ea compascua multis locis in Italiâ communia appellantur, quibusdam provinciis [a] pro indivisa. Nam per hære-

[a] Illud *pro* exstat quidem in membranis, sed delendum videtur.

hæreditates aut emptiones ejus generis controversiæ fiunt, de quibus jure ordinario litigatur.

VII, De possessione controversia est, de quâ ad interdictum, hoc est, jure ordinario litigatur.

VIII, De alluvione fit controversia, fluminum infestatione: hinc fundi multas habent conditiones.

IX, De jure territorii controversia est denique ad ipsam urbem pertinens, sive quod intra pomerium ejus urbis erit, quod à privatis operibus obtineri non oportebit: eum dico locum quem nec ordo nullo jure à publico poterit amovere. Habet autem conditiones duas; unam urbani soli, alteram agrestis: agrestis, quod in tutelâ rei fuerat adsignatum urbanæ: urbani, quod operibus publicis datum fuerat aut destinatum. Hujus soli jus quamvis habitâ ratione Divus Augustus de statu municipiorum tractaverit, in proximas urbes pervenire dicitur, quarum ex voluntate conditoris maxima pars finium coloniæ est attributa, aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Piceno fertur inter montium [a] Præcutianorum quandam oppidi partem Asculanorum fine circumdari. Quòd si ad hæc revertamur, hoc conciliabulum fuisse fertur, & postea in municipii jus relatum. Nam non omnia antiqua municipia habent suum privilegium: [b] quicquid enim ad coloniæ municipiive privilegium pertinet, territorii juris appellant. Sed si rationem appellationis hujus tractemus, Territorium est quicquid hostis terrendi causa constitutum est.

X, De subsecivis controversia est, quoties aliqua pars centuriæ sive tota non est assignata, & possidetur: aut quicquid de extremitate perticæ possessor proximus aliusve detinebit, ad subsecivorum controversiam pertinebit.

XI, De locis publicis, sive populi Romani, sive coloniarum municipiorumve, controversia est, quoties ea quæ

a *Pracuttianorum* aut *Praguttianorum*. b Aliàs *quoddam*.

neque assignata, neque vendita fuerint, [a] quæ aliquis possederit, ut alveum fluminis veterem populi Romani, [b] quam vis aqua interposita insula, & divisi proximi possessores finibus reliquerint, aut sylvæ quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex veteribus instrumentis cognoscimus, ut ex proximo in Sabinis in monte [c] Mutelâ. Nam & coloniarum aut municipiorum similis est conditio, quoties loca quæ R. P. data assignata fuerant ab aliis obtinebuntur, ut subseciva concessa.

XII, De locis relictis & extraclusis controversia est in agris assignatis. Relicta autem loca sunt, quæ sive locorum iniquitate, sive arbitrio conditoris relicta limites non acceperunt: hæc sunt juris subsecivorum. Extraclusa loca sunt æquè juris subsecivorum, quæ ultra limites, & ultra finitimam lineam erunt: finitima autem linea, aut mensuralis est, aut aliquâ observatione, aut terminorum ordine servatur. Multis enim locis assignationi agrorum immunitas superfuit, sicut in Lusitaniâ finibus Augustinorum.

XIII, De locis sacris & religiosis controversiæ plurimæ jure ordinario finiuntur: nisi si de locorum eorum modo agitur: ut locorum publicorum in montibus, aut ædium, quibus secundùm instrumentum fines restituuntur. Similiter locorum religiosorum, quibus secundùm cautiones modus est restituendus. Habeant enim & Mœsilea juris sui hortorum modos circumjacentes, aut præscriptum agri finem.

XIV, De aquæ pluviæ transitu controversia est, in quâ si collectus pluvialis aquæ transversum secans finem alterius flumen influit, & disconvenit, ad jus ordinarium pertinebit. Quod si per ordinationem finis ipsius agitur, exigit mensoris interventum.

XV, De itineribus controversia est, quæ in arcifiniis agris jure ordinario finitur: in assignatis, mensurarum ratione. Omnes enim limites secundùm legem colonicam itineri

[a] Illud *quæ* habent membranæ, in quibus & aliàs *quam*; sed delendum videtur. b *quam vim aquæ*. c Aliàs *Mutilâ*. d Aliàs P. R. M.

ri publico ſervire debent. Sed multi ex ingenti ratione per devia & confragoſa eunt, quâ iter fieri non poteſt: & ſunt in uſu agrorum eorum locorum, ubi proximus poſſeſſor eſt, cujus fortè ſylva limitem detinet, & tranſitum inverecundè denegat, cùm itineri limitem aut locum limiti debeat. Eſt & controverſiæ genus quod ad ſolum non pertinet, de arborum fructibus earum quæ in fine ſunt, ſive intra, nec ullam ad radicem habent controverſiam, quoties inclinatæ in alterutrum fructum jactaverint, inter affines movent diſputationem. Sunt & aliæ limitum conditiones, quæ ad ſolum non pertinent, hoc eſt ad artem noſtram: ſolum autem quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum pertica appellatur. Quicquid enim huic univerſitati applicitum eſt, ex alterius civitatis fine, ſive ſolidum, ſive cultellatum fuerit, præfectura appellatur. Cultellandi autem ratio quæ ſit, ſæpe quæritur, cujus præmenſi ſoli ſpatium conſummamus, & illam clivorum inæqualitatem planam eſſe cogimus, dum menſuræ lateribus inſervimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus. Æqualitatem hanc nobis ratione ipsâ ſeminum natura monſtravit. Omnis enim illa ſoli inæqualitas colligi poterit, niſi quòd de terrâ quicquid naſcitur, in aërem rectum exit, & illam terræ obliquitatem creſcendo atterit, nec majus ſpatium occupat, quàm ſi ex plano naſcatur.

FINIS.



IN

SEXTUM JULIUM

FRONTINUM

DE

AGRORUM QUALITATIBUS,

AGGENI URBICI

COMMENTARIUS.

IN

SEXTUM JULIUM

FRONTINUM

DE

AGRORUM QUALITATIBUS,

AGGENI URBICI

COMMENTARIUS

IN FRONTINUM DE AGRORUM QUALITATIBUS, AGGENI URBICI COMMENTARIUS.

SUscepimus qualitates agrorum tractandas, atque plano ſermone & lucido exponendas; & volumus ea quæ à veteribus obſcuro ſermone conſcripta ſunt, apertiùs & intelligibiliùs exponere, ad erudiendam poſteritatis infantiam, & quo dulcius poſſint diſciplinam appetere quàm timere. Nam primævæ ætati quàm ſint radices amariſſimæ literarum, ſcientes literas non ignorant. Ideoque ita planum facimus iter, ut exeuntes à prioribus ſtudiis literarum, in his ſecundis ac liberalibus venientes, diſciplinam hanc velut ſuavitatem quandam poſt amaritudinem concupiſcant. Jam nunc ergo pergamus exponere. Agrorum qualitates tres eſſe Julius Frontinus oſtendit dicens, Unam agri diviſi & aſſignati. Videamus qui ſit hic ager diviſus & aſſignatus. Sine dubio video alicujus formam agri magnam, quæ diviſa eſt atque aſſignata in tempore: & niſi eſſet quædam materialis agri forma, quomodo poterat dividi? an totum mundum aut provinciam totam unius poſſumus agri, qui ſit diviſus, qualitatem accipere? & quia hoc ita intellegere omninò mihi videtur abſurdum, eò quòd ſubjungit

con-

continuò idem Frontinus, Altera mensura per extremitatem comprehensi. Video ergo illum agrum qui dum in se ducenta, & eo ampliùs jugera contineret, postea jussu Principum intercisivis limitibus distributus quinquagenis jugeribus, vel ampliùs, ut qualitas locorum inventa est; quæ intercisiones per trifinia, & quadrifinia, sive intervenientium, vel interpositorum ratione signorum cernuntur esse dispositæ. Alteram qualitatem dicit mensuram per ejusdem agri extremitatem comprehensam. Juxta hunc agrum de quo locuti sumus, videmus confinem esse modum mensurâ comprehensum subsecivi, qui frequenter in extremitatibus assignatorum agrorum incidens, mensurâ lineæ cernitur comprehensus. De hoc inferiùs suo loco apertiùs disputabimus. Nam quidam centuriam volunt intellegi mensuram dictam per extremitatem comprehensam: quod & ipsum potest accipi; quia etsi centenis hominibus duo centena jugera data legimus, quorum propter numerum sit appellata centuria; legimus in quibusdam locis ab uno mille & trecenta jugera fuisse possessa. Tertiam arcifinii agri qualitatem assignat. Arcifinius ager, ab arcendis hostibus nuncupatur, sicut paulò inferiùs subsequens lectio manifestat. Hic & occupatorius ager dicitur, eo quòd in tempore occupatus est à victore populo, territis exinde fugatisque hostibus: quia non solùm tantum occupabat unusquisque quantum colere præsenti tempore poterat, sed quantum in spe colendi habuerat, ambiebat. Fines verò his signis inter se dividebant, fossis manufactis, arboribus antemissis, fluminum intervenientium cursu, jugis quoque montium, quæ ex eo nomine accipiuntur, quòd continuatione ipsâ jugantur: superciliis, nec non itineribus, vel divergiis aquæ, quæ aut loci natura, aut solers procuravit antiquitas. Ager ergo divisus assignatus est coloniis sive municipiis unicuique possessioni modus secundùm terræ qualitatem. Hic ager habet conditiones Duas: Unam, quâ plerunque limitibus continetur: alte-

alteram, quâ per proximos possessionum rigores assignatus est. Limes ergo est quodcunque in agro operâ manuum factum est ad observationem finium: rigor verò suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Quicquid autem secundùm hanc conditionem in longitudinem est [a] delimatum, per strigas appellatur: quicquid per altitudinem, per scamna. Strigatus ager, est qui à Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit. Scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit: & altitudinem hanc secundùm idioma artis voluit Frontinus in Orientem intellegi. Nam dum superficiales nunc qualitates tantummodo, vel mensuras exponat, quomodo nos possumus soliditatis corpus advertere, in quo altitudo aut crassitudo ponatur? Ager ergo limitatus hâc similitudine Decumanis & Cardinibus continetur. Ergo hic ager quem in hâc similitudine asserit contineri Decumanis atque Cardinibus, in re præsenti considerari poterit. Nam Decumanum limitem traxerunt, sicut Higenus describit, ab Occidente in Orientem. Cardinem verò à Meridiano in Septentrionem duxerunt. Quidam verò ex adverso eos asserunt constitutos. Nam & alibi limites facti sunt ab his qui Solis ortum & occasum secuti sunt, quos fefellit ratio Geometriæ. Mihi tamen sicut Higenus constitui decrevit limites, ita rationabile videtur, ut Decumanus maximus in Orientem crescat, & Cardo maximus in Meridianum. Ager per strigas & per scamna divisus & assignatus est more antiquo in hâc similitudine, quâ in provinciis arva publica coluntur. Ager ergo sive per strigas, sive per scamna divisus sit, sive quocunque alio ordine succedenti, assignatus est more antiquo, atque antiquo arbitrio in hac similitudine, quâ in diversis provinciis arva publica coli perspicimus. Nam quòd publica arva coli dicit, ne admiremini. Nam ideo publica hoc loco eum dixisse [b] æstimo, quòd omnes etiam privati agri tributa atque vectigalia persolvant. Nam paulò inferiùs dicit,

a *delimitatum.* b *existimo.*

Eâdem ratione & privatorum agrorum menſuræ aguntur, ut apertiùs oſtenderet publicum cum privato eſſe conſortem: quia dum privatus laborat in proprio, & tributum publico, & ſibi alimoniam arva excolendo procurat. Ager eſt menſurâ comprehenſus, cujus modus univerſus civitati eſt aſſignatus. Iſtius agri menſuram in unum modum quodammodo video comprehendi. Nunc hic modus univerſalis ſagacius à nobis inveſtigari debet. Videmus igitur modum per terminos territoriales, & limitum curſus, & titulos, id eſt, in ſcriptis lapidibus, plerumque fluminibus, nec non aris lapideis claudi territorium atque dividi ab alterius territorio civitatis. Idcirco quicquid intra hunc modum eſt menſurâ diviſum, ſuæ conſtat civitati modis omnibus aſſignatum. Sicut in Luſitaniâ Salmaticenſibus. Luſitania provinciæ nomen eſt, Salmaticenſes enim vicani propriè nuncupantur. Ita & in Hiſpaniâ citeriore Palatinis & compluribus provinciis tributarium ſolum per univerſitatem populis eſt definitum. Eâdem ratione & privatorum agrorum menſuræ aguntur. Hunc agrum multis locis menſores quamvis extremum menſurâ comprehenderint, in formam in modum limitum condiderunt. Formarum quinque ſunt genera: Unum, quod ex flexuosâ lineâ continetur: alterum, quod ex flexuosâ & rationalibus: tertium, quod ex circunferentibus: quartum, quod ex circunferentibus & rectis: quintum, quod ex rectis: horum ſunt ſpecies infinitæ. Hunc ergo agrum ne in formis videamus tantummodo conditum, continuò ſubjungit in modum limitum, ut ſciamus pleniſſimè non poſſe formam cujuſlibet agri ſine limitum recturâ ſubſiſtere: ſed prævidere formam diligentiùs admonemur, ut originem cujus interfuerit limitis efficaciter prædicemus. Seu D. M. ſeu K. M. quinti quoque atque quintarii. Nec non & illos omnibus demonſtrare qui Solis ortum & occaſum ſecuti ſunt, ut noſtra profeſſio coram artificibus integra, & omnem veritatem indagans approbetur. Ager arciſinius eſt, qui nullâ menſurâ continetur. Hic eſt de quo

ſupe-

ſuperiùs diximus, qui & arciſinius & occupatorius nominatur. Finitur ergo ſecundùm antiquam obſervationem, fluminibus, foſſis, montibus, viis, arboribus antemiſſis, aquarum divergiis, & per ea loca quæ antiquitùs à poſſeſſore potuerunt obtineri. Menſurâ ergo hunc agrum minimè actum eſſe conſpicimus, ſicut cæteros agros. Interventu verò litium poſtea per ea loca quibus nunc finitur, ex arbitrio terminos accepit. In his autem agris nullum jus ſubſecivorum intervenit. Rectè ergo ſubſecivum intervenire non potuit: quia menſurâ actus non eſt, de quo remanere aut ſubſecari aliquid potuiſſet. Subſecivum eſt, quod à ſubſecante lineâ nomen accepit ſubſecivum. Horum ſubſecivorum duo ſunt genera: Unum, quod in extremis aſſignatorum finium centuriâ expleri non potuit. Hoc invenitur L & LX contineri jugeribus: & quamvis exiguâ parte minore fuerit inventum, de modo centuriæ ſubſecivum dicitur. Ita tamen ſi ſpatium magis fuerit, nomine centuriæ non carebit. Nam hæc ſubſeciva & conceſſa plerunque inveniuntur, & reddita aliqua aſſignata: nam & cenſum quædam pro ſuo modulo ſuſceperunt.

Secundum verò illam majorem aſſignationem, ſubſecivum majus centum jugera dictum eſt: ſubſecivum minus quinquaginta jugera nuncupatum. In extremis verò aſſignatorum finium, ut ſit aſſignatum, aut quæ ſit extremitas videamus. Extremitas finitima linea eſt, quæ intervenit aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt, ſecundùm legem colonicam; quia omnis limes itineri publico ſervire debet: aut per limites ſive terminos aliaque ſigna, quibus territoria finiuntur: aut ubi inſoluta loca remanſerunt. Hæc autem ſunt loca quæ inſoluta dicuntur, quæ aut in ſaxoſis & ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura: quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari: propterea & ſoluta loca vocata ſunt. Aliud genus ſubſecivorum, quod in mediis aſſignationibus, & integris centuriis intervenit: quie-

quid enim inter quatuor limites minùs quàm intraclusum est fuerit assignatum, in hâc remanet appellatione. Benè igitur & rectè subsecivum vocari debet, quicquid inter quatuor limites fuerit assignatum, minus quàm intra eisdem potuit claudi limitibus; quia unusquisque limes centuriæ suæ modum claudens, adductus est. At ubi omnes quatuor æquis mensuris centurias continentes uno in loco convenerunt, & minus clauserunt agri spatium quàm quod centuriæ singulæ, quibus servitutem præstabant, poterant continere, subsecivum justè meruit appellari. Ideo quòd is modus, qui assignationi superest, lineâ claudatur & subsecetur. Nam & reliquarum mensurarum actus quicquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, subsecivum appellatur. De hoc superiùs disputavimus. Normalis linea mensuralis dicitur: Extremitas verò, ubi centuria, ut expleretur, transire non potuit.

Est ager similis subsecivorum conditioni extraclusus, & non assignatus, qui si R. P. populi Romani aut ipsius coloniæ cujus fine circundatur, sive peregrinæ urbi, aut locis sacris & religiosis aquè ad populum Romanum pertinentibus datus non est, jure subsecivorum in ejus qui assignare potuerit, remanet potestate. In ambiguo videtur hic ager & velut indefinitè remansisse. Si enim his omnibus supradictis datus non est, utique in assignantis remanet potestate. Hunc agrum Frontinus ita remansisse testatus est. Sed videamus ne forte postea jussu Principis alicui datus sit qui terram metiri denuò præceperit, sicut Cæsaris Augusti temporibus factum est. Nam alia subseciva Vespasianus vendidit: alia autem, quæ remanserunt, Domitianus donavit atque concessit. Propterea hic ager succedentibus hucusque temporibus, ita, hoc est, in ambiguo, non potuit remanere: qui si remansit, in ejus potestate profectò, qui assignare potuerit, hoc est, qui acceperit à Principe assignandi licentiam. Nam agrimensor omnis doctus centurias delimitare potest, ac suis redintegrare limitibus: assi-

gnare

gnare autem nullo modo potest, nisi sacrâ fuerit præceptione firmatus.

DE CONTROVERSIIS.

SUSCEPIMUS quoque tractandos controversiarum status cum divino præsidio. Materiæ, inquit, controversiarum sunt duæ: finis, & locus. Harum conditio alterutra continetur. Sed quoniam singulæ controversiæ diversis conditionibus obligantur, propriæ nominandæ sunt. Genera autem controversiarum, ut ait Frontinus, sunt numero [a] XV. sed quia his generibus species non dedit, & quia secundùm regulam dialecticam, neque genus sine specie, neque sine genere species potest dici, omninò dixit impropriè: nos tamen suum illi idioma relinquentes, ad intelligendas eas atque exponendas, sicut promisimus, transeamus.

[b] De positione terminorum controversia est inter duos pluresve vicinos: inter duos, an in rigore sit positus terminus cæterorum, sive rationis: inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium. Cùm ergo possessor invenerit terminum in possessione suâ aliter formatum, aut aliter positum quàm cæteri qui in eâ possessione sunt, aut inscriptum ut adsolet, agit de eo in quâ sit positus ratione, seu ipse trifinium faciat, sive ab alio lineam procedentem excipiat. Dumque vicinus possessor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utrosque controversia agitatur. Solent enim hæ controversiæ de comportionalibus nasci terminis. Nam si de eorum latere linea quasi ex artificis manu composita videatur exire, atque in unius termini angulum impingere, qui in limite est positus, in istis, ut ait Frontinus, velut instantium argumentorum opportunitas controversialis aptatur: hoc enim plerunque potest in limitibus inveniri. Nam si veteranus filiis suis unam possessionem dividens in tres aut quatuor portiones,

[a] Genera controversiarum XV. [b] I, De positione.

terminos voluit intereſſe, potuit quiddam tale contingere, ut ex multis quicunque reſpiceret angulum illius termini qui in maximo eſt limite conſtitutus. Hos ſiquidem terminos qui intra poſſeſſionum fines inveniuntur, comportionales appellavit antiquitas: qui ſi ſecundùm priſtini temporis poſſeſſionem non conveniunt, diverſas attiguis poſſeſſoribus controverſias generabunt. Sed alius fortè de loco, alius de fine litigat. Videndum hoc diligenti curâ & circuiri agrum ante omnia oportet, de quo intentio vertitur, & redintegrato ſuis fundo limitibus, per maximorum limitum rationem, tum de comportionalium terminorum poſitione, quos vice tabellarum antiqui intercidendis portiunculis inter filios ſuos defigebant, integra ab artifice ratio proferatur.

[a] De rigore atque de fine licet ſimilem poſuerit controverſiam, unamque eis conditionem eſſe firmaverit, tamen credo inter eos aliquid poſſe differre. Rigor enim naturalis eſt: qualiſcunque enim rigor intervenit conſtituentibus limites, rarioribus locis terminos poſuerunt, & ſervari jubetur. Rigor ſi inventus fuerit de triginta pedum latitudine, ut ne ab utroque poſſeſſore tangatur. Quod ſi plus de triginta pedibus patuerit, jam collis eſt: qui exigit ut ſuperior poſſeſſor in planum uſque deſcendat, & ſibi defendat omnem devexum locum. Hoc enim lex propter malignitatem inferioris poſſeſſoris inſtituit, ne aut arando, aut fodiendo ſuperioris poſſeſſoris terras invaderet. Termini quoque quibuſdam locis poſiti ſunt, ut ab uno ad unum dirigantur, per pedes à CCCXX, & ſupra, uſque ad CCCCLXXX & infra hoc ſi licet. Nam Tyburtini diſtant à ſe in pedibus, à CCXL & ſupra uſque ad DCLX & infra: quòd ſi ſpiſſiores non ſunt, riparum & rigorum curſus ſervabunt. Harum tamen quæ per multa milia pedum rectuſas, ſeparationesve agrorum ab initio ſuo uſque ad occaſum cuſtodiunt, & ne eas ripas aut rigores ſequendos obſervarent, quæ intra corpus agri naſcuntur, & in ſuo latere decidunt, lex limitum eas prædamnavit,

[a] II, De rigore.

mnavit, ne id aliquando ſequamini, quod major poteſtas limitum rectturarumve curſus non confirmat: ſed ſi conventionis cauſa eas partes inter ſe conſervandas cenſuerunt, non rectturæ imputandum, ſed concurrenti definitioni fides eſt adhibenda.

a De fine enim lex Mamilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit; quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri, quod uſu capi non poteſt. Iter enim non quâ ad culturas pervenitur capitur uſu, ſed id quod in uſu biennio fuit. Finis enim multis documentis ſervabitur, terminis, & arboribus notatis, & foſſis, & viis, & rivis, & vepribus, & ſæpe normalibus, &, ut comperi aliquibus locis, inter arva marginibus quibuſdam tanquam pulvinis, ſæpe etiam limitibus: item petras notatas, quæ in finibus ſunt, pro terminis habebitis. Si arboribus notatis fines obſervabuntur, videndum quæ partes arborum notatæ ſint. Notæ enim in propriis arboribus à foras ponuntur, ut arbores liberas in parte à notâ relinquat. Si communes ſunt arbores, mediæ notantur, & ad utrumque pertinent. Nam ſi foſſa erit finalis, videndum utrum unius, an utriuſque ſit partis, & ſi in extremo fine facta. Itemque utrum publica, an vicinalis: ſi jugis montium quæ eo nomine accipiuntur, quòd continuatione ipsâ jugantur. Hæc autem omnia genera finitionum putato in uno agro poſſe ſine dubio reperiri.

b De loco ſi agitur, quæ res hanc habet quæſtionem, ut nec ad formam, nec ad ullum ſcripturæ revertatur exemplum, niſi tantùm hunc locum: hinc dico eſſe & alter è contrario, ſimiliter quæret, ex ſimilitudine ferè culturæ comparationem accipit; id eſt, ſi ſylva cujus ſit ætatis par cæſuræ, & ætas arborum, ut ſolent relinqui, quas antemiſſas vocant: & ſylvarum quoque ætates an ſint pares: ſi vineæ ſimiles erunt in comparatione, an ordines æquidiſtantes, an pari conſtitutione, & an ſimile genus vitium. Con-

 ſtabit

a III, De fine. *b* IV, De loco.

ſtabit tamen rem magis eſſe juris, quàm noſtri operis: quoniam ferè uſu capiuntur loca quæ biennio poſſeſſa fuerint. Reſpiciendum erit, ne quemadmodum ſolemus videre quibuſdam regionibus particulas quaſdam in mediis aliorum agris, nunquid ſimile huic interveniat, quod in agro diviſo accidere non poteſt: quoniam continuæ poſſeſſiones & aſſignantur, & redduntur, & his fortè incidit, ut tale quid committeretur, ut locus pro loco, & continua ſit poſſeſſio. Ita ut dixi in aſſignatis fieri non poteſt. Solent quidam complurium fundorum ſuorum domini duos aut tres agros uni velle contribuere, terminos qui finiebant ſingulos agros relinquere. Præterea cui contributi ſunt vicini, non contenti ſuis finibus, tollunt terminos quibus poſſeſſio eorum finitur, & eos qui inter fundos unius domini ſunt, ſibi defendunt: ita & hæc diſpicienda erunt.

[a] De modo quæſtiones ferè in agris diviſis & aſſignatis naſcuntur: item quæſtoriis & vectigalibus ſubjectis, quoniam ſcilicet in ære ſcripturæ modus comprehenſus eſt, quod ſemper erit ad formam reſpiciendum, & hoc ſi duobus poſſeſſoribus conveniat. Alioqui ex modo illo, qui ære ſcriptura continetur, forma liquebit, etiam ſi dominus aliquid vendidiſſet. Namque hoc comperi in Samnio, ut agri quos Divus Veſpaſianus veteranis aſſignaverat, eos ab ipſis, quibus aſſignati erant, jam aliter poſſideri. Quidam enim emerunt aliqua loca, adjeceruntque ſuis finibus, & ipsâ vel viâ finiente, vel flumine, vel alio quolibet genere. Sed nec vendentes ex acceptis ſuis, aut ementes adjicientesque ad acceptas ſuas certum modum taxaverunt. Sed ut quiſque modus aliquâ, ut dixi, aut viâ, aut flumine, aut aliquo genere finiri potuit: ita vendiderunt emeruntque. Ergo ad æs commodi revocari poteſt, ſi duobus, inter quos controverſia eſt, convenerit. In eis autem qui vectigalibus ſubjecti ſunt, proximus quiſque poſſeſſionis ſuæ junxit. Nam ſoliti erant antiqui in conductiones, & in emptiones modum

[a] V, De modo.

modum comprehendere, atque ita cavere, fundum illum, jugera tot, inque singulis jugeribus. Tantum itaque si in eâ regione agitur, ubi hæc erit consuetudo, aut cautiones scilicet, aut emptiones intuendæ erunt, inter quos disputabitur actâ utriusque mensurâ, si nihil ad cautionem conveniat, & neutrius possessio modum cautione comprehensum impleat, magna erit rei confusio; quærendumque tunc, quomodo in universâ regione magis opinione quàm mensurâ modum complecti soliti sint.

a De proprietate controversia est plerumque, ut in Campaniâ cultorum agrorum sylvæ absunt in montibus, ultra quartum aut quintum fortè vicinum. Nam ubi mons fuit proximus asper seu sterilis, super quo fundi constitui nequiverunt, aut fortè aquæ inopiâ habitatio hominibus prorsus negata est: sylvæ tamen dum essent glandiferæ, ne earum fructus perirent, diviso monte particulatim datæ sunt proprietates quædam fundis in locis planis & uberibus constitutis, qui parvis finibus stringebantur. Nam & in Suessano culti sunt, qui habent in monte Marico plagas sylvarum determinatas, quarum proprietates ad quos fundos pertinere debeant, discutiatur. Nam & formæ antiquæ declarant ita esse. Respiciendum erit & illud, sicut dixi superiùs, quemadmodum solemus videre quibusdam regionibus particulas in mediis aliorum agris: hoc argumentum prudentiæ est, quod professionis. Videndum quoque quoniam est & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune: propter quod ea compascua multis locis communia appellantur. In quibusdam provinciis pro indivisa hæc ferè pascua certis personis data sunt depascenda. Sed in communi, quæ multi per potentiam invaserunt, & colunt, de eorum proprietate jus ordinarium solet moveri, atque interventu *b* mensurarum demonstratur, ut sit assignatus ager. Nam per emptiones vel hæreditates

a VI, De proprietate. b *mensorum*.

hujus generis controversiæ fiunt. Quædam loca feruntur ad personas publicas attinere: nam personæ publicæ etiam coloniæ appellantur, quæ habent assignata in alienis finibus quædam loca, quæ solemus præfecturas appellare. Harum præfecturarum proprietates manifestè ad colonos pertinent, non ad eos quorum fines sunt diminuti. Solent & privilegia quædam habere beneficia Principum, quod longè & remotis locis saltus quosdam reditus causa acceperunt: quæ proprietas ad eos quibus data est, indubitatè pertinet. Sunt & aliæ proprietates, quæ municipiis à Principibus sunt concessæ.

a De possessione fit controversia, quoties de totius fundi statu per interdictum, hoc est, jure ordinario litigatur. Hoc non est disciplinæ nostræ judicium, sed apud Præsidem provinciæ agitur: & ex lege restituitur possessio cui poterit attinere. In his secundum locum habet disciplina nostra, sicut lex ait, nisi de possessionis statu quæstio fuerit terminata, non licet mensori præire ad loca.

b De alluvione observatio est. Si hæc in occupatoriis agitur agris, quicquid vis aquæ abstulerit, repetitionem nemo habet. Quæ res necessitatem ripæ muniendæ injungit: ita tamen, ut sine alterius damno quicquam fiat. Si verò in divisâ & assignatâ regione tractabitur, nihil amittet possessor, quoniam formis per centurias certus cuique modus adscriptus est. Circa Padum autem cùm ageretur, quod flumen torrens, & aliquando tam violentum decurrit, ut alveum mutet, & multorum latè agros trans ripam, ut ita dicam, transferat, sæpe etiam insulas *c* efficiat, Cassius Longinus vir prudentissimus juris auctor hoc statuit: Ut quicquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat: quoniam scilicet ripam suam sine alterius damno tueri debet: Si verò majore vi decurrens alveum mutasset, suum quisque modum agnosceret; quia non possessoris negligentiâ, sed tempe-

a VII, De possessione. *b* VIII, De alluvione. *c* Ita legendum. Vulgò est: *efficit. At Cassius*, &c.

tempestatis violentiâ abreptum apparet: Si verò insulam fecisset, à cujus agro fecisset, id possideret, ac si ex communi quisque suum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cùm assignarentur agri, adscriptum [a] aliquod per centurias flumini. Hoc autem providit auctor dividendorum agrorum, ut quoties tempestas fluvium concitasset, non per regionem excedens alveum vagaretur, sed sine injuriâ cujusquam deflueret. Hos tamen agros, id est, hunc omnem modum qui flumini adscriptus est, R. P. quibusdam vendidit. Hæ quæstiones maximè in Galliâ totâ moventur, quæ multis contecta fluminibus immodicas Alpium nives in mare transmittit, & subitarum regelationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetraverunt possessores à Præside provinciæ, ut aliquam latitudinem flumini daret. Nam & in Italiâ Pisaurum flumini latitudo est assignata eatenus quousque alluebat.

[b] De jure territorii controversia est, cùm quidam privatorum aut pomerium ejus urbis privatis operibus inverecundè vult pervadere; aut arare de locis publicis, hoc est, ad ipsam urbem pertinentibus, quidam privatorum usurpare tentaverit. Pomerium autem urbis est, quod ante muros spacium sub certâ mensurâ dimissum est. Sed & aliquibus urbibus & intra muros simili modo est statutum, propter custodiam fundamentorum: quod à privatis operibus obtineri non oportebit. Hic locus qui à publico nullo jure poterit amoveri. Habet autem conditiones duas: Unam urbani soli, alteram agrestis. Urbani soli, quod in tutelâ rei urbanæ assignatum est: agrestis, quod publicis operibus datum est aut destinatum. In tutelâ rei urbanæ assignatæ sunt sylvæ, de quibus ligna in reparationem publicorum mœnium traherentur. Hoc genus agri tutelatum dicitur. Nam aliquarum urbium maxima pars finium coloniæ est adtributa. Coloniæ sunt, quæ ex eo nomine accipiuntur, quòd Romani in eisdem civitatibus colonos miserunt. Illarum ergo

a *Aliquid.* b IX, De jure territorii.

ergo urbium maxima finium pars data eſt coloniis, quæ in remotiora loca, & longè à mari poſitæ videbantur: ut numerus civium quem multiplicare Divus Auguſtus conabatur, haberet ſpatia in quæ ſubſiſtere potuiſſet. Nam & in Piceno fertur inter montium Præcutianorum quandam partem oppidi Aſculanorum fine circundari. Sed hoc conciliabulum fuiſſe, & poſtea fertur in municipii jus relatum. Nam omnia antiqua municipia habent ſuum privilegium, ut Tudertini, qui apud Principes egerunt, ut Faneſtres incolæ, ſi eſſent alienigenæ qui intra territorium incolerent, honoribus fungi in coloniâ non deberent: ſed Faneſtres hoc poſtea impetraverunt, ut eis liceret fungi honoribus territorii. Æquè juris controverſia agitatur, quoties propter exigenda tributa de poſſeſſione litigatur: cùm dicat una pars in ſui eam fine territorii conſtitutam: & altera è contrario ſimiliter quæret. Hæc autem controverſia territorialibus eſt finienda terminis. Nam invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter inſcripta territoria: ita ut ex collegio [a] qui appellatur, ille ad flumen illud, & ſuper flumen illud, ad rivum illum, aut viam illam, & per viam illam, ad inſima montis illius, qui locus appellatur ille, & inde per jugum montis illius, in ſummo, & per ſummum montis, per divergia aquæ, ad locum qui appellatur ille, & inde deorsùm versùs ad locum illum, & inde ad compitum illius, & inde per monumentum illius ad locum illum, unde primùm cœpit ſcriptura eſſe. Sæpe enim quorundam aut monumenta, aut foſſæ, aut quorundam ſacellorum, aut fontium, unde rivi fluminaque incipiunt, obſervantur fines territoriorum. Si autem rationem appellationis hujus tractemus: Territorium eſt quicquid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt.

b De jure ſubſecivorum ſubinde quæſtiones moventur. Subſeciva autem ea dicuntur quæ aſſignari non potuerunt, id eſt, cùm ſit ager centuriatus in loca culta diviſus, quæ in

a Aliàs *qui appellatur. Ille ad flumen illud*, & ſic infrà. *b* X, De ſubſecivis.

in centurias erant, cùm centuria expleri non potuit, subsecivum appellant. Hæc aliquando auctor divisionis aut sibi reservavit, aut aliquibus concessit, aut R. P. aut privatis personis. Quæ subseciva quidam vendiderunt, quidam vectigalibus certo tempore locant. Inspectis igitur perscrutatisque omnibus conditionibus, inveniri poterit quid sequi debeamus. Nam Domitianus per totam Italiam subseciva possidentibus donavit: edictoque hoc universis notum fecit. Leges itaque semper curiosè legendæ interpretandæque erunt.

[a] De locis publicis sive populi Romani, sive coloniarum municipiorumve controversia est, quoties ea loca quæ neque assignata, neque vendita fuerint, ab aliis obtinebuntur, ut subseciva concessa. Multis enim locis comperimus loca publica reperiri, ut ex proximo in Sabinis in monte Mutelâ, qui nunc à privatis [b] operibus obtinetur. Nam & regione Reatinâ itidem sunt loca R. P. Loca autem quæ sint publica videamus. Sunt sylvæ, de quibus lignorum copia in lavacra publica ministranda cæduntur. Sunt & loca publica, quæ in pascuis sunt relicta quibuscunque ad urbem venientibus peregrinis. Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quæ loca culinas appellant. Sunt & loca noxiorum pœnis destinata. Ex his locis, cùm sint suburbana, sine ullâ religionis reverentiâ, solent privati aliquid usurpare, atque hortis suis applicare. Sunt autem loca publica coloniarum, ubi priùs fuêre conciliabula, & postea sunt in municipii jus relata. Sunt & alia loca publica, quæ præfecturæ appellantur. Nam & pomeria urbium, de quibus jam superiùs suo loco disputavimus, publica loca esse noscuntur. Multis modis loca publica dici possunt: sed dum diversis conditionibus constringuntur, non possunt nisi sua suis locis incidere. Nam & ubi vis aquæ alvei Tiberis populi Romani tantummodo insulam fecit; hunc alveum suis circundatæ terminis, quæ casalia non utuntur.

[a] De

[a] XI, De locis publicis. [b] *operis.*

[a] De locis relictis & extraclusis controversia est in agris signatis. Relicta autem ea loca sunt, quæ sive iniquitate locorum assignari nequiverunt, sive ex voluntate Conditoris, hoc est, mensoris, relicta limites minimè acceperunt. Dicuntur & ea relicta loca quæ vis aquæ obtinuit. Hæc loca & insoluta vocantur, & juris subsecivorum, esse noscuntur. Extraclusa loca sunt æque juris subsecivorum, quæ ultra limites, & ultra finitimam lineam erunt: finitima autem linea, aut mensuralis est, aut aliqua observatione, aut terminorum ordine servatur. Ergo fines coloniæ inclusi sunt montibus. Propterea hæc loca, quòd assignata non sint, relicta appellantur & extraclusa: quod extra limitum ordinationes sint, & tamen fine claudantur. Hæc plerunque proximi possessores invadunt, & opportunitate loci [b] irritati agrum obtinent, cum his controversiæ à rebus publicis solent moveri.

[c] De locis sacris & religiosis controversiæ plurimæ jure ordinario finiuntur. Si enim loca sacra ædificabantur, quam maximè apud antiquos in confinio constituebantur, ubi trium vel quatuor possessionum terminatio conveniret: & [d] unus quis possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo; & quantum donasset scripto [e] faciebat, ut per diem solennitatis eorum privatorum agri, nullam molestiam inculcantis populi sustinerent: sed & si quid spatiosius cedebatur, sacerdotibus templi illius proficiebat. In Italiâ autem multi, crescente religione sacratissimâ Christianâ, lucos profanos sive templorum loca occupaverunt, & serunt. Sed hoc ideo existimavi dicendum, ut magisterium suum si vult mensor ostendere, modum concessum fano illi demonstret. Locorum autem religiosorum similis est conditio. Et his nanque secundum cautionem modus restituebatur antiquitùs. Nam sanctum est plerunque, ut incorruptum, & à san-

[a] XII, De locis relictis, & extraclusis. b *invitati.* c XIII, De locis sacris & religiosis. d *unusquisque.* e *sanciebat.*

à sanciendo sanctum dicitur : religiosum à religando mentes, ne malè agant homines. Sacrum autem propriè dei est : religiosum enim vel à relinquendo : profanum autem quod dum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum, hoc est extra fanum, extrà sanctuarium profanum dictum est. Mœsilea verò habent juris sui hortorum modum circumjacentem, vel præscriptum agri finem. Nam lucos frequenter in trifinio & quadrifinio invenimus, sicut in suburbanis & circa publica itinera constitutum esse perspicimus.

a De aquæ pluviæ transitu controversia est, in quâ si collectus pluvialis aquæ transversum secans finem alterius fundi influit, si aqua ex pluviâ collecta rivum fecerit, per longinquitatem temporum, &, ut solet *b* videri, ripam ex utrâque parte mediam secans erexerit : & hoc intra fines alterius, dumque rivus ille limite includitur, possessor vicini agri calumniosè sibi velit fines ad rivum usque defendere, non medioeris exinde controversiæ genus exoritur : sed hoc mensoris est peritiâ finiendum.

c De itineribus controversia est, quæ in arcifiniis agris jure ordinario finitur : in assignatis, mensurarum ratione. Sed multi limites exigente ratione per devia & confragosa loca eunt, quâ iter fieri non potest : & sunt in usu agrorum in eis locis, ubi proximus possessor est, cujus fortè sylva limitem detinet, & transitum inverecundè denegat, cùm itineri limitem, aut locum limiti debeat. Nam plerunque via dum cum limite currit, etiam si vicinalis est, aut lignaria, aut privata, finem præstat. *d* Regam mante verò via vel limite dum à se utrique discesserint desit via finem præstare, erit controversia, sed inspectio artificis eam finiet. Satis ut puto dilucidè genera controversiarum, vel pri-

a XIV, De aquâ pluviâ arcendâ. b *fieri*. *c* XV, De itineribus. *d* Ita membranæ. Sichardi editio, *Regum antè via v. l.* Quomodo legendum N. L.

primùm agri qualitatem exposui: nam & simpliciùs enarrare conditiones earum existimavi, quo faciliùs ad intellectum pervenirent. Nunc quemadmodum singula pertractari debeant persequendum est, vel quot sint status eorum, id est, injectivus, expositivus, subjectivus, recuperativus, assumptivus, initialis, materialis, effectivus. Sunt enim octo. Ex his omne genus controversiarum exoritur. I, Injectivus ergo status est generalis; nam sive de possessione, sive de fine controversia nascatur, per hoc repetitio justa injustaque injicitur. II, Expositivus est status controversiæ, quoties finitimorum argumentorum caret demonstratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere terminandæ, aut persuadendum judici etiam si loci natura finitimam exhibeant similitudinem. III, Subjectivus status est controversiæ, cùm relinquitur status generalis, & alio quolibet statu controversia defenditur. IV, Recuperativus est status, quoties non à trifinio, aut quadrifinio, sed ex quolibet alio finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per incessum definitionis loca quædam alteri fundo adquirit, aut solum auferet, & ejus loco redditur. V, Assumptivus primæ controversiæ status, qui est de positione terminorum, in rigorem aut in finem transcendit. VI, Initialis controversiæ status de rigore pertinens ad materiam, transcendit in controversiam, quæ est loco tertio: de fine status materialis non conditionem mutat, neque materiam efficit. VII, Materialis status est, ex quo omnes controversiæ incipiunt de loco duntaxat. Nam transcendentiam non habet de hoc effectivus, sed dum consummatus fuerit nascitur. VIII, Effectivus est, cùm de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium advocationes instituunt. Respicio etenim quantum sit quod mensoris providentiæ injungatur. Sed nec minùs advocatis, quorum ars licet diversa sit, prudentiam tamen & simplicitatem eandem habere debent & qui judicaturi sint & qui advocationes sunt

præ-

præſtaturi. In judicando autem menſor bonus vir & juſtus agere debet, nullâ ambitione aut ſordibus moveri, [a] ſervare opinionem, & arte & moribus omnis illi artificii veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus quæ falſæ pro veris ſubjiciuntur: quidam enim per imperitiam, quidam per [a] imprudentiam peccant. Totum autem hoc judicandi officium, hominem bonum, juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum, & artificem egregium exigit. Hoc autem poſſeſſores æquo animo ferre non poſſunt. Nam cùm his veritas expoſita fuerit, adverſus ſinceritatem artis facere cogunt. Multa ſunt enim in profeſſione quæ generaliter pro veris offerantur: multa quæ ſpecialiter: quædam quæ argumentaliter: quædam conjecturaliter etiam mentiri artifices coguntur.

a *Servare opinionem & arte & moribus omnis & illi.* Sichardus. b *impudentiam* Idem.

FINIS.



SEXTI

JULII FRONTINI,

VIRI CONSULARIS,

DE

LIMITIBUS,

A

PETRO SCRIVERIO

Ex membranis primum editum.

D

diano
Luna
niunt
pleru
num c
Postic
fri in
mùm
lim,
to ad
eman
cità 8
diobu

SEXTI JULII FRONTINI, V. C. DE LIMITIBUS;

A

P. SCRIVERIO

Ex membranis primùm editum.

LIMITUM prima origo, ſicut Varro deſcripſit, ad diſciplinam *a* ruſticam noſcitur pertinere, quòd Aruſpices orbem terrarum in duas partes diviſerunt. Dextram dixerunt Septentrioni ſubjacere, ſiniſtramque à Meridiano terræ eſſe: Orientem & Occaſum, quòd eo Sol & Luna occidere & oriri ſpectentur. Et, ſicut quidam garriunt Architecti, delubra in Occidentem rectè ſpectare ſcripſerunt. Aruſpices alterâ lineâ à Septentrione ad Meridianum diviſerunt terram: & à Meridiano ultrà Antica; citrà, Poſtica nominaverunt. Ab hoc fundamento majores noſtri in agrorum menſurâ videntur conſtituiſſe rationem. Primùm duos limites duxerunt, unum ab Oriente in Occaſum, quem vocaverunt Decumanum: alterum à Meridiano ad Septentrionem, quem Cardinem appellaverunt. Decumanus autem *b* dividit agrum dextrà & ſiniſtrà: Cardo, citrà & ultrà. Quare Decumanus à decem potiùs quàm à duobus vocatur, cùm omnis ager eo fine in duas dividatur

 partes;

a Lego *Etruſcam.* *b* *dividebat.*

partes: & ut Duopondium & Duoviginti, quod dicebant antiqui, nunc dicitur Dupondium, & [a] Deviginti; sic & Duodecimanus factus est Decumanus. Cardo nominatur, quòd [b] directim à cardine cœli est. Nam sine dubio cœlum vertitur in Septentrionali orbe. Postea hoc ignorantes majores nostri, nonnulli [c] ita secuti sunt, ut quidam agri magnitudinem, [d] quia longior erat, fecerint Decumanum. Itaque nostram quidem plagam spectant, sed ita adversi sunt, ut sint contra Septentrionem: ut in agro Campano, qui est circa Capuam, ubi est Cardo in Oriente, & Decumanus in Meridiano. Ab his duobus omnes agri partes nominantur. Reliqui limites fiebant angustiores, & inter se distabant paribus intervallis: qui spectabant in Orientem, dicebant Vorsos: qui dirigebantur in Meridianum, dicebant Transvorsos. Hæc vocabula in Lege quæ est in agro Vritano in Galliis, & in quibusdam locis adhuc permanere dicuntur. Limites appellati sunt Transversi, à limo, id est, antiquo verbo, transversi; à quo dicunt Poëtæ limos oculos, item limum cinctum, quòd purpuram transversam habeat: item limina ostiorum. Alii Versos & Transversos dicunt limites à liminibus, quòd per ea in agros & foras eatur. Hi ab incolis variis ac dissimilibus vocabulis à cœli regione, aut à loci naturâ sunt [e] cogniti & nominati: in alio loco sic, in alio aliter: sicut in Tusciâ, & Umbriâ, & circa Fanum Fortunæ: qui ad mare spectant, Maritimos appellant; & qui & ad montes, Montanos. Primum agri modulum fecerunt quatuor limitibus clausum, figuræ quadratæ similem, plerumque centum pedum in utrâque parte, quod Græci [f] Plectron appellant, Tusci & Umbri Vorsum. Nostri centenos & vicenos pedes in utrâque parte, cujus ex quatuor unum latus, sicut diei duodecim horas, & duodecim menses anni, duodecim decempedas esse voluerunt. Exactum concivium locum primùm appellatum, deinde dictum fundum. Hi duo fundi juncti jugerum

a *Viginti.* b *directus.* c *aliud.* d *quâ.* e *cognominati.* f πλέθρον.

rum definiunt, deinde hæc duo jugera juncta in unum quadratum agrum efficiunt, quòd ſint in omnes actus bini in hunc modum. Quidam appellatum dicunt ſortem, & centies ductum centuriam. Sunt qui centuriam, majorem modum appellant, ut apud Cremonam, ubi in centuriâ decem & ducenta jugera. Sunt qui minorem, ut in Italiâ Triumvirales agri jugerum quinquagenûm. Nam & omnes in ſubſicivis extremæ centuriæ, quæ non ſunt quadratæ, in eâdem permanent appellatione. *a* Optima ergo rationabilis agrorum conſtitutio eſt, cujus Decimani ab Oriente in Occidentem diriguntur, Cardines à Meridiano ad Septentrionem. Multi mobilem Solis ortum & occaſum ſecuti, variaverunt hanc rationem: ſicuti effectum eſt, ut Decumani ſpectarent eam partem ex quâ Sol oriebatur eo tempore quo menſura acta eſt. Et multi, ne proximarum coloniarum limitibus ordinatos limites mitterent, *b* ex actâ converſatione deſcripſerunt. Et ſic per totum orbem terrarum eſt unaquæque limitum conſtitutio ordinata, ubi proxima ſibi plagarum cœli converſio fuit. Principium artis *c* menſuræ in agendis poſitum eſt experimentis. Exprimi enim locorum modus aut veritas ſine rationabilibus lineis non poteſt, quoniam omnium agrorum extremitas flexuosâ & inæquali clauditur finitione; quæ propter angulorum diſſimilium multitudinem, numeris ſuis manentibus, & cohiberi poteſt & extendi: nam ſola mobile habent ſpatium, & incertam *d* jugera rerum enunciationem. Sed ut omnibus extremitatibus *e* ſpecie ſuâ intracluſis conſtet modus enunciaturæ, agrum, quouſque poſitio loci permittet, rectis lineis dimetiemur; ex quibus proximam quamque extremitatem per omnes angulos factâ normatione complectimur, & cohærentem menſuralibus ſtatutis, certo æſtimato ſpatio, ſimilem futuræ tradimus formæ. Modum au-

a *Optima ergo ac rationalis.* b *Exactâ converſione.* c Ita M. ſſ. lego; *menſoriæ.* d *jugerum enunc.* e *ſpecies ſua conſtet, & intracluſi modus enuntietur, agrum.*

tem intra lineas clusum rectorum angulorum ratione subducimus: [a] subjectas deinde in extremitatium parte areas, tangentibus nostrarum postulationum podismis, suis lateribus adhærere facimus, & adscriptis spatiis, suis finibus ipsam loci reddimus rationem. Hæc ubique unâ ratione fieri multiplex locorum [b] positio non patitur, oppositis ex aliâ parte montibus, ex aliâ fluminibus, aut ripis, aut [c] quandam cingentibus loci voraginem cumpluribus confragosorum locorum iniquitatibus, sæpe etiam culturis: propter quæ maximè ad artis copiam est recurrendum. [d] Et debet nominatim quæ pars agri in potestatem mensoris est abitura rectorum angulorum ratione constringi. Itaque maximè providere debemus, [e] quo sub ferramentis quidquid occurrerit transeamus: adhibere deinde metiendi diligentiam: quæ propius actu [f] inaccessæ imitationis effectu lateris longitudinem æquet, & ferramento primo mutato, omnia indomita perpendiculo dirigere, & cujus ex omnibus corniculis expensa ponderibus, & inter se comparata fila [g] tenuêre vias, ita perspicere, [h] dum hæc proxima consumptio alterius sola metiatur, tunc dictare metas, & easdem transposito inter extrema metæ ferramento reprehendere, & eodem momento, quo tenebatur, [i] à cœpto rigore ad interversuram aut finem perducere. Omnibus autem interversuris, tetrantis locum [k] perpendiculus ostendat. Et cujuscumque loci mensura agenda fuerit, eum circuire ante omnia oportet, & ad omnes angulos signa ponere, quæ normaliter ex rigore agantur: posito deinde & perpen-

a *Subjectas deinde extremitatum partes ad rectam gentium nostrarum p. s. aderamus, & adscriptis spatio suo finibus i. l. r. veritatem.* b *natura.* c *Quadam jacentis soli voragine, compluribus c. e. inæqualitatibus.* d *Debet enim minima quæque pars agri in potestate esse mensoris, & habitura r. a. rationem sua postulatione constringi.* Lego, *Debet enim unaquæque p. a. i. p. e. mensoris, & habitâ r. a. ratione*, &c. e *Quo usu ferramenti.* f *inccessæ i. e. laterum longitudines.* g *seu nervias.* h *donec p. c. alterius visu. Sola si mentiatur.* i *ac cœptum rigorem.* k *perpendiculo.*

perpenſo ferramento, rigorem *a* obſequendum maximo lateri *b* dictare, & collocatis metis in alteram partem rigorem mittere; qui cùm ad extremum pervenerit paralellon primi rigoris *c* exeat. Et ſi in rigore quædam dubitanda incurrunt, hoc eſt, valles, loca confragoſa, arbores, quæ propter moram aut fructus ſuccidi non poſſunt: nec non ædificia, maceriæ, petræ aut montes, & his ſimilia. Et hæc quâcumque ratione optimè fieri poterit, menſuram accipere debebunt. Si fuerit ergo vallis quæ conſpectum agentis exſuperet, per ipſam metis ad ferramentum appoſitis erit *d* deſcendendum, cujus rigoris inceſſum ut à ſe in contrario æquemus, afflictâ antè lineâ capitulum perticæ æqualiter & perpendiculum cultellare debemus. Nam & perpenſum rigorem extendere lineam certum eſt, in quâ cultus locorum perpendiculo aſſignatur. Nam quoties cultellamus ſine lineâ conſpectum *e* iterum ſæpe excedimus: & cùm feſtinantes ex eo loco iterum rigorem conſpicimus, tunc *f* in illam perticarum quamvis exiguam converſionem non minus fit diſtenſio. Quòd ſi jacentia fuerint quovis compreſſiore loco ante vallem & ultra quàm perſpici potuerit, evadendæ difficultatis cauſa ſic tranſire in ulteriorem partem, & *g* dictare non minus metas tres, quibus reprehenſis tranſpoſito ferramento *h* recipere priores oporteat, & perpenſum cœli rigorem quatenus res exegerit perducere debemus.

a *Secundum.* b *dictare metas, & collocatis reſpectis in al. p. r. m.* c *excipiat. Sed ſi in rigore dictando quædam devitanda incurrunt, valles, l. c. arbores, quas p. m. a. fructum ſuccidere non oportet: nam ædificia,* &c. d *dicendum, c. r. incenſum ut ſis in contrario æquè adflectante lineâ à capitulo perticæ æqualiter ad perpendiculum c. d.* e *metarum.* f *in illâ p. q. exiguâ converſione n. m. f. diſtendi quam jacentia quam compreſſiorem autem vallem.* g *dictare metas ne m. t.* h *reſpicere.*

Deſcribebat ex membranis, & bonâ fide cum nævis ſuis publicabat,

PETRUS SCRIVERIUS.

ANNO ∞. Io. C. VI.

In Excerptis Variorum Auctorum

DE LIMITIBUS

producitur fragmentum

EX LIBRO FRONTINI SECUNDO

hujusmodi.

SI termini desint, frequenter inter se possessores propter loci difficultatem totum supercilium, quod augenter ipsa subjacet, inferioribus cesserunt, & contenti fuerunt terminos per summum jugum disponere, nullam secuti rationem. Hæc tamen si occurrunt, non quasi nova intueri debebimus. Plurimis deinde locis terminos sacrificales non in fine ponunt, sed ubi illos sacrificii potiùs opportunitas suadet poni; hoc est loci commoditas, in quo sacrificium abuti commodè possint. Hos terminos non statim finitimos observare debebimus, etiamsi non longè à fine positi fuerint. Frequenter enim viæ finiunt, juxta quas arbores esse solent latiores, sub quas defigere terminos sacrificii causa possessores consueverunt. Verumtamen multi qui non tantùm sacrificii sequuntur consuetudinem, sed etiam rationem, in ipsis finitionibus defigere maluerunt: propter quod adimi fides sacrificalibus palis in totum non potest. Nam & locorum dationes, & trivia, & colliculi finem faciunt. Termini autem si transversi positi fuerint, gammam faciunt, sed non statim trifinium ostendunt.

FRA-

FRAGMENTA
LEGIS MAMILIÆ, ROSCIÆ, PEDUCEÆ, ALIENÆ, FABIÆ.

a K. L. III.

QUÆ. COLONIA. HAC. LEGE. DEDUCTA. QUODVE. MUNICIPIUM. PRÆFECTURA. FORUM. CONCILIABULUM. CONSTITUTUM. ERIT. QUI AGER. b INTRA. FINES. EORUM. ERIT. QUI. TERMINI. IN. EO. AGRO. STATUTI. ERUNT. QUO. IN. LOCO. TERMINUS. NON. c EXTABIT. IN. EO. LOCO. IS. CUJUS. d IS. AGER. ERIT. TERMINUM. e RESTITUENDUM. CURATO. f UTQUE. RECTE. FACTUM. ESSE. VELIT. IDQUE. MAGISTRATUS. QUI. IN. EA. COLONIA. MUNICIPIO. PRÆFECTURA. FORO. CONCILIABULO. JURE. DICUNDO. PRÆERIT. FACITO. UTI. FIAT.

K. L. IIII.

g QUI. LIMITES. DECUMANIQUE. HAC. LEGE. DEDUCTI. ERUNT. QUÆCUMQUE. FOSSÆ. LIMITES. IN. EO. AGRO. ERUNT. QUI. AGER. HAC. LEGE. DATUS. ADSIGNATUS. ERIT. NE. QUIS. EOS. LIMITES. DECUMANOSVE. h OBSEPTOS. NEVE. QUID. IN. EIS. IMMOLITUM. NEVE. QUID. IBI. POSITUM. HABETO. NEVE. EOS. ARATO. NEVE. EAS. FOSSAS. OBTURATO. NEVE. QUIS. SEPITO. QUO. MINUS. SUO. ITINERE. AQUA. IRE. FLUERE. POSSIT. SI. QUIS. ADVERSUS. EA. QUID. FECERIT.

a IN.

a Id est, KAPUT LEGIS TERTIUM, ita & infrà hac lege notæ sunt interpretandæ. b INTER. AD. FINES. c STABIT. d SS. id est, SUPRASCRIPTUS. e DESTITUENDUM. f UTI. QUOD. RECTE. FACTUM. ESSE. VOLET. g QUI. LIMITES. DECUMANI. HAC. LEGE. DEDUCTI. ERUNT. QUÆ. FOSSÆ. IN. AGRO. h OBSEPITO. NEVE. QUID. IN EIS. INOLITUM. NEVE. QUID. IBI. OBSITUM. HABETO. Aliàs OPPOSITUM. HABETO.

a IN RES. SINGULAS. QUOTIESCUMQUE. FECERIT. b H.S. IIII. COLONIS. MUNICIPIBUSVE. EIS. IN. QUORUM. AGRO. ID. FACTUM. ERIT. DARE. DAMNAS. ESTO. PECUNIÆQUE. QUI. VOLET. PETITIO. HAC. LEGE. ESTO.

K. L. V.

QUI. HAC. LEGE. COLONIAM. DEDUXERIT. MUNICIPIUM. PRÆFECTURAM. FORUM. CONCILIABULUM. CONSTITUERIT. IN. EO. AGRO. QUI. AGER. INTRA. FINES. c EJUS. COLONIÆ. MUNICIPII. PRÆFECTURÆ. FORI. CONCILIABULI. ERIT. LIMITES. DECUMANIQUE. UT. FIANT. d TERMINIQUE. STATUANTUR. CURATO. QUIQUE. FINES. ITA. STATUERIT. SI. FINES. EORUM. SUNT. DUM. NE. EXTRA. AGRUM. COLONICUM. TERRITORIUMVE. FINES. DUCAT. QUIQUE. TERMINI. HAC. LEGE. STATUTI. ERUNT. NE. QUIS. QUEM. EORUM. EJICITO. e NEVE. LOCO. MOVETO. SCIENS. DOLO. MALO. SI QUIS. ADVERSUS. EA. FECERIT. IS. IN. TERMINOS. SINGULOS. QUOS. EJECERIT. LOCOVE. MOVERIT. SCIENS. DOLO. MALO. f H. S. XXV. IN. PUBLICUM. EORUM. QUORUM. INTRA. FINES. IS. AGER. ERIT. DARE. DAMNAS. ESTO. DEQUE EA. RE. CURATORIS. QUI. HAC. LEGE. ERIT. JURISDICTIO. g RECIPERATORUMQUE. DATIO. ADDICTIO. ESTO. CUM. CURATOR. HAC. LEGE. NON. ERIT. TUNC. QUICUMQUE. MAGISTRATUS. IN. EA. COLONIA. MUNICIPIO. PRÆFECTURA. FORO. CONCILIABULO. JURE. DICUNDO PRÆERIT. EJUS. MAGISTRATUS. DE. EA. RE. JURISDICTIO. JUDICISQUE. DATIO. ADDICTIO. ESTO. INQUE. EAM. REM. IS. QUI. HAC. LEGE. JUDICIUM. h DEDERIT. TESTIBUS. i PUBLICE. DUMTAXAT. k IN. RES. SINGULAS. l X. DENUNCIANDI. POTESTATEM. FACITO. ITA. UT. E. REPU-

a IN. TERMINOS. SINGULOS. b VIII. S. c EIUSCE. d TERMINATIQUE. e NEVE. COMMOVETO. f. SS. V. M. N. g. RECIPERATORUMQUE. XX. DATIO. h DIXERIT. i PUBLICIS. k IN. TERMINOS. SINGULOS. l SS. X.

REPUBLICA. FIDEQUE. SUA. VIDEBITUR. a ET. SI. IS. UNDE. EA. PECUNIA. PETITA. ERIT. CONDEMNATUS. ERIT. EAM. PECUNIAM. AB. EO. DEVE. BONIS. EJUS. PRIMO. QUOQUE. b DIE EXIGITO. EJUSQUE. PECUNIÆ. QUOD. RECEPTUM. ERIT. PARTEM. DIMIDIAM. EI. CUJUS. UNIUS. OPERA. MAXIME. IS. CONDEMNATUS. ERIT. PARTEM. DIMIDIAM. IN. PUBLICUM. REDIGITO. QUO. EX. LOCO. TERMINUS. ABERIT. SI. QUIS. IN. EUM. LOCUM. TERMINUM. c RESTITUERE. VOLET. d SINE. SUA. FRAUDE. FACERE. LICETO. NEVE. QUID. CUI. IS. OB. EAM. REM. HAC. LEGE. e DAMNAS. ESTO.

ALIUD FRAGMENTUM LEGIS AGRARIÆ.

QUOS. AGROS. QUÆ. LOCA. QUÆVE. ÆDIFICIA. INTRA. FINES.·.·. DEDERO. ADSIGNAVERO. IN. EIS. AGRIS. JURISDICTIO. COERCITIOQUE. ESTO. COLONIÆ. ILLIUS. CUJUS. CIVIBUS. AGRI. ADSIGNABUNTUR.

a ET. SI. DUO. SIMITU. DE. EA. PECUNIA. PETITA. ERUNT. CONDEMNATI. EAM. PECUNIAM. AB. EODEM. AUT. DENIQUE. EIS. PRIMO. &c. b TEMPORE. c DESTITUERE. d SUMMA. ET. SINE. &c. e DARE. DAMNAS. ESTO.

FINIS.

SEXTI
JULII FRONTINI,
V. C.
DE COLONIIS
ITALIÆ:

ITEM

BALBI ET FORTE ALIORUM
QUÆ AD COLONIAS
PERTINENT,

FRAGMENTA.

SEXTI JULII FRONTINI, V. C. DE COLONIIS LIBELLUS.

AQUINUM muro ducta colonia [a] à Triumviris deducta. Iter populo debetur pedibus [b] XXX. Ager ejus [c] perennis limitibus est assignatus.

[d] Abellino muro ducta colonia lege Semproniâ deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis est assignatus.

Antium populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis est assignatus.

[e] Acerras muro ducta colonia. Divus Augustus deduci jussit. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in jugeribus est assignatus.

Atella muro ducta colonia deducta ab Augusto. Iter populo debetur pedibus [f] CXX. Ager ejus in jugeribus est assignatus.

[g] Atina muro ducta colonia : deduxit Nero Claudius Cæsar. Iter populo non debetur. Ager ejus [h] pro parte in laciniis & strigis est assignatus.

[a] Aliàs *lege Triumvirali deducta.* [b] LXXX. *vel* XXC. [c] *peregrinis militibus.* [d] *Abellinum.* [e] *Acerræ. Acerras muro ductam coloniam Divus A. d. j.* [f] CXXI. [g] *Atinam muro ductam coloniam deduxit.* [h] *per pedes.*

a Alatrum muro ducta colonia: *b* populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per centurias & ſtrigas eſt aſſignatus.

c Arina oppidum lege Sullanâ eſt munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus in *d* præciſuras eſt aſſignatus.

Arretium muro ducta colonia lege Triumvirali deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus *e* militibus eſt aſſignatus.

Anagnia muro ducta colonia Druſi Cæſaris: populus *f* deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per ſtrigas veteranis eſt aſſignatus.

Abella municipium coloni vel familia Imperatoris Veſpaſiani juſſu acceperunt: Poſtea ager ejus *g* in jugeribus militi eſt aſſignatus ∴.

h Affile oppidum *i* lege Sempronia. In centuriis & in laciniis ager ejus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Ardea oppidum Imperator Hadrianus cenſuit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis eſt aſſignatus.

k Allife oppidum muro ductum. Ager ejus lege Triumvirali eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Æſernia colonia *l* ducta lege Juliâ. Iter populo *m* [non debetur pedibus x. Ager ejus limitibus Auguſteis eſt aſſignatus.

Beneventum muro ducta, colonia *n* Concordia. Deduxit Nero Claudius Cæſar. Iter populo non debetur. Ager ejus lege Triumvirali veteranis eſt aſſignatus.

o Bovianum oppidum lege Juliâ milites deduxerunt ſine colonis. *p* Iter populo amplius non debetur quam pedibus x. Ager ejus per centurias & ſcamna eſt aſſignatus.

a Bo-

a *Alatrium* & *Aletrium muro ductam coloniam.* b *populus* [aliàs *Auguſtus*] *deduxit.* c *Aricia.* d *præciſuris.* e *limitibus.* f *dederat.* g *in lacineis eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.* h *Altile* & *Alſelle.* i *leg. Semp. deductum.* k *Allia.* l *deducta.* m Delendum. n *Concordia dicta.* o *Bobianum.* p *iter populo debetur pedibus* x.

a Bovilla oppidum lege Sullanâ est *b* circumductum. Iter populo non debetur. Agrum ejus ex occupatione milites veterani tenuerunt in sortem.

c Casentinum muro ducta colonia lege Triumvirali deducta. Iter populo ∴∴∴. Ager ejus militibus est assignatus.

Calagna muro ducta colonia. Jussu Drusi Cæsaris populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis est assignatus.

Capua muro ducta colonia Julia Felix jussu Imperatoris Cæsaris à *d* xx viris est deducta. Iter populo *e* [non] debetur pedibus c. Ager ejus lege Sullanâ fuerat assignatus: Postea Cæsar in jugeribus militi pro merito dividi jussit.

Calatia opidum muro ductum. Iter populo debetur pedibus *f* LX. coloniæ Capuensi *g* à Sullâ Felice cum territorio suo adjudicatum olim ob hosticam pugnam.

h Caudinum oppidum muro ductum. Iter populo *i* [non] debetur pedibus L. à Cæsare coloniæ Beneventanæ cum territorio suo est *k* adjudicata. Ager ejus veteranis fuerat asignatus: Postea mensuratus limitibus *l* est censitus.

Cumæ muro ducta colonia ab Augusto deducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in jugeribus pro merito est asignatus jussu Claudii Cæsaris.

Calis municipium muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus Gracchanis antea fuerat asignatus: Postea jussu Cæsaris Augusti *m* militi nomini sui est revocatus.

n Casinum oppidum milites legionarii deduxerunt. Iter populo non debetur. Et quisque, prout agrum occupavit, tenet: Postea limites formari jussit pro merito.

a *Bobile.* b *circumdatum* l. *deductum.* c *Casuentinum.* d *Triumviris.* e Delendum. *f* x. g *à Felice cum territorio suo adjudicata hosticâ pugnâ.* h *Caudium* & *Claudium.* *i* Delendum. k *adjudicatum.* l *& consitus.* m *militibus est renormatus.* n *Cassium.* *e. m. regionarii diviserant*, &c.

[a] Castrimonium oppidum lege Sullanâ est munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus ex occupatione tenebatur: Postea Nero Cæsar tribunis & militibus eum assignavit.

[b] Cereate Marina municipium familia C. Marii [c] obsidebat. Postea à Druso Cæsare militibus & ipsi familiæ in jugeribus est [d] assignatus. Iter populo non debetur.

[e] Cadatia oppidum lege Gracchanâ est munitum. Ager ejus veteranis est assignatus. Iter populo non debetur.

[f] Dunos municipium familia Divi Augusti condidit. Ager ejus [g] iisdem est assignatus sine lege.

[h] Forum populi oppidum muro ductum. Iter populo [non] debetur pedibus xv. Limitibus Augusteis ager ejus in jugeribus est asignatus. Nam Imperator Vespasianus postea lege suâ agrum censeri jussit.

Ferentinum oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus [i] præmii limitibus pro parte in jugeribus laciniis est assignatus.

[k] Frusinone oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis est assignatus.

[l] Frabateria muro ducta colonia. Iter populo non debetur. Ager ejus jure ordinario est divisus.

Fundi oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus jussu Augusti veteranis est asignatus cum culturâ: Ceterùm in ejus jure, & in publicum resedit.

Formias oppidum Triumviri sine colonis deduxerunt. Iter populo non debetur. Ager ejus in absoluto resedit. Pro parte in laciniis est asignatus. Finitur terminis [m] siliceis & Tiburtinis.

Gabii oppidum lege Sullanâ munitum. Ager ejus militibus

a *Castrum novum.* b *Ceretium municipium*, aliàs *Cernere Mariana.* c *obtinebat.* d *assignatum.* e *Collatia* & *Cadicia* & *Catium.* f *Divinos.* g *veteranis.* h *Forum Popilii.* i *præmio militibus*, vel *pro merito m.* k *Frusinona* & *Frixinona*, id est *Frisinona.* l *Fabrateria.* m *ciliciis.*

tibus ex occupatione censitus. Iter populo non debetur. *a* [Ager militis merito est assignatus in laciniis limitibus intercisivis.]

Interamne oppidum muro ductum à Triumviris est munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus militis merito est assignatus in laciniis limitibus intercisivis.

b Laurum-Lavinia lege & consecratione veteri. Nam & ager ejus ab Imperatoribus Vespasiano, Trajano & Hadriano in laciniis est assignatus. Iter populo non debetur.

c Liternum muro ductum colonia ab Augusto deducta. Iter populo debetur pedibus cxx. Ager ejus in jugeribus veteranis est asignatus.

d Lavinium muro ducta colonia deducta est à Divo Julio. Ager ejus limitibus Augusteis pro parte est assignatus militibus veteranis: Et pro parte Virginum Vestalium lege Augustanâ *e* fuit assignatus: Sed postea Imperator Hadrianus colonis suis agrum asignari jussit.

f Liguris Bæbianis & Corneliani muro ductis, Triumvirali lege. Iter populo non debetur. Ager ejus post bellum *g* Augustianum veteranis est assignatus.

h Minturna muro ducta colonia deducta à C. Cæsare. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte in jugeribus est assignatus: Ceterùm in absoluto est *i* relictus.

k Neapolim muro ductam. Iter populo debetur pedibus xxx. Sed ager ejus *l* Syria Palæstina à Græcis est in jugeribus assignatus, & *m* limitibus intercisivis sunt constituti. Inter quos postea & miles Imperatoris Titi lege modum jugerationis ob meritum accepit.

Nuceria *n* Constantia muro ducta colonia deducta jussu Imperatoris Augusti. Iter populo debetur pedibus LX.

a Delenda hæc ut quæ eadem infra statim legantur non immeritò censeo. b *Lauro-Lavinium l. e. c. veteri manet. Ager* &c. c *Liternum.* d *Lanuvium.* e *datus fuit.* f *Ligures Babiani & Corneliani muro ducti.* g *Augustanum.* h *Minturna.* i *relictum.* k *Neapolis m. ducta.* l *ut Syria & Palestina.* m *limites intercisivi sunt constituti.* n *Constantina.*

Ager ejus limitibus *a* Julianis, lege *b* Augustanâ, militibus est assignatus, & alibi in absoluto resedit.

Nola muro ducta colonia Augusta. Vespasianus Augustus deduxit. Iter populo debetur pedibus cxx. Ager ejus limitibus Sullanis militi fuerat assignatus: Postea intercisivis mensuris colonis & familiæ est adjudicatus.

Ostiensis ager, ab Imperatoribus Vespasiano, Trajano, & Hadriano *c* in præcisivis in laciniis, & per strigas colonis eorum est assignatus: Sed postea Imperatores Severus, Antoninus, & Commodus aliqua privatis concesserunt.

d Puteolis colonia Augusta. Augustus deduxit. Iter uno latere populo debetur pedibus xxx. Ager ejus in jugeribus veteranis & tribunis legionariis est assignatus.

e Præneste oppidum. Ager ejus à *f* V̄ viris pro parte in jugeribus est assignatus, ubi cultura est. Cæterùm in absoluto est relictus circa montes. Iter populo non debetur.

Privernum oppidum muro ductum colonia: *g* miles deduxit sine colonis. Iter populo debetur pedibus *h* xxx. Ager ejus pro parte cultus in jugeribus est assignatus. Cæterum in lacineis, *i* vel in soluto remansit.

Surrentinum oppidum. Ager ejus ex occupatione tenebatur à Græcis ob consecrationem *k* Nervæ: sed & *l* circa montes Syrenianos limitibus pro parte Augustanis est assignatus: Cæterum in *m* soluto remansit. Iter populo debetur pedibus xv. *n* ubi Syrena.

o Suessula oppidum muro ductum, colonia lege Sullanâ est deducta. Ager ejus veteranis militibus Sullanis in jugeribus est assignatus. Iter populo non debetur.

Sinuessa oppidum muro ductum colonia. Iter populo non debetur. Ager ejus *p* in limitibus intercisivis militibus est assignatus. Suessa

a *Sullanis*, b *Augusti limites assignati.* c *in præcisuris & lacineis & strigis.* d *Puteoli.* e *Preneste.* f *Triumviris.* g *à militibus deducta sine colonis.* h xx. i *absoluto.* k *Minervæ.* l *τὸ circa* insertum ex membranis. m *absoluto.* *n* ex iisdem. o *S. O. M. ductum. Iter populo non debebatur. Ager ejus in jugeribus limitibus intercisivis militibus est a.* p *in jugeribus limitibus i. e. a.*

Suessa *a* Arunca muro ducta colonia lege Sempronia est deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte limitibus intercisivis & in laciniis est assignatus.

Sæpinum oppidum muro ductum, colonia *b* ab Imperatoribus Nerone & Claudio est deducta. Iter populo debetur pedibus L. Ager ejus in Augusteis centuriis est assignatus.

Sora muro ducta colonia deducta jussu Cæsaris Augusti. Iter populo debetur pedibus XV. Ager ejus limitibus Augusteis veteranis est assignatus.

Signia muro ducta colonia à militibus & Triumviris munita. Iter populo non debetur. Ager ejus in *c* præcisuris limitibus Triumviralibus est assignatus.

Setia muro ducta colonia. *d* Triumviri munierunt. Iter populo debetur pedibus *e* XXXV. Ager ejus in *f* soluto ex occupatione à militibus tenetur.

Telesia muro ducta colonia à Triumviris deducta. Iter populo debetur pedibus *g* XXX. Ager ejus *h* militibus Augusteis in nominibus est assignatus.

i Teanum Sidicinum colonia Cæsaris Augusti. Iter populo debetur pedibus LXXXV. Ager ejus *k* militibus metricis omnibus est assignatus.

Tusculum oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus mensurâ Sullanâ est assignatus.

Terracina oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus in *l* soluto est dimissus.

m Tereventum oppidum. Ager ejus in præcisuras & strigas est assignatus post tertiam obsidionem *n* militibus Julianis. Iter populo non debetur.

Trebula Municipium (oppidum.) Iter populo non debe-

a *Aurunca.* b *ab Imperatore Nerone Claudio.* c *præcisuras.* d *Triumvirali lege est munita.* e XV. f *absoluto e. o. a. m. tenebatur.* g XX. h *limitibus A. in omnibus.* i *Teanum Syricinum c. deducta a. C. A.* k *limitibus metricis hominibus* IIII c L. *limitibus Augusteis est a.* l *absoluto est divisus.* m *Treventum.* n *limitibus.*

tur. Ager ejus limitibus Augusteis in [a] nominibus est assignatus.

Velitræ oppidum lege Sempronia fuerat deductum: Postea Claudius Cæsar agrum ejus limitibus Augusteis censitum militibus assignari jussit.

Ulubra oppidum à Triumviris erat deductum. Postea à Druso Cæsare [b] exstinctum. Ager ejus in [c] nominibus est assignatus. Iter populo non debetur.

Vulturnum muro ductum colonia jussu Imperatoris Cæsaris est deducta. Iter populo debetur pedibus [d] xv. Ager ejus in [e] nominibus villarum & possessorum est assignatus.

Venafrum oppidum [f] v̄ Viri deduxerunt sine colonis. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus in laciniis limitibus intercisivis est assignatus: sed summa montium [g] jure templi Deæ ab Augusto sunt concessa.

[h] Verule oppidum muro ductum. Ager ejus limitibus Gracchanis in [i] nominibus est adsignatus, ab Imperatore Nerva colonis est redditus.∴∴

Huic addendæ sunt mensuræ Limitum & Terminorum, ex libris Augusti & Neronis Cæsarum: sed & Balbi mensoris, qui temporibus Augusti omnium Provinciarum formas & Civitatum mensuras compertas in commentarios contulit, & legem Agrariam per universitatem provinciarum, [k] distinxit ac declaravit.

PROVINCIA LUCANIA.

PRÆFECTURÆ Ulciane, Pæstana, Potentina, [l] Athenas & Consiline, Tegenensis quadratæ centuriæ in jugera N: CC. Grumentine limitibus Gracchanis quadratis in jugera N. CC. Decimanus in Orientem, Cardo in Meridianum. Velienſi actus N. X. G. P. XXV.

PRO-

a *Omnibus* b *exstructum*, item *irruptum*. c *omnibus*. d xx. e *omnibus est assignatus villarum possessoribus*. f *Triumviri*. g *jure templorum sunt ab Augusto censita*. h *Verula*. i *omnibus*. k aliàs *detexit*. l *Atinas*.

PROVINCIA *BRITANNORUM.

CENTURIÆ quadratæ in jugera cc. & cetera in laciniis sunt præcisa post demortuos milites. Ager Buxentinus [a] Sextertianus est assignatus in cancellationem limitibus maritimis.

Ager [b] Constantinus ab Imperatore Augusto assignatus limitibus Gracchanis in jugera N. cc. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum.

Ager Vibonensis actus N. X. G. P. XXV. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum.

Ager Campanus limitibus Gracchanis in jugera N. cc. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum.

Ager Beneventanus actus N. XC. P. XXV. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum.

PROVINCIA APULIA.

AGER [c] Æclanensis. Iter non debetur: actus N. XX. P. XXIV. in jugera N. CCXL. Decimanus in Orientem, Cardo in Meridianum.

Ager Venusinus cum limitibus Gracchanis unius scamni.

Ager Canusinus. Iter populo non debetur: in jugera NCC. Item [d] Eberdona, Auscelinus, Arpanus, Collatinus, Sipontinus, Salpinus, & qui circa montem Garganum sunt, centuriis quadratis in jugera N. cc. lege Sempronià & Juliâ. Cardo in Meridianum, Decimanus in Orientem. Item & Theatinus Apulus. Iter populo non debetur.

Ager Lucerinus Cardinibus & Decimanis est assignatus, sed cursum Solis sunt secuti, & constituerunt centurias contra cursum Orientalem actus N. LXXX. & contra Meridianum actus N. XC. efficiunt jugera N. DC. XL. Iter populo non debetur.

* BRUTTIORUM. a *Sestertianus.* b *Consentinus.* c *Æsculanensis.* d *Hordona, Asculinus.*

PROVINCIA CALABRIA.

TERRITORIUM Tarentinum, Lypiense, Austranum, Varium in jugera N. CC. limitibus Gracchanis: & cetera loca vel territoria in saltibus sunt assignata, pro *a* æstimo ubertatis sunt præcisa: Nam variis locis mensuræ actæ sunt, & jugerationis modus collectus est. Cetera autem prout quis *b* occubuit posteriore tempore censita sunt, & ei possidenti assignata, ab Imperatore Vespasiano censita ex jussione. Iter populo non debetur. Nam eadem provincia habet muros, macerias, *c* corrosiones, congerias, & terminos Tiburtinos, sicut in Piceno fertur.

PROVINCIA SICILIA.

TERRITORIUM Panormitanum Imperator Vespasianus assignavit militibus veteranis, & familiæ suæ. Ager ejus finitur terminis Tiburtinis pro parte *d* scripti: Nam sunt & cippi oleaginei, qui loco termini observantur, & distant à se P. CL. CC. *e* CCL. CCCC. DL. prout ratio postulabit. Nam sunt termini proportionales, quos milites inter se veterani posuerunt, & custodiunt lineas consortales idem *f* Serestanorum ut supra, vel ad Leucopetram.

PROVINCIA TUSCIA.

LEX agrorum ex commentario Claudii Cæsaris. Lex agris limitibus metiundis partis Tusciæ prius, & Campaniæ, Apuliæ, & Variæ regionis vel acta territoria. *g* Variat autem regiones non habent æquales centurias vel mensuras. In agro Florentino in centurias singulas jugera CC. qui conduxerit Decimanum; latum P. XL. Cardinem latum P. XX. Facito

a *Æstimio.* b *occupavit.* c *corosiones, scorosiones, scorpiones.* d *scriptis.* e CCL. CCC. CCCL. CCCC. f *Sergestanorum.* g *Varia.*

cito & certos limites ſubruncivos; latum G N. facito quos limites faciet in his limitibus recepiſſe. Terminos lapideos ponito ex ſaxo ſilice aut molari, aut deteriorem ſupra terram ſexquipedem facito craſſum pedem à Decimano & Cardinem quintum quemque facito *a* (P. XLI. ceteros limites ſubruncivos. Item politum rotundum facito) in terram dimittito ne minus P. III. ceteros terminos, qui in opus erunt, robuſtos ſtatuito ſuper terram P. II. craſſum pedem, ſi in terram dimitto, ne minus P. III. coſque circumcalcatos ſcriptos ita ut juſſiſſent quod ſubſicivum minus jugera C. erit, per centuriam procedit: quod ſubſicivum minus jugera L. id per dimidiam centuriam procedit. Hoc opus omne arbitratu

b OCTAVII CÆSARIS, ANTONII, ET LEPIDI TRIUMVIRUM. *c*

COLONIA Florentina deducta à Triumviris, aſſignata lege Juliâ centuriæ Cæſariana in jugera CC. per Cardines & Decumanos termini rotundi pedales: & diſtant à ſe P. IICCCC. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici pedem longum craſſum, & diſtant à ſe P. ∞ CC. Ceteri proportionales ſunt, qui non ad rationem vel recturas limitum pertinent, ſed ad modum jugerationis cuſtodiendum, & diſtant à ſe alius ab alio P. DC. Quorum limitum curſus nullâ *d* intrajectâ diſtantiâ in utroque laterum territorii concurrunt, in infrà monſtravi, ∴∴∴. & interciſivos limites ſervant, quos veterani pro obſervatione partium ſtatutos cuſtodiunt.

Colonia *e* Fida Tuder eâ lege quâ & ager Florentinus *f* in centuriis ſingulis jugera CC. termini lapidei alii ſaxei, alii molares, craſſi ſemipedem longum dodrantem, diſtant à ſe P. DC & DCCXX. Quòd ſi fuerit craſſus GY. dodran. 5IIII. aut 52y. deun. XI. & alius ab alio P. DCCCCLX. ∞ LXXX. ſcri-

a Semilunulis incluſa deſunt vulgatis. *b* CLAUDII. *c* SP. *d* *interjectâ d. i. utraſque laterum partes ac territoria current, ut infra m.* *e* *Fœdatura.* *f* *in centuriis ſingulis habens jugera.*

ſcriptus tyſilogrammus fuerit terminus, & alius ab alio P. ∞ CC.

Colonia Volaterrana lege Triumvirali in *a* centurias ſingulas jugera CC. Decimanis & Cardinibus eſt aſſignata, quam omnem veterani in portionibus *b* diviſa pro parte habent, *c* in quos limites recepit intervallos P. II. CCCC. in quibus centuriis unuſquiſque miles accepit jugera *d* XXV. & LXXXV. & LX. termini eâ lege *e* (ſunt conſtituti quâ) ſuperiùs diximus.

Colonia Arretium lege Auguſteâ cenſita limitibus Gracchanis, qui rectuaras maritimas & montanas *f* ſpectabant: Poſtea per *g* Cardinis, id eſt decimano & duodecimo eſt aſſignata: & numerus centuriarum manet: quæ quadratæ, ſunt in P. II. CCCC. quæ pro parte terminos lapideos recipit *h* ſenis ſale: diſtant à ſe P. CCCL. III. 22. diſtant à ſe P. CCXL. *i* ſi fidrodam P. CCCCLXXX. ſi dodram P. DC. ſi ∞ 22. diſtant X. P. DCCCXL. ſi P. ∞ unus in P. ∞ CXX. habet rationem in eâdem regione numeri eſt pro parte enim pro modo jugerationis pedaturæ numerus eſt aſſignatus.

Colonia Ferentinenſis lege Sempronià eſt aſſignata: ſed quòd antè limitibus centuriatis *i* eſt aſsignata: poſtea, deficientibus veteranis, juxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita: numeris *k* uncialis termini ſunt conſtituti: id eſt, alii ſilicei craſsi ∞ CL, 22, longi. diſtant à ſe P. ∞ CCCCXL. alii *l* albi 221IIII *m* id eſt aut à ſe P. DC. *n* ceteros prout natura locorum invenit, poſiti ſunt. Colonia Capis: pro *o* æſtimo ubertatis & naturâ locorum agri aſſignati ſunt: termini variis locis ſunt *p* depoſiti, id eſt, in planicie, ubi miles habuit *q* proportionem: qui termini diſtant à ſe in P. LX. LXXX. CXX. CXL. CL. CLX. CLXXX. CCXX. CCXL. CCC. &, ſi longiùs natura loci tendatur, ſunt in P. DC. DCCCXL. DCCCL. ∞ LXXX. CCCCXL.

a *Centuriis ſingulis.* b *diviſam.* c *in quâ limites recipiunt intervalla.* d XXV, & L. XXXV. & LX. e Abſunt vulgatis. f *ſpectant.* g *Cardines, id eſt, decimanos & duodecimanos.* h *ſi dodran.* i *fuerat a.* k *uncialibus* vel *unciales.* l *alti* vel *alibi.* m *diſtant à ſe.* n *ceteri.* o *æſtimio.* p *appoſiti.* q *portionem.*

ccccxl. ∞d. ceteris autem locis vias cavas itinera coronium & ante coloniam coroninas nominata ; quæ si ita sunt, exsequi oportet, ne id sequaris, quod aliqua pars posteriori tempore, [a] pacti dicisionisve caussa inter se [b] sunt sensiti.

Colonia Junonia, quæ appellatur [c] Faliscos, quæ à Triumviris est asignata, & modus jugerationis est datus, in quâ limites intercisivi sunt directi: lege Agrariâ sunt mensuræ collectæ : termini sunt autem non omnibus censiti, sed numero pedaturæ sunt limites constituti in locis quibusdam: rivi finales, & cavæ, quæ ex pactione sunt [d] designatæ, hanc tamen quæ recturam limitum recipiunt: nam termini sunt silicei pro parte, & distant à se p. ccxl. ccc. ccclx. & ccccl x & cccclxxx. & dc. ceterum [e] normales longitudo per rivorum cursus servatur.

Colonia [f] Nepis eâdem lege servatur, quâ & ager Faliscorum.

Colonia Sutrium ab oppidanis est deducta : antè limites contra [g] Orientale rectura dirigebantur. Postea ex omni latere sunt extenuati : &, licet omnes agri ad modum jugerationis sint asignati : tamen, [h] pro parte naturam loci secuti artifices agros censuerunt, id est, fecerunt [i] gannatos, & scamnatos riparum & coronarum [k] natura, & juga collium sunt emensi: terminos autem pro parte lapideos posuerunt, alios verò ligneos, qui [l] sacricales pali appellantur: qui distant à se p. cccc. p. d. p. dc. p. dcc. p. dccc. p. dcccc. p. ∞. p. ∞ cc. ceterum pro naturâ loci designatum est in ripis.

Campi Tiberiani [m] in jugeribus vicinis quenis xxy. sunt asignati à Tiberio Cæsare, & termini Tiberiani nuncupantur : qui distant à se p. dc. p. ∞ cc. p. dccc. p. ccc. p. alibi

a *Pacis.* b *censuerunt.* c *Falisca, à Triumviris.* d *assignatæ.* e *normalis.* f *Nepensis* item *Nepet.* g *Orientem per recturas.* h *propter naturas locorum.* i *gammatos.* k *naturam saxis signantes & juga c.* l *Sacrificales appellantur.* m *jugeribus vicenis quinis sunt,* vel *jugeribus quinis.*

alibi P. DC. alibi DC. P. D. P. DCCXX. qui recipiunt mensuram [a] sexenis P. CCL. ij. P. ij. 525. duasela P. IIII. [b] ceterum limitibus normalibus recturæ concurrunt.

COLONIA Tarquinius lege Sempronià est assignata; cujus agri mensura in [c] tetragono variis locis est collecta, & termini [d] scilicet sunt appositi, quorum mensura est deun. XXI. per longum 522. & distant à se in P. DCCLX. alii longum trien. III-III. distant à se P. DCCCLXX. DCCCLX. hoc in montibus, vel locis montanis, in quibus alii juxta loci naturam spissiores sunt siti, id est [e] ne mensuræ sue numero podismati sunt [f] inter P. CXX. inter P. CLX. in P. CLXXX. in P. CC. & CCXL. nam circa regionem maritimam limites rectos censuerunt, & lapidibus his compactis cursum demonstraverunt, aliis verò locis [g] est convallium ordinari disposuerunt.

COLONIA [h] Graviscos ab Augusto deduci jussa est: nam ager ejus in absoluto tenebatur: Postea Imperator Tiberius Cæsar jugerationis modum servandi causa lapidibus emensis RP. loca assignavit; nam inter privatos [i] egregios terminos posuit: qui ita à se distant, ut brevi intervallo facile [k] inveniantur, [l] reperiantur: nam sunt & per recturas fossæ [m] inter rectæ, quæ communi ratione singulorum ∴∴.

[n] COLONIA Vejus, priusquam oppugnaretur, ager ejus militibus est assignatus ex lege Juliâ: Postea deficientibus his, ad urbanam civitatem associandos censuerat Divus Augustus. Nam variis temporibus & à Divis Imperatoribus agri sunt assignati. Cujus ratio sic ostenditur.

Circa oppidum Vejus sunt naturæ locorum, quæ [o] vice limitum servant, sed non per multa millia pedum concurrunt, in quibus etiam termini siti sunt pro parte silicei, & alii

a *Parallelogrammam.* b *ceteris limitibus normalibus concurrentibus.* c *trigono.* d *silicei.* e *sine mensurâ vel n.* f *in* P. CCXI. *in* P. CCLX. *&c.* g *juxta convallium ordinem disp.* h *Graviscæ* aliàs *Gavis.* i *gregibus.* k *l* alterum glossema videtur. m *intervectæque, interjectura* vel *interjecta.* n *Colonia Veji.* o *vicem.*

alii Tiburtini. Silicei verò distant à se in P. *a* CCXX. CCCLX. CCCCXX. CCCCLXXX. DLX. DC. Tiburtini verò in P. *b* CCL. CCLXXX. CCCXL. CCCC. *c* CCCCXX. DC. quòd si spissiores, DLXXX. DCXL. DCLX. non sunt riparum cursus: servantur harum tamen quæ per multa milia pedum recturas separationesve agrorum ab initio suo usque ad occasum custodiunt, & ne eas ripas sequendas *d* perarent, quæ intra corpus agri nascuntur, & in suo latere decidunt. Lex Limitum eas prædamnavit, ne id aliquando sequamini, quod major potestas limitum, recturarumve non confirmat. Sed si *e* conventionis caussa eò partes inter se constituendas censuerunt, non recturæ imputandum est, sed concurrenti *f* definitione fides adhibenda. *g* Quod enim viarum, riparum, cavarum, multorum agrorum separandorum permeantium cursus servandus. Pars verò camporum & silvæ regionis Campaniæ, vel totius Aureliæ, *h* antè Divo Augusto veteranis pro parte data fuit: in quâ regione limites maritimi appellantur, ubi non sunt termini lapidei, sed lignei sacrificales *i* exordio sunt constituti: Nam postea jussu Imperatoris Hadriani vice numero limitum termini positi sunt lapidei, *k* qui ab uno incipiunt numerum contineri: ut puta terminus I. in termini II. terminus III. quartus IV. terminus quinctus V. usque ad numerum suum facit, vel conclusionem angulorum agri assignati: quorum mensura licet *l* adversa sit, tamen distant à se in P. C. in *m* CXL. in P. CC. in P. CCXL. in P. CCC. in P. *n* CCCXL. in P. CCCC. in P. CCCCLXXX. in P. D. in P. DLX. in P. DC. *o* [sequitur extra ordinem ad latus: hoc sequitur ex ordine quo infra est,] nam pars agri, quæ circa portum est *p* Tiberi in jugeribus assignata, atque oppidanis

a CCCXX. b CCXL. c CCCCXL. DCXX. d *sperarent.* e *conversationis caussa eas partes.* f *definitioni.* g *quidquid enim viarum r. c. m. a. separandorumve fuerit, primi omnium cursus ratione servatur.* h *à D. Augusto* vel *antè à D. A.* i *ab exordio.* k *qui ab uno incipiunt scripti numerum continere, ut puta terminus primus,* I. *termini duo,* II. *terminus tertius,* III. *quartus,* IV. *quintus,* V. l *diversa.* m CL. n CCCLX. o Ista aliàs ignorantur. p *Tiberis.*

danis est tradita, & pro [a] æstimo ubertatis professionem acceperunt: media autem pars inter Romam & portum actis quidem mensuris est assignata, & stipitibus oleagineis affixi [b] muneri ad singulos angulos sunt assignati [c] ad quorum locorum postea lapides græcales ob numero podium custodiendo sunt appositi: quibus etiam præceptum est, ut pali annui sacrificales renovarentur: Postea variis locis, deficientibus veteranis, jussu Imperatoris Cæsaris Trajani, agri terminis lapideis sunt assignati: qui termini recipiunt mensuram parallelogrammam, & distant à se in P. DC. [d] DCCCXL DCCCCLX. [e] ∞XX. ∞CC. [f] ∞CCCCXL. [g] ∞DLXXX. ∞ DCCC. hujus enim territorii forma in tabula æris ab Imperatore Trajano jussa est describi, quod limitibus normalibus, maritimisque sit [h] assignatus. Pars autem intra Etruriam [i] proximæ coloniæ Vejos omnes limitibus intercisivis est assignata, ut supra ostendi, in quo territorio omnis ager jugerationis modum habet collectum, sicut in [k] ære est nominatum.

AGER Lunensis eâ lege, quâ ager Florentinus: limites in horam sextam conversi sunt, & ad occidentem plurimùm dirigunt cursum: termini aliqui ad distinctionem [l] numeri positi sunt: alii ad recturas linearum monstrandas.

AGER [m] Tiferinus in centuriis fuit assignatus: Postea, jussu Imperatoris Tiberii Cæsaris, [n] quis prout occupavit miles [o] deficientibus his, aliis paucioribus est assignatus, termini pleurici, qui rationem observationis tantummodo ostendunt quàm recturam [p] militum.

AGER [q] Speltinus lege [r] aliâ est assignatus in modum jugerationis: termini lapidei distant à se P. ∞CC522. distant à se P. ∞DCCCCXXL. I. 51. 52. P. 11513. P. II. distant

a *Æstimio.* b *numeri.* c *quorum palorum loco postea lapides gregales ad suum numerum podismumque constituti sunt & appositi.* d DCCCLX. e ∞LX. f ∞CCCCLX. g ∞DCLXXX. h *assignatum.* i *proxima coloniam Vejos.* k *ceteris nominatur.* l *numerum.* m *Tiberinus.* n *prout quis.* o *deficiente plebe.* p *limitum.* q *Spoletinus.* r *Iuliâ.*

ſtant à ſe P. IICCC. eâ lege & menſurâ ſervari à noſtris viſum eſt.

Ager *a* Amerinus lege Imperatoris Auguſti eſt aſſignatus veteranis, *b* eſt quidem adjudicatus, & pro *c* æſtimo libertatis legem ſunt ſecuti, *d* ubi termini ambiguum nunquam receperant circa ipſum oppidum, ſed extra tertium milliarium lex Cæſariana operata eſt: in abſoluto termini ſiti ſunt, id eſt 55. P. 3. DCCC. P. D22. ∞CC. alii 525. P. 522. P. ∞CCCCXL.

PARS PICENI EX LIBRO BALBI.

PROVINCIÆ PICENI.

Ager Spoletinus in jugeribus & limitibus eſt interciſivis aſſignatus, ubi cultura eſt: ceterum in *e* ſoluto eſt relictum in montibus vel ſubſicivis, quæ Reip. alii ceſſa cenſita ſunt: nam etiam multa loca hereditaria accepit ejus populus.

Ager qui à fundo 3. vel 4. 5. cenſitus eſt, in jugeribus jure ordinario poſſidetur, ſicut eſt Interamna Flaminiæ, & inter Paletino Piceni.

Ager urbis Savienſis limitibus maritimis & montanis lege Triumvirali, & loca hereditaria populus accepit.

Ager *f* Troentinus *g* idem eſt aſſignatus.

Ager *h* Firmo Picerno limitibus Triumviralibus in centuriis per jugera cc. aſſignatus.

Ager Senogallienſis, & *i* Putentinus, *k* Recinenſis *l* idem ſunt aſſignati.

Ager Cuprenſis, Truentinus, Caſtranus, *m* Alternenſis, lege Auguſteâ ſunt aſſignati.

Ager Anconitanus limitibus Gracchanis in centuriis eſt aſſignatus.

a *Armetillus.* b *& quidem* c *æſtimio ubertatis.* d *ubi termini junguntur tam limitum quàm rectiurarum circa ipſum oppidum* &c. e *abſoluto.* f *Tolentinus.* g *itidem.* h *Firmanus.* i *Potentinus.* k *Reginenſis.* l *itidem.* m *Aternenſis.*

AGER Asculanus locis variis limitibus intercisivis [a] & assignatus, & terminis Claudianis in modum arcellæ est demetitus, & [b] aliis ligneis sacrificalibus. Quorum limitum distantia est P. ∞ CC, & infra: & ceterum in absoluto remansit, & Triumvirorum tenor finitimus observabatur. Ager militibus est asignatus.

[c] AGER Adrianus, idem & ager Falerionensis limitibus maritimis, & Gallicis, quos dicimus [d] Decimanus, & Cardinis: nam eorum [e] delimatio est per rationem arcarum, [f] vel canalabula, vel noverca, quod tegulis constituitur, aliis verò locis [g] muros, macerias, [h] corrosiones, congerias, carbunculos, & [i] variis locis terminos angustos, per quorum cursus in Piceno fines terminantur.

FINIS.

* * * * * *

Adrianus ager, limitibus maritimis & Gallicis, quos nos Decumanos & Cardines appellamus. Finitur per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel novercarum, quod tegulis construitur. Aliis verò locis muris, maceriis, scorofionibus, congeriis, carbunculis, terminis Augusteis, fluminum cursibus.

Adteiatis oppidi ager aliquibus locis tribus limitibus est assignatus, in centuriis: quorum limitatio pedaturæ hæc est, à pedibus ∞ CCCC. & supra usque in pedes [k] II. D. Nam aliorum cursus est per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel novercarum, & variis locis terminis Augusteis, sed & aliis finitimis signis.

Asculanus ager variis locis limitibus intercisivis est assignatus, & terminis Claudianis in modum arcellæ est demetitus,

a *Est.* b *palis.* c *Ager Adrianus, Nursinus, & Falerionensis, & Pinnensis, q. d. d. e. c. assignantur. Nam*, &c. d *Decimanos & Cardines.* e *delimitatio.* f *vel canabularum vel novercarum.* g *per muros.* h *corosiones.* i *variis locis per terminos Augusteos.* k ∞ D.

titus, qui si tres fuerint in unum, trifinium faciunt, & palis ligneis, siliceis, sacrificalibus, per quos ratio limitum servatur: qui distant à se pedibus cccc, & infrà. Ceterum in absoluto remansit & rivorum tenor & viarum finitimus: observantur maximè in his limitibus carbunculi & scorofiones. Mensura verò acta est in separationibus fundorum per Vectium Rufinum cohortis VI. PP. jugera IIII. CL. accepit & XII agros in montibus Romani acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur, per Manilium Nepotem militem cohortis III. Pro-consule, & Cœnio Severo & Stolâ Consulibus.

Auximatis ager limitibus Gracchanis per centurias est assignatus.

Anconitanus ager eâ lege continetur quâ & ager Auximatis, limitibus Gracchanis in jugeribus.

Albensis ager, locis variis limitibus intercisivis est assignatus: terminis verò Tiburtinis, qui Cilicii nuncupantur, & in limitibus constituti sunt. Aliis verò locis sacra sepulchrave vel rigores, quorum ratio distat à se in pedes CCCCL. & infra, & quàm maximè limitibus est assignatus. Terminatio autem ejus facta est VI. Id. Octob. per Cilicium Saturninum centurionem cohortis VII & XX, mensoribus intervenientibus, & termini à Cilicio Cilicii nuncupantur. Hæc determinatio facta est Orfito seniore, & Quinto Scitio & Prisco Consulibus.

Aternensis ager lege Augusteâ est assignatus: rivorum & viarum cursus servatur.

Curium Sabinorum ager per Quæstores est venundatus, & quibusdam laterculis per quinquagena jugera inclusus est. Postea verò jussu Julii Cæsaris per centurias & limites est demetitus. Termini verò Tiburtini affixi sunt. Sed & lapides incores signati sunt. Variis autem locis muri, maceriæ, sepulchra, monumenta, rivorum vel fluminum cursus, arbores antemissæ vel peregrinæ, & putei finem faciunt. Sed & alia signa quæ in libris auctorum leguntur. Quòd si signa hæc non

non inveniantur, arbores olivarum si sibi in transverso occurrerint, pro rigore servandum est: qui rigor pinnalis dicitur. Si certe ordines sibi convenerint, & hic rigor jungatur cum pinnali, hebes appellantur. Sic enim colliges fines inter possessiones.

Campi Tiberiani qui inter Romam & Tibur esse videntur, à Tiberio Cæsare sunt demetiti, in jugeribus xxv. & termini Tiberiani nuncupantur, qui distant à se in pedes D. & supra, usque in pedes ∞cc. Ceterùm verò limitibus normalibus recturæ concurrunt.

Carseolis. Ager ejus iter populo non debetur. Usque ad muros privati possident. Sunt etiam montes qui Romani appellantur, eâ ratione quâ in Agro Asculano suprà diximus: qui montes ad suram finem habent. Finitur enim jugis montium, terminis Augusteis, ripis per devexa collium, arboribus, divergiis aquarum: sed & per alia finitima documenta. In campis verò terminos quadratos, Tiburtinos, spatulas cursorias, limitibus interjectis verò locis per arcas instructas, & monumenta finitur.

Castranus ager lege Augusteâ est assignatus.

[a] Cyprensis ager eâ lege est assignatus quâ & ager Castranus.

Castellense municipium.∴∴ Ager ejus limitibus Decumanis & Cardinibus continetur: in centuriis est assignatus.

Cingulanus ager. Iter populo non debetur. Eâ lege continetur quâ & ager Potentinus; in jugeribus & limitibus intercisivis est assignatus, ubi cultura. Cæterum verò in solutum est: reliqua in montibus idem censuerunt. Nam multa loca hereditaria accepit eorum populus. Ager qui à fundo suo tertio vel quarto vicino situs est, in jugeribus jure ordinario possidetur, sicut est Interamna Palestinæ Piceni.

Corfinius ager, limitibus maritimis & montanis in jugera cc. sunt assignati, lege Augusteâ sunt censiti, & termini Augustei ibidem nuncupantur.

Casentium muro ductum. Ager ejus lege Triumvirali est assi-

a *Cuprensis.*

assignatus limitibus, per terminos & alia signa finialia. Iter populo non debetur.

Capenus. Ager ejus finitur terminis Tiburtinis, ex aliâ parte siliceis, qui distant à se pedibus cc. usque in pedes ccccl. habet ripas, vias, & rivos finales.

Corfinius ager lege Semproniâ est assignatus. Iter populo debetur pedibus lxxx. Ager ejus in tetragonon est assignatus, & silicei termini sunt appositi, qui distant à se in pedes ad cxx. usque in pedes dccclx. & alia signa secundum auctorum doctrinam.

a Ecicylanus ager per strigas & scamna in centuriis est assignatus. Termini verò rotundi & spatulæ cursoreæ constituti: per montes autem congestiones petrarum, & termini: sed & signa quibus ager arcisinius finitur.

Foronovanus per limites & centurias est assignatus. Termini verò Tiburtini & Augustei, canabulæ, vel novercæ, muri, maceriæ, putei: sed & sacrificales pali affixi sunt, qui distant à se in pedes ccl. & supra usque in pedes cccc. Variis autem locis per instructuras, arcas, rivorum vel fluminum cursus: sed & juga montium atque supercilia fines servantur.

Fidenæ. Ager ejus eâ lege servatur quâ & ager Campi Tiberiani.

b Ficiliensis ager eâ lege servatur quâ & ager Curium Sabinorum.

Firmo Picenus. Ager ejus lege Triumvirali in centuriis singulis jugera cc. Finitur sicuti ager Foronovanus.

Falerionensis ager limitibus maritimis & Gallicis est assignatus, quos nos Decumanos & Cardines appellamus. Finitur arcarum, riparum, canabularum, sive novercarum muris, maceriis, scorofionibus, maceriis, carbunculis, terminis Augusteis, rivis, fluminibus, arboribus antemissis, jugis montium, superciliis, petris naturalibus signatis, sicut in Piceno fines terminantur.

a *Æquiculanus.* b *Ficulensis.*

Faneſtris Fortunæ. Ager ejus limitibus maritimis & montanis eſt aſſignatus, & per ea ſigna quibus Falerionenſis ager.

Camerinus. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus maritimis & Gallicis continetur. Finitur enim ſicut ager Faneſtris Fortunæ.

Lucoferonia. Ager ejus finitur arboribus antemiſſis, ſed & aliis ſignis, quibus fines ſervantur in provinciâ Piceni, terminis Tiburtinis, qui diſtant à ſe in pedes XL. uſque in pedes CCCLXX.

Marſus. Municipium licet conſecratione veteri maneat, tamen ager ejus aliquibus locis in tribus limitibus lege Auguſteâ eſt aſſignatus, limitibus maritimis & montanis. Ager ejus aliquibus locis in jugeribus CC. continetur: terminis verò Tiburtinis & ſiliciis, & aliis documentis, quibus ager Falerionenſis finitur.

Matilica, oppidum. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus eâ lege continetur quâ & Camerinus.

Numentum. Ager ejus eâ lege continetur quâ & ager Foronovanus.

Nurſia. Ager ejus per ſtrigas & per ſcamna in centuriis eſt aſſignatus. Finitur ſicuti ager Aſculanus.

Nomatis. Ager ejus eâ lege continetur quâ & ager Auximatis.

Oſtrenſis ager eâ lege continetur quâ & ager Camerinus.

Pinnes. Ager ejus eâ lege continetur quâ & ager Adrianus.

Pauſulenſis ager per limites in centuriis ſingulis jugera CC. eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus.

Potentinus ager eâ lege finitur quâ & Pauſulenſis.

Placentinus colonia. Iter populo debetur. Ager ejus limitibus interciſivis eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus.

Potentinus ager in jugeribus & limitibus interciſivis eſt aſſignatus, ubi cultura. Ceterùm in abſoluto remanſit: reliqua in montibus cenſuerunt, & multa loca hereditaria accepit eorum populus.

Piſau-

Pisaurensis ager finitur rivorum, riparum, fluminum cursu, terminorum fide, & palis sacrificalibus, sicut in provinciâ Piceni.

Reate. Ager ejus per strigas & per scamna in centuriis est assignatus. Terminos verò rotundos & spatulas cursorias posuimus: per montes autem foveas: sed & aggestum petrarum, ut est in libro Regionum. Finitur enim sicuti ager Foronovanus.

Ricinensis ager limitibus & centuriis est assignatus. Finitur sicut ager Asculanus.

Sentis oppidum. Ager ejus limitibus maritimis & montanis lege Triumvirali est assignatus, & loca hereditaria populus ejus accepit. Finitur sicuti consuetudo est regioni Piceni.

Senogalliensis ager lege Triumvirali est assignatus, limitibus & centuriis terminis atque rivis: sed & aliis signis, quæ in libro Conditionum Italiæ agrorum leguntur.

Septempeda oppidum. Iter populo non debetur. Eâ lege continetur quâ & ager Cingulanus.

Superequum. Ager ejus limitibus maritimis [a] est assignatus. In centuriis singulis jugera cc. Finitur sicuti supra legitur ager Marsensis.

Tibur. Ager ejus à Tiberio Cæsare est assignatus: eâ lege continetur quâ & campi Tiberiani leguntur inter Tibur & Romam.

Tribule municipium. Iter populo non debetur. Limitibus Augusteis est assignatus. Finitur sicuti ager Curium Sabinorum.

Teate, qui Aternus. Ager ejus lege Augusteâ est assignatus. Finitur sicuti consuetudo est in regione Piceni.

Troento finitur sicut supra diximus de agro Teatino.

Teramne Palestina Piceni. Ager ejus in jugeribus & limitibus est assignatus, ubi cultura est: Nam ceterùm in absoluto remansit. Reliqua autem in montibus sub ipsius

a *Et montanis.*

Rep. censuerunt: nam multa loca hereditaria accepit ejus populus. Tertio vel quarto vicino fundo suo situs est; jure ordinario possidetur.

Tuficum oppidum. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus eâ lege continetur quâ & ager Atteiatis.

Tolentinus ager limitibus maritimis & montanis est assignatus lege Triumvirali, & loca hereditaria accepit ejus populus.

Treensis ager. Iter populo non debetur. Eâ lege continetur, quâ & ager Potentinus.

Veragranus ager eâ lege continetur quâ & ager Teatinus.

CIVITATES REGIONIS SAMNII.

AUFIDENA muro ducta. Iter populo debetur pedibus X. milites eam lege Juliâ sine colonis deduxerunt. Ager ejus per centurias & scamna est assignatus: termini Tiburtini sunt appositi limitibus intercisivis.

Antianus ager [a] item est assignatus, ut ager Fidenatis.

Bobianus oppidum. Iter populo debetur pedibus X. lege Juliâ est deductum: termini rotundi sunt appositi. Finitur testimonio arcarum, riparum, sepulturarum, congeriarum, carbunculorum, rivorum, superciliorum, & limitum Decumanorum & Cardinum.

Clibes. Ager ejus lege Juliâ est assignatus. Finitur sicut ager Bobianus.

Cornifius ager limitibus maritimis & montanis, in centuriis singulis jugera CC. Finitur terminis Tiburtinis, & rivis, arboribus peregrinis, vel antemissis, monimentis, viis, nymphis. Ager ejus in præcisuris est assignatus.

Esernia oppidum muro ductum: jussu Neronis est deductum. Iter populo debetur pedibus L. in centuriis, & Augusteis terminis est assignatus.

Istoniis colonia. Ager ejus per centurias & scamna est assignatus. Finitur sicuti ager Bobianus.

Joba-

a *Idem.*

Jobanus. Ager ejus eâ lege continetur quâ & ager Eſerniæ.

Larinus lege Julia eſt aſſignatus. Iter populo debetur pedibus x. Finitur ſicut ager Corſinius.

Solmona eâ lege eſt aſſignata quâ & ager Eſerniæ.

NOMINA CIVITATUM APULIÆ ET CALABRIÆ.

Ager Auſculinus lege Sempronià & Juliâ eſt aſſignatus, ubi eſt Decimanus in Oriente, Kardo in Meridiano. Finitur per terminos & terrarum tumores: aliquibus locis arboribus antemiſſis, & viis: ſed & collectione petrarum: in centuriis ſingulis jugera cc.

Ardona & Aſpanus. Agri earum eâ lege & diviſione ſunt aſſignati quâ & ager Auſculinus.

Canuſinus ager. Iter populo non debetur. Finitur viis & ſignis quibus in libris deſcripſimus: in centuriis ſingulis jugera cc. Decimanus in Oriente.

Comſinus. Ager ejus limitibus Gracchanis. Iter populo non debetur. Finitur ſicuti ager Canuſinus.

Conlatinus, qui & Carmejanus, & qui circa montem Garganum ſunt, finiuntur ſicut ager Auſculinus.

Eclanenſis. Iter populo non debetur. Ager ejus in centuriis ſingulis jugera ccxl. actus numero xx & per xxiv. lege eſt aſſignatus quâ & ager Canuſinus. Decumanus eſt in Oriente.

Lucerinus ager Cardinibus & Decimanis eſt aſſignatus, ſed curſum Solis ſunt ſecuti, & conſtituerunt centurias contra curſum Orientalem. Finitur ſicuti ager Auſculinus.

Salpis colonia littore terminatur. Finitur finitimis muris, viis, aquarum ductibus, foſſis. In centuriis ſingulis jugera cc.

Sipontum eâ lege & finitione eſt quâ & ager Salpinus.

Teate. Iter populo debetur. Ager ejus finitur viis, ſepulturis, & ceteris ſignis, ſicut conſuetudo provinciæ eſt.

Venuſinus.

CIVITATES PROVINCIÆ CALABRIÆ.

QUANDO terminavimus provinciam Apuliam & Calabriam, ſecundùm conſtitutionem & legem Divi Veſpaſiani, variis locis menſuræ actæ ſunt, & jugerationis modus collectus eſt. Cetera autem prout quis occupavit, poſteriore tempore cenſita ſunt, & poſsidenti aſsignata. Alia loca pro æſtimio ubertatis præciſa ſunt. Finiuntur enim terminis, rivis, foſſis, arboribus antemiſſis, tumore terræ, collectione petrarum: ſed & naturalibus ſignatis lapidibus, viis, ſepulchris, arboribus peregrinis: ſed & aliis ſignis, quibus ſuperius in libris docuimus.

Civitates autem hæ ſunt: Brondiſinus ager pro æſtimio ubertatis eſt diviſus. Cetera in ſaltibus ſunt aſſignata. Dividuntur ſicut ſupra legitur provinciam eſſe diviſam.

Botontinus, Cælinus, Genuſinus, Ignatinus, Lyppienſis, Metapontinus, Orianus, Rubuſtinus, Rodinus, Tarentinus, Varnus, Veretinus, Vritanus, Ydrontinus, eâ lege & finitione finiuntur quâ ſuprà diximus. Maximè autem vicinorum exempla ſumenda ſunt, & conſuetudines regionum intuendæ, ut ſecundùm ſignorum ordinem atque rationem veritas declaretur.

FINIS.

SEXTI

JULII FRONTINI,

V. C.

DE COLONIIS ITALIÆ:

ITEM

PROVINCIA PICENI,
EX LIBRO BALBI.

Omnia vulgatis castigatiora, & coloniis aliquot auctiora, ex membranis nunc primùm edita, operâ & studio

PETRI SCRIVERII.



extare
rissimu
paucas
num,
queras
pitolum
Tamiri
tera,
& nun
& num
quà cum
scias,
Filio ad
amborum
mentis
ille, qu
meteri

Amico Lectori

PETRUS SCRIVERIUS.

SI non aliunde, Lector humanissime, saltim ex splendido Abrahami Ortelii Thesauro Geographico didicisti, opinor, diversum longè à vulgato Frontini de Coloniis exemplar extare manu in membranis scriptum penes virum clarissimum Franciscum Nansium: ut quod colonias non paucas habeat quas frustrà apud Raphaëlem Volaterranum, Onuphrium Panuinium, aliisque in libris editis quæras. Videlicet Aëtium municipium; Alliam, Capitolum, Catium, Forum Livii, Lemomonium, Lubram, Tamirum, oppida: Agrum Armitellum, & loca cetera, quæ istinc prolata jampridem me in præclaro isto & nunquam satis laudato Ortelii opere observasse, & nunc nuper in eo ipso codice membraneo legisse magnâ cum voluptate memini. Nam liber ille, ut scias, diligentissimè aliquot annos à Patre Nansio & Filio adservatus, tenerrimeque habitus, tandem post amborum obitus in meas manus unà cum aliis monumentis pervenit. De quibus omnibus aliàs. Nunc ille, quia bellissima occasio est, & de Re litteraria mereri lubet, liberali de caussâ manu asseritur, & egre-

egregio publico consecratur: Ne aliquando situ & putrilagine obsitus aut malè pereat, aut tineis blattisque ludibrium debeat. Statueram autem primò excerpere tantùm colonias illas, quæ vulgò non extabant: sed cognito multa ibi aliter legi quàm vulgò, mutatâ derepentè sententiâ totum excudendum dedi. Subjunxi quoq; ex libro Balbi Provinciam Piceni, uti ea in membranis auctior emendatiorque legitur: & cujus crebra mentio in eo, de quo modò loquebar, Thesauro. Quidquid est, viri docti, ut spero, obviis ulnis amplexabuntur: nec hanc nostram editionem cum ceteris sigillatim conferre dedignabuntur. Habent & hæc (fateor) sua menda, castigatiora tamen & meliora sunt editis. Cui aliter visum erit, is, velim, hæc à me non tam proponi quàm exponi putet. Vale, Lector humanissime, & quandoquidem merui (præficiscini hoc dictum sit) fave.

JULII

JULII FRONTINI, SICULI,

PRÆFATIO.

IN lapidibus finalibus locandis, in limitibus disponendis, in agris metiendis & assignandis, advocatio præstanda est: quamquam diversa sit, & longè inter se discernere debeat. Prudentiam tamen eandem artifices habere debent qui judicaturi sunt, & qui advocantur, ut præstatores. In judicando autem mensorem bonum virum & justum agere, divisorum fides quærenda est, neque ullâ ambitione aut sordibus moveri, servare opinionem meritis & moribus. Omnis enim artificis veritas custodienda est, exclusis illis similitudinibus quæ falsa pro veris subjiciunt. Quidam enim per inprudentiam, quidam per avaritiam peccant. Totum hoc judicandi gratia hominem artificem exigent egregium. Erit enim æquissimum & in advocationem, & in controversiam de eâdem fide concordare mensoribus. Sed hoc possessores æquo animo ferre non possunt. Nam dum his veritas exposita fuerit, adversus sinceritatem artis facere coguntur. Multa sunt in professione quæ generaliter pro veris subjiciuntur, & quidem quæ specialiter etiam conjecturaliter metiri artifices coguntur.

AUCTUS civitas priusquam oppugnaretur, ager ejus limitibus est adsignatus ex lege Juliâ. Postea defectis his ad urbanam

urbanam civitatem associandum censuerat Divus Augustus. Nam variis temporibus & adeundis in partibus breves agri sunt adsignati. Cujus ratio rei [a] hisdem [b] datur circa oppidum ejus. Sunt enim naturæ locorum quæ vicem limitum servant, sed non per multa milia pedum concurrunt & termini siti sunt pro parte Silicinei, alii [c] Tivortini. [d] Tivortini verò distant à se in pedes CCXL. in pedes CCCLX in pedes CCCCXX. in pedes DCC. in pedes DCCC. in pedes MXL. in pedes ICLX. Silicinei verò distant à se in pedes CCXL. CCCLX. CCCCLXX. DLXXX. DCXL. DCCXV. Quod si spissiores sunt, riparum cursus servatur, earum tamen quæ non per multa milia pedum concurrunt. Et ne eas ripas sequendas sperares quæ intra corpus agri nascuntur, & una quæque in suo latere decidunt, lex limitum eas prædamnavit. Et ne id aliquando sequamini quod major potestas limitum, rectularum, ripæve non confirmat. Sed si conversationis causæ eas partes inter se custodiendas censuerunt, non [e] rectori imputandum est, sed concurrenti definitioni fides adhibenda est. Quicquid enim viarum, riparum, cavarum, multorum agrorum separandorumve fuerit, primi amnium cursus ratione servatur. Pars verò camporum & sylvæ regionis Campaniæ vel Aureliæ antè à Divo Augusto veteranis data fuit. In quâ regione limites maritimi appellantur, ubi non sunt termini lapidei, sed lignei sacrificales, qui ab exordio sunt constituti. Nam postea jussu Imperatoris Adriani vice numerorum limitum termini sunt positi, qui ab uno incipiunt scripturæ numero contineri, utputa, terminus I. terminus II. terminus III. terminus quartus, terminus quintus, & sic usque ad numerum suum vel conclusionem agrorum agri sunt assignati. Quorum mensura licet diversa sit, sed tamen distant à se in pedes C. in pedes CL. in pedes CC. in pedes CCC. in pedes CCCLX. in pedes CCCCLXXX. in pedes D. Nam pars agri circa portum est Tyberis, in jugeri-

a *A divis Imperatoribus.* b *ostenditur c. o. e.* c d *Tiburtini.* e *rectura.*

geribus est adsignata, atque oppidanis tradita, & pro æstimatione ubertatis professionem acceperunt. Media autem pars inter Romam & portum, [a] aptis quidem mensuris est assignata, & stipitibus oleaginis affixis, qui ad numerum ad singulos angulos sunt assignati: quorum palorum loco postea lapides [b] grecales ad suum numerum podismumque constituti sunt & appositi: à quibus etiam præceptum est ut pali sacrificales renovarentur: Postea variis locis deficientibus veteranis jussu Imperatoris Cæsaris Trajani, agris termini lapidei sunt assignati, qui termini recipiunt meusuram parallelogrammam, distantque à se in pedes CC. DCC. DCCCXL. DCCCCLX. MXX. MCC. MCCCCXL. MDC. MDCC. MDCCC. MDCCCC. Ejus enim [c] terræ forma in tabulâ æreâ ab Imperatore Trajano jussa est scribi, quod limitibus normalibus maritimis est asignatum: quomodo & suprà [d] hos id quod est juxta portum, in quo terræ omnis ager jugerationis modum collectum habet, sicut & in cæteris nominatur.

Colonia Junonia [e] à Tribus viris est asignata, in quâ limites intercisivi sunt directi. Sed & numero pedaturæ limites sunt constituti in locis quibusdam rivi finales, & cavæ quæ ex pactione sunt asignatæ. Termini autem sunt Silicinei pro parte, & distant à se in pedes CCXL. in pedes CCC. in pedes CCCLX. CCCCXX. CCCCLXXX. & DC. Cæteri normales rivorum cursus servant.

Colonia Nepensis, eâ lege servatur, quâ & ager Falisco-rum Colonia oppidanis est deducta, ante limites qui contra Orientem per recturas deducebantur: Postea ex omni latere sunt extenuati: licet autem omnes agri ad modum jugerationis sint asignati, tamen propter naturas locorum sicuti artifices agrum censuerunt, fecerunt terminos gammatos, riparum & coronarum naturam saxis signantes, & juga [f] collium. Sunt & mixti termini, quos pro parte lapi-

a *Actis.* b *gregalis.* c *territorii.* d *ostendi.* e *à Triumviris.* f *juga collium sunt emensi. Terminos autem pro parte l. p.*

deos posuerunt; alios ligneos, qui sacrificales appellantur: qui distant à se in pedes cccc. in pedes DC. in pedes DCC. in pedes DCCC. in pedes DCCCC. in pedes Ī. Cæteros normales, quorum longitudo per rivorum cursus servatur.

Ager Armetillus, lege Imperatoris Augusti est assignatus, & veteranis quidem adjudicatus, & æstimatione ubertatis legem sunt secuti, ubi termini junguntur tam limitum quàm rectularum circa ipsum oppidum, sed extra tertium miliarium lex Cæsariana operata est in absoluto: ubi termini sunt assignati, qui distant à se alii in pedes īcc. alii in pedes MCCCCXL.

Colonia Spoletina lege Juliâ est assignata, in modum jugerationis terminis lapideis longis [a] quos emissales vocant, qui distant à se in pedes īccLI. īccccxx semis. II. III. quorum eâ lege mensuras servari à nostris [b] jussum est.

Ager Tyberinus in centuriis est assignatus, postea jussu Imperatoris [c] in sexagenos quinos prout occupavit missis: plebe deficiente aliis paucioribus est asignatus, terminis pleropicis, in quâ observatione rationem tantum ostendunt quantum rectuam limitum.

Colonia Ferenticensis, lege [d] Sophroniâ est asignata: sed quod antè limitibus centuriatis fuerat asignata, postea deficientibus veteraneis juxta fidem possessionis est recensita, sed numeris uncialibus termini sunt constituti: id est Silicinei, crassi, longi, qui distant à se in pedes īcccc. alii ab aliis duplo longè, id est in pedes īccccLxxx. alii in pedes īDC. Cæteri, prout natura locorum invenit, positi sunt.

Colonia Grumentium lege Augusti censita est limitibus [e] grecanis, quæ rectuas maritimas & montanas [f] exspectant: Postea per Cardines, id est Decumanos & Duodecumanos asignata est, & numerus centuriarum manet, quæ quadratæ in pedes īīcccc. [g] expectant terminos lapideos, & arcus, vel serias quæ tegulis construuntur: recipiunt

a semis-

a *Quas semissales.* b *visum est.* c *Tiberii Cæsaris prout occupavit miles.* d *Sempronià.* e *Gracchanis.* f *spectant.* g *spectant.*

[a] ſemiſſale in pede quadrato: diſtant à ſe in pedes CCCVII. in pedes CCCCLXXX. in pedes DC ſemis: in pedes DCCCXL ſemis: in pedes IXX. Eâdem ratione & [b] Amerinos præparata: pro modo enim jugerationis per numeros eſt aſsignata.

Colonia Tarquinos lege [c] Sempronianâ eſt aſsignata: cujus agri menſura in Trigono variis locis eſt collecta. Termini Silicinei ſunt appoſiti, quorum menſura eſt pedes duos longa, diſtans à ſe pedes DCC. alii pede ſemis longi, diſtantes à ſe pedes DCCCLX. hoc in locis montanis. Alii juxta naturam loci ſpiſsiores ſunt, id eſt, ſine menſurâ vel numero podiſmati ſunt in pedes CCXL. in pedes CCLX. in pedes CCLXXX. in pedes CCCIII. in pedes CCCXL. Nam circa regiones maritimas limites rectos cenſuerunt, & lapidibus his compactis curſum demonſtraverunt: agrum autem convallium ordinariè diſpoſuerunt.

Colonia Fœdaturæ, eâ lege quâ ager Florentinus aſsignata eſt: in centuriis ſingulis jugera habens CC. Termini lapidei: alii ſaxiales: alii molares craſsi ſemipede, habentes longum Tetrantem: diſtant à ſe pedibus [d] centenis, & DCCXX. Quòd ſi fuerit craſſus acutalis, diſtat alius alio pedibus CCCCLX. & IDC. Si verò longus craſſus fuerit terminus, pedes ICC.

Legem poſuerunt menſores agris limitandis metiendisve, partis Tuſciæ prius & Campaniæ & Apuliæ. Variæ autem regiones non habent æquales centurias vel menſuras. In cingulo Florentino, in centuriis ſingulis ſunt pedes CC. Qui cum duxerint Decumanum latum pedes XL. Cardinem latum pedes XX, faciunt centurios limites à Decumano & Cardine, & quintum quemque faciunt in pedes XII. Cæteros verò limites facito in his limitibus reciprocis ex ſaxo ſilice aut molare, ut ne deteriorent ſupra terram: ſed pedem facito craſſum, item politum, rotundum. [e] Iteratim dimittito minus pedes duos, ceteros terminos qui in opus eorum ſunt, robuſtos ſupra terram pedes duos, craſſos pedem I.

a *Semiſſalem pede q.* b *Amerinus.* c *Sempronianâ.* d DC. e *in terram.*

in terram dimittito pedes III, eosque circum calcatos, & scriptos ita ut jussero. Quot subsicivis amplius jugera erunt, pro centuriis procedent: quot subsicivis minus jugera L. id pro dimidiâ centuriâ procedet. Hoc opus omne, arbitratu Claudii Cæsaris, & Marci Antonii, & Marci Lepidi per tres Imperatores actum atque asignatum est.

Colonia Florentina deducta [a] per Tres viros, asignata lege Juliâ centuriis Cæsarianis est in jugera CC. per Cardines & Duodecumanos. Termini ejus rotundi, pedales; & illi distant à se in pedes IIcccc. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epydonici pede longi & crassi; distantque à se pedes CC. Cæteris proportiones suæ sunt, & inter se suos limites servant: quos veterani pro observatione partium statuerunt custodiendos, qui non ad rationem vel rectuam limitum pertinent, sed ad modum jugerationis custodiuntur: & distant alius alio pedes DC. Quorum limitum cursus nullâ interjectâ distantiâ in utrasque laterum partes ac territoria current, ut infrà monstravi.



Ceretium municipium familia Marii [b] obsidebant: Postea à Druso Cæsare militibus & ipsi familiæ in jugeribus est asignatum. Iter populo non debetur.

Amiternum oppidum muro ductum, [c] à Tribus viris munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus militi modico est assignatus, in lacineis & limitibus intercisivis.

Ager Lunensis eâ lege quâ & ager Florentinus assignatus est.

a Per Triumviros. b obtinebat. c à Triumviris

est. Limites ejus in horam sextam conversi sunt, & ab Occidente plurimùm [a] diriguntur. Sunt termini alii qui assunt in centuriarum numero positi. Sunt & alii ad recturas linearum monstrandas.

Casium oppidum militi regionarii diviserunt. Iter populo non debetur. Nam eidem militi ager ejus in [b] præcensurâ est asignatus.

Frixinona oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis est asignatus.

Forum Popilii oppidum muro ductum. Iter populo debetur pedibus XV. Limitibus Augusteis ager ejus in jugeribus est asignatus: Nam Imperator Vespasianus postea lege suâ agrum censeri jussit.

Ferentinum oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus peregrinis militibus pro parte in jugeribus & lacineis est assignatus.

Hostensis ager ab Imperatoribus Vespasiano, Trajano, & Adriano in præcisuris, & lacineis, & strigis, coloniis eorum est asignatus: Sed postea Severus & Antoninus & Commodus aliqua privatis concesserunt.

Neapolis muro ducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Sed ager ejus ut Syriæ & Palæstinæ à Græcis in jugeribus est asignatus, & limites intercisivi sunt constituti. Inter quos & postea milites Imperatoris Titi legem modumque jugerationis ob meritum acceperunt.

Nuceria Constantina muro ducta jussu Imperatoris Augusti. Iter populo debetur pedibus LX. Ager ejus limitibus [c] Julianis assignatus est: lege Augusti limites assignati: & alibi in absoluto resident.

Capite Veruani jugeribus quinis est asignatus à [d] Teberio Cæsare: & termini [e] Teberiani nuncupantur: qui distant à se per pedes IXX. per pedes ID. alibi per pedes DCCC. per DC. alibi per DCCXX. Qui termini recipiunt mensuram

a *Dirigunt cursum: termini aliqui ad distinctionem n. p. sunt.* b *præcisurâ.* c *Sullanis.* d *Tiberio.* e *Tiberiani.*

parallelogrammam : per pedes LXX. & C. ſemis. Cæteris limitibus normalibus recturæ concurrentibus.

Colonia Gavis ab Auguſto deduci juſſa eſt. Nam ager ejus in abſoluto tenebatur : Poſtea à [a] Teberio Cæſare jugerationis modum ſervandi cauſa, lapidum imminentium R. P. loca aſsignavit. Nam inter privatos gregibus terminos poſuit, qui diſtant à ſe brevi intervallo, & facilè repperiuntur. Sunt & per recturas poſitæ interjecturæ, quæ communi ratione Gallorum in jugeribus limitibus interciſivis ſunt aſsignatæ : ubi culturarum ceterarum in abſoluto eſt relictum in montibus, & ſubſicivis quod reges cenſuerunt. Nam & inter multa hereditaria accepit ejus populus agrum, qui in fundo ſuo ter vel quater vicenis ſitus eſt in jugeribus, & jure ordinario poſſidetur : ſicut Interamne Fluminea, & Interamne Paleſtina Picenenſis.

Caſſinus muro ducta lege Triumvirali in jugeribus eſt aſſignata. Iter populo non debetur.

Aquinus muro ducta colonia lege Triumvirali deducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus peregrinis militibus eſt aſſignatus.

Avellinos muro ducta colonia lege Sempronià. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

Antium populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis eſt aſſignatus.

Nuceria muro ducta colonia. Divus Auguſtus eam deduci juſſit. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus.

Atella muro ducta colonia. Nero Claudius eam deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per pedes in laciniis & ſtrigis eſt aſſignatus.

Alatrium muro ducta colonia. Auguſtus eam deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per centurias & ſtrigas eſt aſſignatus.

Aricia

a *Tiberio.*

Aricia oppidum: lege Syllanâ est munita. Iter populo non debetur. Ager ejus in præcisuris est assignatus.

Aetium municipium coloniæ vel familiæ Imperatoris Vespasiani jussu acceperunt: Postea in laciniis ager ejus est assignatus. Iter populo non debetur.

Tamirum oppidum Imperator Adrianus censuit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis est assignatus.

Allia oppidum muro ductum: lege Triumvirali ager ejus est asignatus. Iter populo non debetur.

Beneventum muro ducta colonia Concordia: deduxit Nero Claudius Cæsar. Iter populo non debetur. Ager ejus lege Triumvirali veteranis est asignatus.

Bonianum oppidum lege Juliâ milites deduxerunt colonis. Iter populo debetur pedibus x. Ager ejus per centurias & scamna est asignatus.

Bobile oppidum lege *a* Syllanâ est circumductum. Iter populo debetur. Agrum ejus ex occupatione milites veterani tenuerunt in sortem.

Capua muro ducta colonia felix: lege Juliâ jussu Imperatoris Augusti à Viginti Viris est assignata. Iter populo debetur pedibus c. Ager ejus lege *b* Sublanâ fuerat assignatus à Cæsare Augusto in jugeribus: sed postea militibus dividi jussus est pro merito.

Galatia oppidum muro ductum. Iter populo debetur pedibus LX. Coloniæ Capuensi à Felice comite cum territorio suo adjudicata hosticâ pugnâ.

Claudium oppidum muro ductum. Iter populo debetur per pedes L. à Cæsare Augusto coloniæ Beneventanæ cum territorio suo ager ejus veteranis est assignatus: Postea mensuratus limitibus est censivis.

Cumis muro ducta colonia, ab Augusto deducta. Iter populo debetur per pedes LXXX. Ager ejus in jugeribus veteranis est assignatus jussu Cæsaris.

a *Sullanâ*. b *Sullanâ*.

Gallis municipium muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus [a] græcanis antè fuerat assignatus: Postea jussu Cæsaris Augusti militibus est renormatus.

Capitolum oppidum lege [b] Syllanâ est deductum. Iter populo non debetur. Agrum ejus pro merito occupavit miles, & non tenuit: sed postea Cæsar limites reformari jussit pro merito castri.

Lemonium oppidum lege [c] Syllanâ est munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus ex occupatione tenebatur: Postea Nero Cæsar tribunis & militibus eum assignavit.

Catium oppidum lege [d] græcanâ est munitum. Ager ejus veteranis est assignatus. Iter populo non debetur.

Divinos municipium familia Divi Augusti condidit. Ager ejus veteranis est assignatus sine lege.

Esernia colonia deducta lege Juliâ. Iter populo debetur pedibus x. Limitibus Augusteis est assignata.

Frusinona oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis est assignatus.

Forum Livii oppidum muro ductum. Iter populo debetur pedibus xv. Limitibus Augusteis ager ejus in jugeribus est assignatus: Sed Imperator Vespasianus postea lege suâ agrum censeri jussit.

Colonia Volterrana lege Triumvirali est assignata: in centurias singulas jugera cc. Decumanis & Cardinibus assignata: quam omnem divisam, veterani pro parte habuêre: in qua limites recipiunt intervalla pedum $\overline{\text{II}}$ cccc. in quibus centuriis unusquisque miles accepit jugera xxv. & L. & xxxv. & LX. Termini eâ lege sunt constituti quâ superiùs.

Colonia Capis pro æstimatione ubertatis est assignata: & pro naturâ locorum sunt agri assignati. Nam termini in variis locis sunt appositi, id est in planitie ubi miles portionem habuit. Qui termini distant à se in pedes LX. LXXX. C. CXX. CXL. CL. CLX. CLXXX. CC. CCXX. CCXL. CCC. Si longiùs natura

a *Gracchanis.* b *Sullanâ.* c *Sullanâ.* d *Gracchanâ.*

tura loci tendatur, ſunt in pedibus DC. DCC. DCCCXL. DCCCCXL. MXX. MCC. MCCCCXL. MD. Cæteris autem locis, vias, cavas, itinera, coronas, ſicut ante colonias nominatas exquiſita ſunt, exſequi oportet: ne id ſequaris quod aliqua pars poſteriori tempore, pacis deciſioniſve cauſa inter ſe cenſuerunt.

Frabateria muro ducta. Iter populo non debetur. Ager ejus jure ordinario eſt diviſus.

Fundis oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus ſub Auguſto veteranis eſt cultura aſſignatus. Cæterùm in ejus jure & in publico reſidet.

Gavis oppidum lege *a* Syllanâ *b* munitus. Ager ejus militi ex occupatione cenſitus eſt. Iter populo non debetur.

Lauro Lavinium lege & conſecratione veteri manet. Ager ejus ab Imperatoribus Veſpaſiano, Trajano & Adriano in laciniis eſt aſſignatus. Iter populo debetur pedibus CXX. Ager ejus in jugeribus veteranis eſt aſſignatus.

Lanubium muro ductum: colonia deducta eſt à Divo Julio. Ager ejus limitibus Auguſteis pro parte eſt aſſignatus militibus veteranis: & pro parte Virginum Veſtalium poſſeſſioni lege Auguſtanâ datus fuit: ſed poſtea Imperator Adrianus colonis ſuis agrum aſſignari juſſit.

Liguris Vevianus & Cornelianus muro ductus Triumvirali lege. Iter populo non debetur. Ager ejus poſt bellum *c* Auguſtianum veteranis eſt aſſignatus.

Minturnæ muro ducta colonia à Gajo Cæſare. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte in jugeribus eſt aſſignatus. Cæterum in abſoluto eſt relictum.

Nola muro ducta, colonia Auguſta. Veſpaſianus Auguſtus deduxit. Iter populo debetur pedibus CXX. Ager ejus limitibus *d* Sublanis militibus fuerat aſſignatus: Poſtea interciſivis menſuris familiæ eſt adjudicatus.

a *Sullanâ.* b *munitum.* c *Auguſtanum* vel *Auguſteum.* d *Sullanis.*

Puteolis colonia Augusta. Augustus deduxit. Ex uno latere iter populo debetur pedibus xxx. Ager ejus in jugeribus veteranis & tribunis legionariis est assignatus.

Preneste oppidum. Ager ejus à Quinquaginta viris pro parte in jugeribus est assignatus culturæ. Cæterum in absoluto est remissum circa montes. Iter populo non debetur.

Privernum oppidum, muro ductum; colonia militibus deducta sine colonis. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus pro parte cultus in jugeribus est assignatus. Cæterùm in laciniis vel in absoluto remansit.

Surrentinum oppidum muro ductum. Ager ejus ex occupatione tenebatur à Græcis [a] absconsæ ratione Minervæ; sed & circa montes Syrenianos limitibus [b] Augusteanis pro parte assignatus. Cæterùm in absoluto remansit. Iter populo debetur pedibus xv. ubi Syrenæ.

Suessula oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus in jugeribus limitibus intercisivis militibus est assignatus.

Sinuessa oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus in jugeribus limitibus intercisivis est assignatus.

Suessa Aurunca muro ducta, lege Sempronià est deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte limitibus intercisivis est assignatus.

Sora muro ducta: colonia deducta jussu Cæsaris Augusti. Iter populo debetur pedibus xv. Ager ejus limitibus Augusteis veteranis est assignatus.

Segnia muro ducta colonia à militibus & Triumviris munita. Iter populo non debetur. Ager ejus [c] in præcisuras limitibus Triumviralibus est assignatus.

Setia muro ducta colonia Triumvirali lege est munita. Iter populo debetur pedibus xv. Ager ejus in absoluto ex occupatione à militibus tenetur.

Telesia

a *Ob consecrationem.* b *Augusteis* vel *Augustanâ* ut suprà in *Lanubium.*
c *in præcisuris.*

Telesia muro ducta colonia à Triumviris deducta. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus limitibus Augusteis in omnibus est assignatus.

Teanum Syricinum colonia deducta à Cæsare Augusto. Iter populo debetur pedibus LXXXV. Ager ejus limitibus metricis hominibus IIIICL. limitibus Augusteis est assignatus.

Tribulæ municipium. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus Augusteis in omnibus est assignatus.

Terracina oppidum. Iter populo non debetur. Ager ejus in absoluto est dimissus.

Tusculi oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus mensurâ *a* Syllanâ est assignatus.

Terebentum oppidum. Ager ejus *b* in præcisuras & strigas est assignatus, post tertiam obsidionem limitibus Julianis. Iter populo non debetur.

Bellitras oppidum lege *c* Sempronianâ fuerat deductum. Postea Claudius Cæsar agrum ejus limitibus Augusteis censitum militibus assignari jussit.

Lubra oppidum à Triumviris erat deductum: Postea à Druso Cæsare est irruptum. Ager ejus in omnibus est assignatus. Iter populo non debetur.

Vulturnum muro ductum colonia jussu Imperatoris Cæsaris est deductum. Iter populo debetur pedibus x x. Ager ejus in omnibus est assignatus villarum possessoribus.

Venafrum oppidum Quinqueviri deduxerunt sine colonis. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus in laciniis limitibus intercisivis est assignatus, sed & summa montium jure templorum sunt ab Augusto censita.

Verulæ oppidum muro ductum. Ager ejus limitibus *d* græcanis in omnibus est assignatus, & ab Imperatore Nervâ colonis redditus.

Ager

a Sullanâ. b *in præcisuris & strigis*; vel *per præcisuras & strigas.* c *Sempronianâ.* d *Gracchanis.*

Ager Carsolis. Iter populo non debetur. Usque ad muros agrum ejus privati possident. Montes possidentur nomine Romano, qui usque ad Sura deficiunt. In quibus montibus positi sunt rotundi termini, juga, limites, rupes, diversa loca arboribus diversis vestita, aquarum divergia, vel universa positio terminorum. In campis verò statuerunt terminos quadratos cursorios, spatulas vel mœtas assignatas, & interjectis locis arcas & monumenta, vel alia testimonia.

Huic addendæ sunt mensuræ limitum & terminorum, ex libris Augusti & Neronis & Cæsarum: sed & Balbi mensoris, qui temporibus Augusti omnium provinciarum formas, & civitatum mensuras compertas in commentarios contulit, & legem Agrariam per universitatem provinciarum distinxit ac declaravit.

EX LIBRO BALBI, PROVINCIA PICENI.

* * * * * * *

Picenensis item ager determinatur limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decumanos & Cardines. Nam eorum delimitatio est per rationem arcarum, vel riparum, vel canalibus, & noverca, quæ tegulis construitur: aliis verò locis per muros, hermulas, macerias, scorpiones, congeries, carbunculos: & variis locis terminos Augusteos. Fit & diversis metallis materiæ ligneæ vel saxorum, quorum cursus pedibus $\overline{\text{II}}$ cccc fines in Piceno terminantur: licet generaliter requirendum est.

Ager Spoletinus in jugeribus & limitibus intercisivis est assignatus, ubi cultura centuriarum in absoluto est: reliquum in montibus suoque ipso jure censuerunt. Nam & multa loca

ta loca hereditario jure accepit ejus populus: & agrum qui à fundo suo tertio vel quater vicenis situs est in jugeribus jure ordinario possidet: sicut Interamne Flaminia, & Interamne Palestina Piceni.

Ager Lunensis: ager Sentino oppidum, limitibus maritimis & montanis lege Triumvirali assignatus est, & loca ejus hereditario jure populus accepit.

Ager Tolentinus similiter est assignatus.

Ager Anconitanus limitibus *a* græcanis per centurias est assignatus.

Ager Ausimatis itidem est assignatus.

Ager Firmanus Triumviralibus limitibus in centuriis per jugera est assignatus.

Ager Senigalliensis, & Potentinus, Reginensis, & Pausulensis itidem est assignatus.

Ager Asculanus locis variis limitibus intercisivis est assignatus, terminis Claudianis est limitatus, & aliis ligneis sacrificalibus, per quorum limitum intervalla distant pedibus ĪCCV. & infrà. Cæterùm & rivorum tenor finitimus observatur, & ager ejus limitibus est assignatus.

Ager Cornelienſis, Trointinatis, Castranus, Aternensis lege Augusteâ *b* est assignatus.

Ager Adrianus, Nursinus & Falerionensis, & Pinnensis limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decumanos & Cardines assignantur. Nam eorum delimitatio est per rationem arcarum, riparum, vel canalibus, & noverca, quæ tegulis construitur; aliis verò locis habent muros, macerias, congeries, scorpiones, carbunculos: & variis locis terminos Augusteos, per quorum nomina in Piceno fines terminantur.

Camerina muro ducta. Iter populo non debetur.

Atelica oppidum. Iter populo debetur pedibus LXXX.

Septempeda oppidum. Iter populo non debetur.

Ager

a *Gracchanis.* b *sunt assignati.*

a Ager Atteiati oppidum. Iter populo non debetur. Nam agri eorum tribus limitibus ſunt aſſignati, & in centuriis; per quorum intervalla ſunt pedes $\bar{\text{I}}$CCCC. $\bar{\text{I}}$DC. $\overline{\text{II}}$CC. $\overline{\text{II}}$CCCC. $\overline{\text{II}}$D. Eorum curſus eſt per rationem arcarum, riparum, canabola, vel novercas; & variis locis terminos Auguſteos.

a *Ager Atteiatis oppidi. Iter populo non debetur. Nam tribus limitibus aſſignatus eſt in centuriis.*

FINIS.

ROBER-

ROBERTI KEUCHENII, S. F.

JCti,

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ

QUÆDAM

Notarum & Emendationum,

IN RELIQUA

Opera & Fragmenta FRONTINIANA.

AD SEXTI JULII FRONTINI V. C. COMMENTARIUM DE AQUÆDUCTIBUS URBIS ROMÆ.

Sitque mihi nunc ab Nerva Augusto] Quærunt eruditissimi Viri, quorum opera ac judicio partim Frontino lux allata; num *Aquæductuum* Urbis Romæ Commentarius præter cætera Fragmenta ejusdem Frontini sit, qui Strategematum libros congessit. Quorum opinionem Cl. Rubenius accuratè in Electis suis de utroque opusculo meritus, non sine causa, ut ait, videtur amplexus. Purior enim & emendatior in illis sermo est, & dictionis venustas. At si sub Nervâ floruit, ut apertè præter ipsum confirmat & Ælianus Proëmio libelli de instruendis Aciebus; ἐπεὶ δὲ τῷ Θεῷ πατρὶ σου Νέρουᾳ συμβαλῶν παρὰ Φροντίνῳ τῶν ἐπισήμων ὑπατικῶν ἐν Φορμίαις ἡμέρας τινὲς διέτριψα δόξαν ἐπενεγκαμένῳ περὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπειρίαν, συμβαλών τ' ἀνδρὶ εὗρον οὐκ ἐλάττονα σπουδὴν ἔχοντα εἰς τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεθεωρημένην μάθησιν, ἠρξάμην οὐκ ἔτι περιφρονεῖν τῶν τακτικῶν συγγραφῆς, οὐκ ἂν σπουδάζεσθαι παρὰ Φροντίνῳ δοκῶν αὐτὴν, εἰπέρ τι χεῖρον ἐδόκει τῆς ῥωμαϊκῆς διατάξεως περιέχειν αὐτὴν, &c. quid obstet, quo minus idem Scriptor Strategicus & Aquarum Præfectus fuerit, qui libellum hunc de Aquæductibus Urbem Romam influentibus edidit, obscurè video. Sed altius ad acumen indaganda sunt Æliani verba. Ait; apud Frontinum V. C.

& peritiæ bellicæ laude clarissimum, qui sub Nerva Adriani Patre floruit, se per aliquot dies in Formiis egisse, & collatis cum eo sermonibus comperisse, non minus illum studio teneri disciplinæ Tacticæ Græcis usitatæ, quam Romanorum instructione, quâ deterius quid minusve videretur contineri. Certo certius est, illum quidem alloquio ad Adrianum non aliûs Frontini meminisse, quàm Consulis istius Strategematum Auctoris, quorum libri superstites etiamnum exstant, & quos idem optimo Principi Trajano dicavit. Secus ac Stevvechio visum, qui alios de militari disciplina libros eidem dedicatos opinatur sub fine lib. II. cap. III. Commen. in Vegetium. Nam Nervæ ac Trajani temporibus præcipuè in pretio fuit, quod & alibi Volaterranus Commentar. Urban. lib. XVI. non obscurè subindicat, & qui totam hanc nostram litem uno loco dissecat: *Iulius Frontinus ad Trajanum libros quatuor Strategematum scripsit, & de Aquis Vrbis.* Nec aliûs Frontini mentionem fieri apud antiquos puto, quàm unius ejusdemque nostri, qui Strategematum nimirum, Aquarumque libellos congessit; & cujus etiamnum Fragmenta restant de Qualitatibus Agrorum, Limitibus, maximam partem mutila ac inquinatissima, variisque consuta segmentis. Scripsit idem de Coloniis opusculum, sed quod hodie diversum exhibetur, ac ejusdem farinæ fragmentis interpolatum, ab Amplissimo Viro P. Scriverio cum reliquis primùm ex membranis editum. Falluntur etiam illi, qui ulterius disquirendum contendunt, an Urbanus ille Prætor, cujus Tacitus lib. IV. Historiarum meminit, ad Vespasiani II. & Titi Consulatum, qui in annum Urbis incidit Ɔccccxxiii. idem cum nostro Frontino sit: quam & opinionem non exiguum scrupulum plerisque quidem non mediocriter doctis injecisse memini. Nunc audiamus Carolum Sigonium Syllabo historicorum Romanorum: *Sext. Iulius Frontinus Strategematum libros conscripsit, in quibus ex omnibus historicis exempla in certos locos destinata* (valet *distincta*) *enumerat copiosè, & magnâ cum utilitate: licet pleraque librariorum errore ineptè sunt repetita. Nervâ & Trajani temporibus vixit.* Quæ verbotenus, ut multa alia, ἔπος πρὸς ἔπος in suum apparatum ad omnium gentium historiam transtulit Antonius Possevinus, Sect. III. cap. IV. Cæterum, quod heic asserimus, id tam dilucidum ab aliis contestatum fuit, ut mirum sit, in aliam sententiam vergere Viros eruditissimos. Vide quæ Johannes Maria Catanæus observat ad Plinii Cæcilii Secundi Epistolas, item Stephanus Vinandus Pighius Annalium Romanorum libro XIIX. Nam quæ nobis adducta sunt, eorum sublesta fides esset, ni major veri ratio ex antiquitate historiarum colluceret.

Administratum per principes semper civitatis nostræ Viros] Qui vocabantur *Aquarum Curatores.* In veteri lapide sculptum: CURATOR. AQUARUM. ET. MINU-

NUTIÆ. CUR. ALVEI. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. Primò tamen appellati sunt *Curatores operum publicorum*: deinde in plures Ἀμφορίας ἐπιμελείας divisi, specialiter *Aquarum Curatores*. Hi sicut cæteri omnes, qui curam aliquam publicè curabant, non magistratus erant, sed quasi magistratus, uti vocantur à nostro Frontino, qui & ipsum Agrippam primò per servos suos privatos hæc fecisse, eamque familiam Augusto morientem legasse tradit. Vide ipsum Frontinum infrà, & Fragmenta lib. II.

Posse decernere] Valet *discernere*; quod ad oram veteris notatum.

Nomina primum Aquarum, quæ in urbem Romam influunt, ponam] Scriptus *promam*; quod elegans quidem verbum est, & huic loco communicantissimum. Placet tamen editum. Infra: *Persecutus ea, quæ de modulis dici fuit necessarium, nunc ponam, quemadmodum quæque aquarum Principum commentariis comprehensarum, usque ad nostram curam habere visa sit.* Alii: *pandam*, hoc modo: *quæ in urbem Romanam influunt, pandam.* Nullo negotio.

Postea altitudinem cujusque, modulorumque rationem] Parum sibi constant in altitudine subterraneorum meatuum & fornicum veteres Scriptores. Procopius altitudinem definit tantam, ut eques per eos fornices opportunè posset transire. Frontinus infrà; *sublevatos ad centum & novem pedes fuisse* ait. Strabo Amasenus lib. V. οἱ κατάκομοι σὺν κόμῃ λίθῳ κεκοσμημένοι ὁδὸς ἀμφόξεις χόρτου πορεύσεις. Immo cameratos arcus *urbis montes altitudine exæquasse* loquitur Plinius lib. XXXVI. cap. XV. Rutilius:

Quid loquar aërio pendentes fornice rivos,
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?
Hos potius dicam crevisse ad sidera montes,
Tale gygantæum Græcia laudat opus.
Intercepta tuis conduntur flumina muris,
Consumunt totos celsa lavacra lacus.

Sic hi versus legendi sunt, qui mendosè libris antiquis exhibentur, præsertim ultimo hexametro:

Intercepta suis fundantur flumina muris.

Alludit elegantissimus Poëta ad illud, quod de Græciæ Pyramidibus infrà Frontinus exclamat: *Tot aquarum, tam multis necessariis molibus, Pyramides videlicet otiosas comparem, aut cætera inertia, sed famâ celebrata opera.*

Quantum muneribus, (ita enim cultiores appellant)] Florentina, quam typis editam vidimus ab Junta, perperam exhibuit: *ita enim cultiores appellantur.* At melius Onuphrius & Scriverius, ut edidimus. Verum obiter notamus significationem *muneris* rariorem, quod non vocabulum de vulgo est, sed eminentioris dignitatis. Vocabant illud administrationem reipublicæ, & curam imperii, quod plebis universæ totiusque populi comitiis delatum, ac mandatum erat.

Ab Vrbe ondita per annos CCCCXLI. *contenti fuerunt Romani usu aquarum*] Dubitare nobis hoc quidem in loco occurrit, utrum eo anno CCCCXLI primùm Aquæductuum usus Romæ introductus fuerit, & ab Appio Claudio censore, qui sternere vias instituit, hoc quoque bonum inventum? Hujusmodi opinionis est de mirandis Romanorum optimè & accuratissimè meritus ὁ μακαρίτης Justus Lipsius in libro III. cap. XI. de magnitudine Romana, cui non possum ego, quin debeam dissentire. Quippe ab Anco Martio primam aquarum in urbem derivationem introductam, Plinius Secundus lib. XXXI. cap. III. videtur innuere: & ex aliis probabilibus authoribus evidendentissimum est, præsertim Dionysio Halicarnasseo, accuratissimo Scriptore rerum Romanarum. Ait Paulus Jurisconsultus Titulo D. *Ne quid in loco publico fiat*: quadam lege: *Si per publicum locum rivus aquæductus privato nocebit, erit privato actio ex lege XII. Tabularum, ubi noxæ domino caveatur.* Quod si verum est, diu datæ à Decemviris leges ante annum quadringentesimum & primum supra quadragesimum; nisi fortè dicamus, decemvirales tabulas de *aquagio* non de *aquæductu* intelligi debere, quod in optimis Glossis exponitur ὑδραγώγιον. Festus: *Aquagium, quasi aquæ agium, id est aquæductus appellatur.* Obiter emendamus Savolenum in lege nona D. *Quemadmodum servitus amittatur. Aqua si in partem agri influxit.* Perperam; legendum: *Si in partem aquagii.* Ut existumem, aquæductum esse arte quadam & manu hominum absolutum opus; aquagium, naturalem veluti alveum, aut canalem fontis. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Cæterum Vir doctissimus alienâ interpretatione nostri Scriptoris hallucinatus videtur, ut aliàs ex professo demonstrabimus.

Fontium memoria cum sanctitate adhuc exstat, & colitur] Seneca ep. XLI. *Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum colentium fontes, & stagna quædam vel opacitas, vel immensa altitudo sacravit.* Plinius videndus de Clitumno, libro IIX. & de lacu vadimonis: *Nulla in hoc navis, (sacer enim est) sed innatant insulæ.* Nec antiqui Romani solùm, sed omnis gentilium vetustas fontibus & fluviis divinitatem aliquam assignavit. Unde ἱεροὶ ποταμοὶ, διὰ τὸ ἀένναον inquit Eustathius ad librum secundum Odyss. Et Persæ tam ὑδολάτραι quàm πυρσολάτραι appellabantur. Nam & per ignem & aquam jurabant. De Græcis res nota est veteri proverbio: ἄνω ἱερῶν ποταμῶν χωροῦσι παγαί. Habes apud Laërtium Diogene, & Euripidem Medeâ. Callimachus in Apollinem;

Αλλ' ἥτις καθαρήτε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς.——

Inde apud Poëtas fontes dicuntur θειῶν γένος, de quibus apud Theocritum. Colebatur ista fontium memoria summâ cũ ceremoniâ, cujus

sacra

ſacra Romanor. *Fontinalia.* Feſtus: *Fontinalia, fontium ſacra, unde & Romæ fontinalis porta.* Immò *Fontinalis* eſt Dea fontium apud Tertullianum. Feſtus à Scaligero reſtitutus: *Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis; neque tamen ſpecu inciliisve cietur, quia flumen id auſpicatur, quod ſuâ ſponte in amnem influit.* Ad auſpicandum, inquit, flumina non proſunt, quæ ope humanâ puta ſpecu, inciliis ducta ſunt: ſed quæ ſponte ſuâ in amnem influunt. Loquitur de perenni auſpicio: quo dicebatur, quoties quis amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. Ex ſacro, hoc eſt capite fontis. Nam capita omnium fontium ſacra. Contra quæ ex caſtellis aut dividiculis derivatur, non eſt ſacra.

Salubritatem enim agris corporibus adferre creduntur] De fontibus Oraxi in Campania vide Plinium cap. II. libro XIIX. De Siciliæ fontibus Solinus ait, quod *calidi & ſalubres aliquot effervescant*, qui pluribus corporis vitiis medeantur. Strabo: θερμῶν γοῦν ὑδάτων ἐκβολὰς καὶ πολλὰς ἔχει τόπους ἡ νῆσος. Et vetus epigramma Philippi Theſſalonicenſis Siciliæ ὕδατα Παιώνια & medicata mirè deprædicat. Euripides apud Laërtium eandem ſalubritatem aquæ marinę tribuit, quàm fontibus Frontinus. Exſtat ejus verſiculus omnibus decantatus:

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων νοσήματα.

Varro de Nympha Juturna à juvando dicta: *Multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere ſolent.* Idem Strabo de Cutilienſi lacu: καὶ τὰ ἐν κωπιλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους.

Claudia, Anio novus] Paſſim apud veteres Claudia aqua & Anio novus conjunguntur. In antiquâ Inſcriptione: TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. AUGUSTUS. GERMANICUS. PONTIF. MAXIM. TRIBUNITIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIÆ. AQUAS. CLAUDIAM. EX FONTIBUS. QUI VOCABANTUR. CÆRULEUS. ET. CURTIUS. A. MILLIARIO. XXXV. ITEM, ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SUA. IMPENSA. IN. URBEM. PERDUCENDAS. CURAVIT. *Aniem* vocatur à Catone, qui ab aliis *Anio* & quidem duplex Vetus & Novus: item ſequiori genere, ut in Inſcriptione.

Appia M. Valerio Maximo, P. Decio Murenâ COSS.] Quidam editorum exhibent: *P. Decio Mure.* Quod in aliis etiam ſcriptoribus nullo diſcrimine meminimus obſervatum. Cæterum auctor De Viris Illuſtribus apertè tradit, Appium Claudium Cenſorem aquam Anienem in urbem induxiſſe: quod omnino eſſe non poteſt. Vetus enim Anio in urbem deductus fuit primùm anno U.C. quadrageſimo nono pòſt quàm Appia perducta eſt à Curio & Fulvio Flacco Duumviris. Cenſor autem fuit Appius Claudius an. U. C. DXLI.

Quare certum est, in Scriptore incerto *Appiam* vel *Claudiam* esse legendum: quod tamen ægrè reposuerim.

Qui & viam Appiam à porta Capena usque ad Vrbem Capuam muniendam curavit.] A porta Capena ad urbem Capuam: id est, ad ultimos Romanorum fines. Postmodum tamen Brundusium usque munita, sed quo curatore incertum. Horatius:

Brundisium melius Numici via ducat an Appi?

Perduxit deinde sive C. Gracchus Tribunus, qui plerasque vias fecit, refecit: sive C. Cæsar, qui Curator viæ Appiæ non leviter in eam impendit: sive Augustus, de quo vetus Inscriptum: S. P. Q. R. QUOD. VIÆ. MUNITÆ. SUNT. Quæ à Scriptore Virorum Illustrium narrantur in Appii vita, vereor ut falsa sint aut liberius excepta. Paulinus ad Cytherium:

Post hæc & ad nos pergere incœptat viam,
Quà sternit aggerem silex,
Munitor Appius cui nomen dedit.

Ita indubiè legendum. Vulgo ineptè *cui* transpositum est, & versus claudicat:

Cui munitor Appius nomen dedit.

Collegam habuit C. Fabium] Præstat lectio, quam ad oram librorum video notatam: *C. Plautium.* Eodem modo C. Plautius in Fastis Capitolinis appellatur Appii collega, quem Venocem cognominatum tradit Frontinus, ob inquisitas aquæ venas. Vide Livium.

Abdicavit se à Censurâ] Ob infamem atque invidiosam Senatus lectionem verecundiâ victus Appii collega C. Plautius, censurâ abdicavit.

Qui multis tergiversationibus extraxisse censuram traditur.] Id est, prorogando extraxisse. Infra de Marco Titio: *Sed quoniam ad consummandum negotium non sufficiebat, statuit Senatus præturam in alterum annum prorogari.*

Et supra terram opere arcuato.] Quod arcus nimirum & fornices habet, non solidam constructionem. Hoc observatu dignissimum est, quia nihil magis obvium in Commentario Aquæductuum.

Alsietina Augusta ramum] Ramum vocat, quem Græci κλάδον in fluviis, τὴν κατημαξδμένην ὁδὸν. Alia diverticula sunt ἐκτροπαὶ vel κέρατα, unde bicornes fluvii dicuntur apud Poëtas: qui & crines dixerunt duas σειρὰς sive tressas pro fluminum bracchiis. Varro apud Nonium: *Via una, sed ectropæ multæ.* Glossæ: *diverticulum,* ἐκτροπὴ, κάμπη ὁδός. Inde in fluviis ἐκτροπαὶ bracchia sunt, quæ ab auctore fluvio ἀπορρίζοντα.

Cum L. Papyrio Cursore gessit] Mendosè libri: *cum L. Papyrio COS.* Censuram gessit M. Curius Dentatus ad annum U. C. CDLXIIII. ut conjectat Sigonius.

Ex manubiis de Pyrrho captis] Non tam ad interpretationem Auctorum, qui per se plani sunt & perspicui, quam emendationem cæte-

cæterorum, qui eandem historiam concinnarunt, operam nostram conferre visum est. Insigne mendum, quod & eruditissimo Andr. Schotto notatum est, jam crebrius adductum anonymum scriptorem obsedit, apud quem in M. Curio Dentato hæc expressè corrupta leguntur: *Aquam deinde Anienem manibus hostium in urbem induxit.* Quod hostium operâ M. Curius Dentatus aquam Anienem in urbem induxerit, vel introduxerit; nemo puto confirmare non dubitaverit, qui majestate Romanâ condignum factum putet. Quare indubiè reponendum: *Aquam deinde Anienem manubiis hostium in urbem induxit.* Par mendum olim observavimus ad Nepotis Cimonem: ubi perperam *navibus* pro *manubiis* reposuerunt iniqui correctores. Veteres *manubiis*, legunt, ut tribus exaratis asserimus & Plutarcho convincimus. Sed & paria sunt in antiqua inscriptione Eboracensi: Q. SERTOR..... ..... HONOREM. NOMINIS. SUI. ET. COHORT. FORT.... EBORENSUM. MUNIC. VET. EMER. VIRTUTIS. ERGO. DON. DON. BELLO. CELTIBERICO. DEQ. MANUBIIS. IN. PUBLIC. MUNIC. EJUS. UTILITATEM. URB... MOENIVIT. EOQUE. AQUAM. DIVERSEIS. IN. DUCT.... UNUM. COLLECTEIS. FONTIB. PERDUCENDAM. CURAV..... Cæterum, non ipse Curius sed Fulvius Flaccus, alter duumvirûm aquæ perducendæ induxit: Curio mortuo intra quinctum diem quàm esset duumvir creatus anno U.C. CDXXCIX.

Spurio Carbilio, L. Papyrio COSS.] *Carbilius* vel *Carvilius*, verum & idem Consulis nomen. Sed hoc aliàs legitur in antiquioribus, quibus sæpiusculè hæ duæ literæ mutantur: quod offendere non debet curiosum lectorem. Deinde τὸ *iterum* scio malè quondam projectum, quod postliminio demum restituimus. Hos autem Consules iterum fuisse anno CDXXCI. ex Livii XXIV. & Capitolinis Tabulis discere licet.

Edidit edictum] Non *addidit.* Illud species est palilogiæ, de quâ nos aliàs.

Supra Tibur XX. miliario] Non puto, *Tiburnum*, quod ὠραῖον quidam ad marginem scripti codicis expresserat. Quanquam & *Tiburnus* & *Tiburtus* primus Tyburis conditor appelletur. A Tiburto Tiburtinus: *ubi partim in Tiburtinum distribuitur usum.*

Ita exigente libramento] Aqua librari dicitur, cujus altitudo peræquatur è loco unde oritur, ad locum quo ducenda est. Inde libræ aquariæ peculiariter erant factæ librandis aquis, ut αὐτόχρημα sive chorobates. Inde libra interdum altitudinem & fastigium significat propter perlibrationem aquarum. Infra: *Aquæ omnes diversâ in urbem libra perveniunt:* id est, altitudine. Græci posteriores ξυγοστάτης vocabant, qui aquarum inventos ductus & modos docili libratione ostenderent; vel, qui peritiam

tiam haberent aquam librandi ad libellam. Plinius libro vigesimo ad Trajanum: *Superest ut libratorem vel architectum, si tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, sit ne lacus altior mari.* Videndus omnino doctissimus Philander ad Vitruvii librum octavum.

Dum ex aliis causis libros Sibyllinos inspiciunt] Obiter annotabimus istas causas, ex quibus Decemviri libros Sibyllinos inspicere consuerant, quarum vel principalis erat vis morborum sive pestilentiæ, sicut Livius diversis in locis prodidit. Lib. V. *Gravis pestilensque omnibus animalibus æstas excepit, cujus insanabili pernicie, quando nec causa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex SC. aditi sunt.* Idem libro septimo auctor est, pestilentiam civitatem adortam, coëgisse Senatum imperare Decemviris, *ut libros Sibyllinos inspicerent.* Post Tarentinorum defectionem, religione novâ carminibus Martii vatis objecta, iis explanatis SC. factum scribit lib. XXV. *ut Decemviri libros de ludis Apollini, reque divina facienda inspicerent.* Alterum Senatusconsultum factum est, *ut Decemviri sacra Græco ritu facerent, iisque hostiis Apollini bove aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ bove femina aurata.* Macrobius libro I. Saturnal. cap. decimoseptimo, de ejusdem Martii vatis carmine loquens: *Ex hoc*, ait, *carmine, cum procurandi gratiâ dies unus rebus divinis impensus esset, postea SC. factum, ut decemviri, quo magis instruerentur de Ludis Apollini agendis, reque divinâ rectè faciendâ, libros Sibyllinos adirent.* Dionysius Halicarnass. lib. IV. ὀδὲν ὅτῳ Ρωμαῖοι φυλάττουσιν, ὅτε ὅσιον κτῆμα, ὅτε ἱερὸν, ὡς τὰ Σιβυλλῆα θέσφατα. Χρῶντες ᾧ αὐτοῖς, ὅτιν συμπεσόσης κῆ πόλεμον ἢ τεράτων πνῶν κῆ φανεσμάτων μεγάλων κῆ δυσδρέστων αὐτοῖς φανέντων, οἷα πολλὰ συνέβη. Plutarchus: οὐ αἰτίοις ἤτοι Ρωμαικῆς. Τῆς ᾧ πράξεως δεινῆς φανείσης, ἔδοξεν, ἀναμρεῖαζ τὰ Σιβυλλῆα τὰς ἱερεῖς. Phlegon in libro περὶ θαυμασιῶν· Δὶ ὃν αἰτίαν ἡ Σύγκλητος ἐκέλευσεν, ΤΟΥΣ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΑΣ ΑΝΑΓΝΩΝΑΙ ΤΟΥΣ ΣΙΒΥΛΛΗΣ ΧΡΗΣΜΟΥΣ. Exstat hujusmodi SC. apud Vopiscum in Aurelio, quod, quia longius est, omisimus.

Finita substructionibus penè statim stagnino colore præviridi] Quid illud *penè?* Quod meo quidem judicio vestigium præbet alterius lectionis, quam nondum erui. Quin penè adducor ut credam, substructionum numerum aut amissum, aut penitus à typothetis omissum. Judicent οἱ τῶ κρεπκωφάτων παῖδες.

Nam Agrippa Ædilis post primum consulatum] Dio lib. XLIX. inter alios accuratissimè refert quæ ab Agrippa in ædilitate facta sunt: πάντα τὰ οἰκοδομήματα τὰ κοινὰ, πάντας ᾧ τὰς ὁδὸς, μηδὲν ὁν ᾧ δημοσία λαβὼν ἐπισκεύασε, τύς τε ὑπονόμυς ἐξεκάθηρε, &c. vide sequentia. Plinius lib. XXXVI. *A. M. Agrippa in ædilitate post consulatum, per meatus corrivati septem amnes, cursuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti.* Etiam vide Suetonium Augusto.

Divi-

Divisâ erogatione] Non *rogatione*, quod quibusdam imperitis scio lectum. Erogatio est distributio nominum Juliæ & Tepulæ.

Præter caput Iuliæ transfluit] *Transfluvit* ἀρχαϊκῶς, in optimo Florentin. Veteres enim *fluvo* dicebant & *pluvo*: inde fluvius & pluvia. *Præter caput Iuliæ transfluit*: hoc Græcis παραῤῥεῖν, ab uno latere alluere. Quod & *perfluere* Latini dixerunt, ut *præducere* παραγράφειν. Plinius lib. XIX. de hortis & hortensibus: *Riguosq; maximè habendos si contingat præfluo amne*, hoc est παραῤῥέοντι ποταμῷ.

Hanc Agrippa emisit] Ita lacus Curius à M. Velino dicitur emissus Ciceroni lib. V. ad Atticum. Suetonius Julio Cæsare: *Siccare Pomptinas paludes, emittere Fucinum lacum*: ubi *emittere*, aquam extra Romam perducere, interpretatur M. Donatus.

Modulosque certos dispensatum accipiunt] Ad oram veteris, *modiolosque*. Sed discrimen statuendum inter modulos & modiolos, quæ duo Frontino communicantissima. Modulum vocat, mensuram in aquæductibus, per quam aqua duci solebat ex castellis seu dividiculis ad privata ædificia. Talem hoc loco intelligit in emissa ab Agrippa Crabra. De ejus mensura, quam Græci μέτρον vocant, infra melius: *Aquarum moduli aut digitorum, aut ad unciarum mensuram instituti sunt*. At modiolus, est ὑδρία sive καλπίς, vas aquarium ad hauriendum. Noster alibi: *Cùm in erogatorio modiolo minus invenitur, in acceptorio plus; apparet, non errorem esse, sed fraudem*: ubi mendosè *modulo* legitur in depravatis editis antiquioribus. Acceptorium vocat, qui puteo immersus aquam haurit; erogatorium, qui in altum elatus refundit. Ibidem lego: *Est autem calix modiolus æneus* &c. ubi malè etiam *modulus* substituitur. Quæ necessariò distinguenda sunt in commentario ὑδρολογικῷ.

Aquarii nostri] Non *aquarum curatores* nec ὑδροφύλακες, sed ὑδροσκόποι, ipsi libratores. Hi vocabantur *Aquileges* vel *aquilices*. Glossarium: *Aquilices*, οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, οἱ ἀνοχετάριοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Aliter legendus est ille locus apud auctorem Glossarii: οἱ τὰ πάρυγρα ἐργαζόμενοι, οἷον ὀχετάριοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι.

Ignari cujus causa] Vel, *cui causæ*. Hoc aliàs legitur.

Compluribus salientibus aquis instruxit urbem] In omnibus ita videas expressum. Sed illud *aquis* abundans est & superfluum, nec, ut puto, Frontino scriptum. Optimis auctoribus *salientes* sunt fontes aquarum. Ita Plinio vocantur & Vitruvio, quorum ille ad idem Agrippæ factum: *Agrippa in ædilitate sua, adjectâ Virgine aquâ, cæteris corrivatis atque emendatis lacus septingentos fecit, præterea salientes centum quinque, castella centum triginta; complura etiam cultu magnifica*. Paulo infrà noster: *Solet tamen ex eâ* (Alsietinâ) *in Transtiberianâ regione quoties pontes reficiuntur, & à citeriore ripâ aquæ cessant, ex necessitate in sub-*

ſidium publicorum ſalientium dari. Vitruvius lib. VIII. *Ex ejuſmodi locis & fontibus ducti ſunt ſalientes.* Iſti Salientes tubulis fiſtulisve aquam effundebant. Apud veteres invenio Silanos, qui baſilicis ἀνάβρυτοι vocantur, lapideæ formæ & imagines, ex quibus aquæ ſaliebant. Itaque qui gloſſemata ſunt interpretati, Silanum κρύνην exponunt ſeu κρουνὸν, id eſt, τὰς ἀρχὰς τῶν ῥευμάτων, ut melius Euſtathius. Gloſſæ Philoxeni: *Silbanus* (lego *Silanus*: ita & perperam *Sylvani* dicuntur) κρουνός. In Græcanico Cyrilli ὑδρίον exponitur *lacus ſilanus.* Obiter emendandus eſt Cornelius Celſus lib. III. cap. XIIX. *Confert etiam aliquid ad ſomnium Sillanum juxta cadens.* Quis dubitet ita mecum reponere: *Confert etiam aliquid ad ſomnum Silanus juxta cadens*, id eſt, rivulus ſuſurrans decidentium leviter aquarum. Lucretius eò alludens:

Corpora Silanos ad aquarum ſtrata jacebant.

Quinimo *tullii* vocabantur iſti Silani. Feſtus: *Tullios alii dixerunt Silanos, alii rivos.* Ita ibidem legendum Viri doctiſſimi viderunt. Ennius Ajace, Feſto laudatus: *Sanguine emiſſo tepido tullii efflantes volant.* Ex illo Sophoclis:

—— ἔτι γὰρ θερμαὶ Σύριγγες ἄνω
φυσῶσι μέλαν νέφος.

Sed & ipſi *tullii*, ſalientes. Papias: *Tuli, aquarum projectus.* Cæterum ineptè quidam hallucinantur, qui *ſalientes* de figuris exponunt & ornamentis, quæ ad tubulos adhibebantur. Alii tubuli ſunt, alia ornamenta tubulorum. Cujus rei ratio elegans apud Orum libro I. cap. XXI. ὅθεν καὶ τὰς χολέρας καὶ τοὺς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρηνῶν λεοντομόρφους κατασκεύασαν οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱερατικῶν ἔργων ἐπιστάται. Sic proculdubio legendus eſt iſte locus, & ex eo reſtituendus, quod abſurdè videas expreſſum, καὶ τὰς χολέδρας. Nec moveor eo, quod Dempſterus ad Roſinum χολύδαας emendandum contendat. Heſychius: χωλέρα σωλὴν, δι' οὗ τὸ οὔδωρ φέρεται ἐκ κεράμων ἐξακοντιζόμενον. Inde medicorum filiis χολέρα morbus, exponitur violenta ἔκρυσις κάτωθεν καὶ ἄνωθεν τῆς χωλῆς.

Ingentem aquæ modum invenerunt] Alio ſenſu *modus aquæ* dicitur in lege trigeſimâ ſecundâ π. de Act. empt. & lege primâ De Aqua Quotidiana.

Hanc Virginem pictura oſtendit] Vel, *pictam*, oſtendit. Hoc ὡραῖον eſt alterius lectionis.

Signino circumjecto continendarum ſcaturiginum cauſa] Ulpianus lapideum interpretatur in lege primâ π. de Rivis; nimirum, qui è teſtis ſigninis factus eſſet. *Si quis terrenum rivum ſigninum facere velit:* ubi *ſignatum* ſcio repoſitum, vel *ſiliceum* ab illis, qui metuebant antimoniam. Ego *Signinum rivum* teſtaceum & cementitium potius, quam lapideum interpretandum eſſe cenſeo. Intelligit autem Frontinus opus tale, quod è teſtis tuſis ad aquas excipiendas imprimis erat utile: nam eæ teſtæ in ſigninis habebantur excellentes.

Niſi fortè cum opus Naumachiæ aggrederetur, ne qui ſalubribus aquis

quis detraheret] Quidam librorum non meliùs : *ne quis salubribus aquis detraheret.* De hoc Naumachiæ opere ex breviario Ancyrano hæc verba sumpsit Suetonius : *Edidit navale prœlium circa Tiberim, cavato solo* (Tacitus *stagnum* vocat) *in quo nunc Cæsarum nemus.*

Idem Augustus in supplementum Martiæ, aliam aquam] Nec Augustam solùm ad Martiæ rivum perduxit Augustus; sed & omnium aquarum rivos refecit. Vetus Inscriptio, quæ Romæ visitur.

IMP. CÆSAR. DIVI. JULI. F. AUGUSTUS.
PONTIFEX. MAXIMUS. COS. XII.
TRIBUNICIÆ. POTESTAT. XIX. IMP. XIIII.
RIVOS. AQUARUM. OMNIUM. REFECIT.

Quod opus Claudius magnificentissimè consummavit, dedicavitq́, Sulla & Tutiano COSS.] Lego variantibus editis : *dedicavitque Sulla & Titiano COSS.* Nunc diribitoris in morem suffragia colligamus, nam priorum Consulum nulla mentio in Fastis consularibus superexstat. Pomponius Lætus edidit *Suilio & Titiano COSS.* Hoc ad oram Scriverianorum video expressum. Ultimum consulare nomen indubiè verum est & rectum : sed in consulatu non habuit Titianus *Suilium* collegam. Quod & miror doctissimo Viro Joanni Obsopæo non succurrisse, qui ex Tacito Pomponii sententiam strenuè videtur amplexus. In tabulis Capitolinis ad annum Urbis Ɔc CIV. Consules laudantur Faustus Sulla & Salvius Otho, qui L. Salvius Otho Titianus appellatus est, ut ex Inscriptione fratrum Arvalium Romæ olim ab Ursino vulgata legitur : ADFUERUNT. A. VITELLIUS. M. APONIUS. SATURNINUS. OTHO. TITIANUS. Cæterum de hoc Claudii aquæductu, Suetonius ipso Claudio : *Opera magna potius, quàm necessaria, quàm multa perfecit : sed vel præcipuum aquæductum à Cajo inchoatum.* Plinius : *Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati à Cajo Cæsare, & peracti à Claudio. Quippe à quadragesimo lapide ad eam excelsitatem, ut in omnes urbis montes levarentur, influxêre Curtius atque Cæruleus fontes.* Addit Suetonius emissarium Fucini inter opera Claudiana consummatum, quod non invenias apud Dionem, qui disertim hæc verba : τὴν δὲ λίμνην, τὴν Φουκίνην, τὴν τῶν Μαρσῶν ἠθέλησε μὲν εἰς τὸν Τίβεριν ἐξαγαγεῖν, ὅπως ἥτε χώρα ἡ περὶ αὐτὴν γεωργῆται, καὶ ὁ ποταμὸς ναυσίπορος μᾶλλον γένηται, μάτην δὲ δὴ ἐδαπανήθη.

Ex fontibus duobus amplissimis & speciosis Cæruloque (qui à similitudine appellatus est) & Curtio accipit, & eum fontem, qui vocatur Albubinus] Etiam corruptum est ultimi fontis nomen in quibusdam libris Frontinianis : in quibus omnibus restituendum, *Albudinus*; quod indubiè rectum nomen est, & ab imperitis corruptum. Suetonius eodem Cæsare : *Claudiæ aquæ*

quæ gelidos & uberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Curtio & Albudino nomen est. Et fontem Curtium quidem binominem fuisse arbitror, ut etiam Albudinus vocaretur. Nam & Plinius libro XXXVI. capite XV. duos tantum Curtium & Cæruleum commemorat; sicut & hæc Inscriptio: IMP. CÆSAR. VESPASIANUS. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. III. DESIG. IIII. P. P. AQUAS. CURTIAM. ET. CÆRULEAM. PERDUCTAS. A. DIVO. CLAUDIO. ET. POSTEA. INTERMISSAS. DILAPSASQUE. PER. ANNOS. NOVEM. SUA. PECUNIA. URBI. RESTITUIT.

Quod cum terras cultas circum se habeat soli pinguis] Apage *multas*, quod alii subtrudunt: πόνα ἔργα Græci vocant, quæ Maro, *pinguia culta*; *terras cultas soli pinguis* noster Frontinus, τὰ ἐργάσιμα cum opponuntur τοῖς ὑλοφόροις, ἢ ποηφόροις. libro II. *Nam cum oriatur Anio supra Trebam angustam, seu quia per saxosos montes decurrit, paucis circa ipsum opidis objacentibus cultis*, &c.

Interposita est piscina limaria] Piscinam cape non ἰχθυοτροφεῖον sed κολυμβήθραν: aquam limosam & stagnantem. Glossæ veteres Græcanicæ: κολυμβήθρα, *piscina, natatura.* Infra: *Ex his via Latina, sex intra VII. miliarium contentis piscinis excipiuntur, ubi quasi respirante rivorum cursu limum deponunt.* Alibi se melius explicat: *Nec Virgo, nec Apsia, nec Alsietina conceptelas, id est piscinas habent.* Ubi *conceptelas* vocat τὰς δεξαμενάς, sive *conceptiones*, ut infra loquitur.

Vbi inter amnem & specum consisteret & liquaretur aqua] *Eliquaretur* in libris melioribus. *Eliquare* διυλίσαι & διηθεῖσθαι, inde *eliquia* διυλίσματα. Glossæ: *liquatur*, διηθεῖται. Seneca de quodam fonte, lib. III. Nat. quæst. *Fœda quædam turbidus ex imo fundit, donec liberatus eliquatusque est.* Sic maria ex Oceano arctis faucibus terras intrantia quasi eliquari & colari dicit Solinus.

Non alienum mihi visum est, longitudines quoque rivorum cujusque ductus, & etiam per species operum complecti] Melius legerim: *longitudines quoque rivorum cujusque ductus & profectus operam complecti.*

Sed formas quoque ductuum facere curavimus] Doctissimus Turnebus hoc loco *formas* explicat rerum quarundam imagines & deformationes ac picturas: Ego *formas* tubulos interpretor, per quos unda adducitur aut derivatur; δοχεῖα nimirum sive conceptacula aquæductuum. In itinerario Antonini: *nunc nomina aquarum, quæ usibus æternæ urbis formarum constructionibus advectæ sunt, indicemus.* Quæ formæ arcuationes sunt, & à Frontinianis etiam differunt. Ad nostram mentem planè conducunt illa Cassiodori libro septimo, epistola sexta: *In formis autem Romanis utrumque præcipuum est, ut fabrica sit mirabilis, & aquarum salubritas singularis.* Nimirum, inventa & probata per aquilegem

aquà

aqua ducebatur aut formâ ſtructili, aut plumbeis fiſtulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis; ut loquitur Palladius lib. IX. rei ruſticæ, cap. undecimo. Iſti tubuli ſeu canales *formæ* appellantur, quarum mentio in jure noſtro frequentiſſima. Nec ignoro tamen formas tubulorum imagines appellari: ſed & illud non ignoro, acutiſſimi Viri expoſitionem ad hunc auctoris locum non conducere.

Ex quibus apparet] *Appareret*, quod aliàs legitur, melius eſt & concinnius.

Vbi montium lateribus ſpecus appliciti] Supra: *ubi inter amnem & ſpecum conſiſteret & liquaretur aqua.* Immo per ſpecum plerumque Veteres aquam duxiſſe, quod tum neceſſe erat fieri, docemur à Vitruvio libro VIII. cap. ſeptimo, cum medii montes erant inter mœnia & caput fontis.

Et deliberare tanquam aſſiſtentes] Puto *delibrare*, quod à nonnullis typis editum. Sequitur: *Aquæ omnes diverſâ in urbem librâ perveniunt*: ubi libra eſt altitudo, ut ſupra etiam adnotamus.

Sed Veteres humiliore directura perduxerunt, ſive nondum ſubtili explorata arte librandi.] Probant libri: *ad ſubtile explorata*, &c. Non adeò malè: ſicuti nos alias ad Q. Serenum Sammonicum demonſtraturi ſumus.

Ac proprio canali & nomine venit, & à piſcinis in eoſdem arcus recipiuntur] Quidam hoc modo referunt excuſum: *Ac proprio canali & nomine venit hæres à piſcinis*, &c. Scribo & interpungo: *Ac proprio canali & nomine venit. Hæ & à piſcinis in eoſdem arcus recipiuntur.* Quod explicatione non eget.

Prius tamen pars Iuliæ ad ſpem veterem excepta, caſtellis CCLII. montis uſibus diffunditur] Habent editiones aliæ: *Prior tamen pars Iuliæ ad ſpeciem veterem excepta, caſtellis CCVII. montis uſibus diffunditur.* Quod per me licet incuſent eruditiſſimi & accuratiſſimi viri. Nobis non placet illum Cynicum imitari, & ἅπτειν λύχνῳ σὺν μεσημβρίᾳ. Cæterum receptacula publicarum aquarum *caſtella* vocabant, quæ *dividicula* veteres auctores. Feſtus: *Dividicula antiqui dicebant, quæ nunc ſunt caſtella, ex quibus à rivo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit.* Heſychius: κάστελλον, ὄνομα τόπου ἄνω, καὶ κάτω φερόντων, ἢ μερίζοντος τὸ ὕδωρ. Quæ vox in jure frequentiſſimè occurrit. Frontinus infra: *Eſt autem ferè nunc in uſu, cum plures quinariæ impetratæ fuerint, ne in viis ſæpius convulneretur una fiſtula, ut excipiantur in caſtellum, ex quo ſingули ſuum modum recipiunt.* Poſteriores Impp. *conceptacula* vocarunt in lege ſecunda Cod. Theodos. Tit. de Aquæductu.

Martia autem parte ſui, poſt hortos Pallantianos, in rivum, qui vocatur Herculaneus, dejicit ſe per Cœlium. Ductus, ipſius montis uſibus nihil ut inferior ſubminiſtrans, initur ſupra portam Capenam.] Optimus & acutiſſimus Rubenius in electis ſuis hæc ita corrigit: *Ductus ipſius montis uſibus nihil, at inferio-*

inferioribus ministrans, initur supra portam Capenam. Si enim ductus ille per montem Cœlium, quomodo eo inferior? Sententia est: Aqua Martia etsi per Cœlium ducta, tamen colli illi non servit, sed tota & illibata fertur ad loca subjecta. Pro *initur* tamen *oritur* exhibuerunt alii librorum.

Post hortos Pallantianos] Mendosè, *Plancianos*, quidam de vulgo referunt.

In arcus, qui vocantur Neroniani] Infra: *Posteaquam Nero Imp. Claudiam opere arcuato assumpsit, exceptam usque ad templum Divi Claudii perduxit, ut inde distribueretur* &c. Ergo *Neroniani arcus* à fundatore Nerone: quod absurdè negat vir doctissimus, qui nescio quid de Græcorum νηρὸς hic interpretationis comminiscitur. Hoc non ignoro, νερὼν Græcis esse locum aquæ irriguum. Inde Νερώνιος λίθος, quem alii Νερωνιακὸν dixere, quasi à Nerone. Quod è diverso falsum est. Epiphanius: καὶ ὁ μὲν Νερωνιακὸς πικρὸς τῷ εἴδει σφόδρα χλωρίζων, διειδὴς καὶ στίλβων. Inde νηρὸν τόπον apud Lycophronem Grammatici exponunt τὸ κοῖλον καὶ κάθυγρον. Hæc perperam & ineptè Neronianis arcubus attribuuntur.

Rivus Appiæ sub Cœlio monte & Aventino actus, emergit] Id est, perductus aut subductus emergit. Ulpianus in lege I. D. de Rivis: *Vnde ait, primum aqua ex flumine agi possit*; id est, perduci. Inde *actus* pro fluxu apud Lucretium:

Et pigri latices, magis & cunctantior actus.

Aquarum moduli aut ad digitorum aut ad unciarum mensuram instituti sunt] Vide & confer Digestorum titulum de Aquâ Quotidianâ, & legem secundam & tertiam de Aquæduct. Codic. Theodosian. Qui Frontino *moduli* sunt, aliis *haustra* dicuntur. Nonius cados & ἄντλια minus recctè interpretatur: nam cadi propriè sunt situli, qui tollenonibus suspenduntur, aut trochleis per funes è puteo tolluntur. Herodotus vocat γαυλόν, Græci ἄντλον, unde ἀντλεῖν: *ancla* & *anclare* apud Latinos. Minima pars agrestium mensurarum erat *digitus*. Agrimensor incertus: *Digitus est pars minima agrestium mensurarum.* Inde δακτύλιος ὕδατος. Inde Græcorum verbo dicebant: Δίδωμι καὶ χαρίζομαι σοὶ δακτύλιον ὕδατος, id est, tubulum, qui digitum unum sit latus. Nam secundum ejus latitudinem vel crassitiem digitalis mensura accipiebatur. Quod imprimis antiqui medicorum filii observarunt. Dioscorides de anchusa scribens, δακτύλου τὸ πάχος, & de brunio, καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον εὐμήκη, πάχος δακτυλιαῖον. Sic δακτύλιος ὕδατος. Sic *digitum aquæ* se Gajo Sejo concedere, Lucius Titius notum facit epistolâ suâ in lege Λούκιος, D. de Servitut. Urb. Præd. Vetus Inscriptio Suessana: ET. UT. AQUÆ. DIGITUS. IN. DOMO. EJUS. FLUERET. COMMODISQUE. PUBLICIS. AC. SI. DECURIO. FRUERETUR. Vide Plinium libro XXXI. capite sexto. Inde δακτύλου ἡμέρα apud Zenobium.

Dioge-

Diogenianum, Suidam, pro brevissimo spatio. Et Martialis momentum volens describere, *ad digitum* dixit.

Lex erat, ad digitum positâ concurrere palmâ.

Palma posita erat concursuris momento, uter prævaleret, vitæ necisque potestate sub unum ictum commissi. Sic incertus Poëta Anthologiæ libro VII.

Πίνωμεν βάκχȣ ζωρόν πόμα. δάκτυλος ἀὼς,
Ἢ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν.

Hoc est digiti unius spatium, omne id quod vivimus. Sed de his alibi plura.

Vncia in pupula] Monuit Scriverius aliàs legi: *Vncia in pupulatita hæc observantur.* Error ex connexione literarum ortus. *Pupula*, legit etiam Ortelius.

Capit etiam quinariam unam quincuncem sicilicum] *Siciliquam*, alii libri. *Sicilicus*, quarta pars unciæ. Glossæ: τέταρτον οὐγκίας, *sicilicum.*

Et quemadmodum, verbi gratia, sextariis ratio ad cyathos.] Infrà *calices* vocat: *Sed & calicis positio habet momentum*; id est, momen, ut antiqui loquebantur.

Vsque ad nostram curam] Non damno veteris scripturam: *usque in nostram curam.* Frontinus alibi: *In re, qua usque in id tempus, quasi potestate acta, certo jure eguisset.* Florus lib. I. cap. 6. *Substitutus in locum regis, quasi usque in tempus.* Vulgati, *ad tempus.*

Scrupulosa inquisitione præeunte.] Propriè *scrupulosa* dictum. Nam *scrupulosus*, est μικρολόγος, qui in minimâ quæque inquirit. In Glossis Philoxeni σηραγγῶδες exponitur, *scrupulosum*; nam σήραγξ est fissura terræ & caverna. Arnobius lib. IV. *Qui scrupulosæ diligentiæ curâ in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt.*

Itaque cum sincera in Vrbem proprio rivo perveniret] Pura, nec aliis intermixta; in urbe enim miscebatur cum Anione novo. *Sincerum* est ἀκέραιον. *Insinceritas*, aquæ turbiditas. Papias: *Sinceri, puri, & sine admixtione corruptionis.*

Sentit hanc curam Imperatoris piissimi Nervæ Principis sui Regina & Domina orbis indies, cui par nihil & nihil secundum] Omnino à Martiale mutuatus est Urbis elogium Frontinus, nec aliena manu allitum vel adscriptum est ab interpolatore, ut Lipsius suspicatur. Amant enim interdum ejusmodi lascivias Poëtarum scriptis suis intexere Latini scriptores & historici. Quod ubivis obvium est, & illustrationis haud eget. Paribus autem elogiis multi veterum Romam collaudarunt. Eunapius Sardianus, βασιλεύȣσα Ῥώμη. Erinna Poëtria,

Χαῖρέ μοι Ῥῶμα θυγατὴρ ἄρηος
Χρυσεμιτρα, δαΐφρων ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις επὶ γᾶς Ὄλυμπον
Αἰὲν ἄθραυστον.

Æthicus: *Domina totius mundi Roma.* Rutilius Numant.

—— *regina .... pulcherrima mundi*
Inter sidereos Roma recepta polos.

Eam

Eam nos caducam vocamus] Vide Varronem de Re Rust. lib. III. cap. 5. Sic infrà ex Scto refert, edixisse Nervam: CADUCAM. NEMINEM. VOLO. DUCERE. NISI. QUI. MEO. BENEFICIO. AUT. PRIORUM. PRINCIPUM. HABENT. Etiam illæ aquæ, quæ ex castellis & fistularum manationibus fluebant, *caducæ* vocabantur, ut observat Vir Illustris ad Varronem. Inde apud Nonium legendum: *Aqua caduciter ruens*, id est præcipitanter; non *caducitur*, ut pro verbo malè lectum.

Ad quem autem Magistratum jus dandæ vendendæve aquæ pertinuerit, in iis ipsis legibus variatur. Interdum enim ab Ædilibus, &c.] Ædilium numero numerabantur magistratus. Festus à Scaligero restitutus: *Ædilis initio dictus est, quod ædium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat. Deinde ad magistratus translatum est.* Nam hoc nomine omnes, ut ait Lucretius, ædituentes vocabantur.

Positamque redemptoribus necessitatem] Redemptores propriè atque antiquâ consuetudine dicebantur, qui cum aliquid publicè faciendum aut præbendum conduxerant effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus *emere* pro *accipere* ponebatur: at ii nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxerunt præbendum, utendumque. Sic habes apud eundem Festum. Glossæ veteres: *redemptor*, ἐργολάβος, ἐκλήμπτωρ. Aliæ: ἐκλήμπτωρ, *conductor*, *excerptor*. Vetus Formula de ædificiis: NE. RECENTIORE. TRIMA. ARENA. UTERETUR. REDEMPTOR. Perperam; lego: NE. RECENTIOR. TRIMA. ARENA. UTERETUR. REDEMPTOR.

Quod Circus Maximus ne diebus quidem ludorum Circensium, nisi Ædilium aut Censorum permissu, irrigabatur] Hæc verba de irrigatione sumenda sunt, quæ fossis Circo circumdatis & Euripis aquam inducebat. Euripos, ut Nilos, aquæductus apertos & grandes appellaverunt, quos vulgo canales aquæ dicimus. Hesychius: εὔριπος, δοχὴ τῶν ὑδάτων. εὐρίπους, δοχὰς ὑδάτων exponit, quas Latini *dogas*, exinde dixêre. Et hoc propriè *irrigare*, cum riguis sive rivis aqua inducitur: *eriguare* cum deducitur, quod Græcis ὁδεύειν, ut *rigua*, τὰ ἐπίρρυτα τὰ ἐποχετευόμενα. Viri magni perperam referunt ad nescio quam refrigerationem, quâ in theatro aquarum per semitas decursu æstivus minuebatur fervor; cujus rei primus auctor Pompejus.

Quod durasse etiam postquam res ad Curatores transiit sub Augusto, apud Attejum Capitonem legimus] Sanè mos ille Circi per Euripos irrigandi usque in Neronem mansit, qui Euripos sustulit, & eorum loco, alia loca, unde eques spectaret, addidit: Quod alibi Plinius apertè subindicat. Illud autem Frontini πυρέραμα est.

NE. QVIS. AQVAM. OLETATO. DOLO. MALO. VBI. PVBLICE. SALIT.] Quid *oletare* sit,

sit, ipse subjungit hisce verbis: *oletato, videtur esse olidam facito.* Quod nusquam alibi me legisse memini. Illud obiter addam, Veteres, cum odorem δυσοζμὸν indicare vellent, antiquo verbo *olo* sæpissime usos. Afranius Fratriis: *Non potest, quin illa tacta, longeque & multis olat.* Pomponius Aleonibus: *Alea ludam sanè: meæ malè olant manus.* Nonius: *olat pro oleat.* Inde *oletum*, τὸ ἀπεσδαζόμενον & ἀνθρώπου. Glossæ: *oletum*, ἡ ἄτρος. Persius Sat. 1. *Veto quisquam hic fecit oletum.* Verranius apud Festum: *Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum*, id est, oletavit.

Habuit & familiam propriam] Sic omnino distinguendum: non, ut ineptè alii; *habuit & familiam propriam aquarum, quæ tueretur ductus.* Non habuit Agrippa familiam aquarũ, sed familiam ad tuendos aquarum ductus. Homines servos antiqui vocabant à famulando, *familias*; ut habes apud Ulpianum l. 1. D. de vi armata. Unde *gladiatorum familia* apud Ciceronem; &, *ager familiæ est assignatus*, in libro Coloniarum. Seneca Epist. 47. *Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint. Dominum patrem familiæ appellarunt; servos (quod etiam in Mimis adhuc durat) familiares.*

ET. SERVOS. PVBLICOS. TERNOS. ARCHITECTOS. SINGVLOS] Indubiè mihi persuadeo, SERVOS. PUBLICOS. esse servos mercenarios & conductitios. Veteres Latini *ambactum* vocarunt talem operarium. Glossæ Scaligero post Turnebum laudatæ: *Ambactus*, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. Inde Festus ait, ambactum apud Ennium significare servum mercenarium. Hic propriè *publicus* & μισθωτὸς, Juliano in epist. δοῦλοι δημόσιοι. Plinius X. Epistolar. *Quidam vel in optus damnati, vel in ludum publicorum servorum officio fungũntur.* Qui sequuntur ACCENSI, non adscriptitii sunt, sed in municipiis, itemque Romæ publici etiam ministerii nomen. Vetus Inscriptio:

T. STATILIUS. VOL. PROCULUS.
ACCENSUS. VELATUS. ET. ARGENTARIA.
EUTYCHIA. PARENTES. FILIO. OPTUMO. ET.
ORCIVIÆ. ANTHIDI. UXOR. I. EJUS. SIBIQUE. ET. SUIS.
LIBERTIS. LIBERTABUS. POSTERISQUE. EORUM.

Saxum Appianum prope Formias.

L. VARRONIO. L. F. PAL. CAPITONI.
SCRIBÆ. ÆDILIC.
ACCENSO. VELATO.
II. VIRO. QUINQUENN.
CURATORI. VIARUM.

VTIQVE. TABVLAS. CHARTAS. CÆTERAQVE] Ultimam vocem CÆRASQUE. legerunt, & CÆRAS .. QUÆQUE. varii libri, notante Scriverio. Quod ego non muto, sed in aliam scri-

bendi rationem immuto: CERAS. QUÆQUE. Sic antiqui libri, sic Græci suum κηρὸς: Plerunque in ceratis tabulis scribere solebant, & postea delere. Julius Aphricanus cap. LVI. περὶ κρυφίας ἐπιστολῶν εἰς πομπῆς, eleganter hanc rem explicat: ἄλλον πάλιν ἐν τῷ τῆ δέλτῳ ξύλῳ γράψαντες, κηρὸν ἐπέτηξαν, καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἔγραψαν. Εἶτα ὅτε ἦλθε, πρότερον δὴ τὸν κηρὸν ἐκκινήσας, καὶ ἀναγνοὺς, ὁμοιοτρόπως ἀνταπέστελε.

OPVS. ESSET. IIS. CVRATORIBVS. PRÆBENDA] Lego: OPUS. ESSENT. IIS. CURATORIBUS. PRÆBERI.

Q. ÆLIVS. P. FABIVS. COSS. AMBO. ALTERVE. SI. IIS. VIDEBITVR.] Non: SI. VIDEBITUR. ut ineptè Scriverio collati, qui minus expresserunt formulam. Valerius Probus de Notis antiquis, hæc verba sic expressit: A. A. V. S. E. V. Obiter emendabimus Vegetium libro III. cap. I. *Vt providerent, ne quid detrimenti resp. caperet, COSS. alter vel alter, ambove.* Scriptum fuit: *COSS. ambo alterve.* ΑΜΦΟΤΕΡΥΣ. ΥΠΑΤΟΥΣ. ΚΑΙ. ΕΤΕΡΟΝ. in Scto Græco in æs inciso Romæ legimus. Cicero VIII. Philipp. *Vti C. Pansa, A. Hirtius COSS. alter, ambove, si eis videatur, de ejus honore præmiove ad Senatum primo quoque die deferant.* Philipp. X. *Vti C. Pansa, A. Hirtius COSS. alter ambove, si eis videatur, iis, qui sanguinem pro vita, libertate, fortunisque Pop. Romani, Vrbe, templisque Deorum profudissent, monumentum facere jubeant.* Livius lib. XXX. *Non videri sibi, absente Consulum altero, ambobusve, eam rem agi.*

QVI. ÆRARIO. PRÆSINT. ET. PRÆBENDA. LOCENT.] Scriverio collati: QUI. ÆRARIO. PRÆSUNT. PRÆBENDA. LOCENT. Lego: QUI. ÆRARIO. PRÆSUNT. EA. PRÆBENDA. LOCENT.

Itaque cum viarum frumentique Curatores, qui quarta parte anni publico fungebantur ministerio] Primus Augustus Curatores viarum fecit perpetuos, & horum certum munus. Erat autem eorum munus discretum à IV. Viris, & mox VI. Viris: nam hi vias Urbis curabant; illi eas, quæ extra urbem. Etiam Curatores extra ordinem reperti, quos destinabant singulis viis. Qui autem frumenti curam sustinebant, alio nomine dicebantur Minutiæ Curatores. In veteri lapide: CURATOR. AQUARUM. ET. MINUTIÆ. CUR. ALVEI. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS.

QVIBVS. NEGOTIVM. H. SENATV. EST. IMPERATVM] DATUM. pro IMPERATUM. alii exhibent. Et infrà: DARE. OPERAM. UT. SALIENTES. Iidem ineptissimè: IMPERARE. OPERAM. In Scto Vellejano: *Hi, ad quos de ea re in jure aditum erit, si dederint operam.* Livius libro X. *Legatis, quos Tybur mittebat, mandatum; darent operam, ut tibicines Romanis restituerentur.*

Ius impetratæ aquæ neque hæredem, neque emptorem, neque ullum

lum novum dominum prædiorum sequitur] Vide Fr. Duarenum Commentar. in Tit. de Aquæductu.

Adhuc illa aquariorum intolerabilis fraus est, translatæ in novum possessorem aquæ foramen novum castello imponunt, vetus relinquunt, quo venalem extrahant aquam] Melius: *translata in novum possessorem aquæ.* Romani autem venalem aquam per aquarios circumferri definiebant (ut etiamnum in Italia moris est) ad quod Juvenalis alludit Sat. VI.

—— *veniet conductus aquarius.*

Primus usus honestus legitimusque, nam lavantibus aquæ aspersio necessaria; postea sordidus & impudicus. Festus: *Aquarioli mulierum impudicarum sordidi asseclæ.* Glossæ veteres; *Aquarioli*, βαλλάδες, *bacariones.* Eædem: *bacario*, πορνοδιάκονος. Lampridius in Commodo: *aquam gessit, ut lenonum magister.*

Quod impendium exoneratur vectigalium reditu, ad jus aquarum pertinentium] Scriptum fuit in aliis: *quod impendium erogatur.* Et propriè quidem *impendium*, ἀνάλωμα, pecunia est, quæ erogando pendi solet. Hinc *impendia* dicuntur, quæ sunt necessaria in aliquam rem erogandam, vel etiam exonerandam. Glossæ: *Impendia*, τὰ ἐπιτήδεια. Frontinus paullo infrà: *Vnde & omne plumbum, & omnes impensæ ad ductus, & castella, & lacus pertinentes, erogantur.* Non *erogabantur*, ut alii ad oram alleverunt.

Pleraque tamen prudenti temperamento sustinenda sunt] *Prudenti*, id est, artificioso. Sic Plinius *artifex temperamentum* dixit. Et sic ubique loquitur Ennodius, qui omnia fermè ab antiquioribus mutuatus est.

Nec suæ tantum stationis architectis uti] Lampridius in Commodo: *Iam in his artifex, quæ stationis Imperatoriæ non erant.* Statio igitur pro statu sive conditione. Glossæ veteres Græcanicæ: στατίονες, τὰ πρακτεῖα τῶν δημοσίων τελῶν.

Vitia autem ejusmodi, aut talia sunt, ut non interpellato cursu subveniatur eis] Ad oram Scriveriani: *Vitia autem ejusmodi sunt, ut aut non interpellato cursu.* Quod multo melius est, & concinnius. Veteres schedæ, quibus humanitate & beneficio clarissimi Viri Joachimi Borgesii, Groningani Professoris, utor, eandem nobis lectionem exhibuerunt. Non dissimulabo tamen ὡραῖον illud, quod eidem Scriveriano meo adscriptum fuit: *Vitia autem ejusmodi, aut solia sunt.* Ex vitiosa lectione formabam prius: *Vitia autem ejusmodi, aut soleæ sunt.* Sequentia non adeò repugnant, exposita, forsan corrupta, voce. *Soleæ*, canales sunt & fistulæ aquæductuum. Vet. Inscriptio: FORNICESQUE. FECIT. FISTULASQUE. SOLEAS. Auctor Glossarum: Σωλὴν, *fistula, tubus, imbrix.* Inde Silani, κρουνοί, δρχαὶ τῶν ῥευμάτων, ut superius adnotamus. Columella sic legendus: *Oleo conficiendo molæ utiliores sunt quam trapetum; trapetum, quam canalis &*

solea. Perperam *Solena* mutavit Cœlius. Sed judicent οἱ τὰ πάρυγρα ἐργαζόμενοι.

Pilæ quoque ipsæ topho exstructæ sub tam magno onere labuntur] Corrupto tectorio, quod oppilando debet inniti. Quid *pilæ* sint, optimè Festus nos docet: *Pila*, inquit, *quæ parietem sustentat, ab oppilando dicta.* Vulgò mendosè: *ab opponendo dicta.* Structura nimirum erecta, instar pilæ vasis, ad aliquid firmandum; sive supposita sustineat, sive opposita contineat, ne loco cedant. Hesychius: ὅλμος περιφερὴς λίθος ἐν ᾧ τὰς βοτάνας τρίβουσιν, καὶ ποτηρίου εἶδος, καὶ κύλινδρος. Quia & ὅλμος est pila & cylindrus, unam cum pila vase vocem statuit, diversis rebus similibus accommodatam. Apud Thucydidem χηλὴ sunt προκυμαία, pilæ in aquis fundatæ ad portuum tutelam: moles nimirum in mare procurrentes & portum à fluctibus defendentes. Has Strabo intelligit libro III. χηλαὶ δύο ὅρμους ἔχουσαι. Glossæ veteres *pilas* eleganter exponunt παραστάδες: nam quod in foribus sunt παραστάδες, id in portu χηλαὶ. Græcis interdum χώματα sunt, quæ recentioribus μῶλοι. Sed optimè Thucydidis Scholiastes: χηλὴ οἱ ἔμπροσθεν τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους προβεβλημένοι λίθοι, διὰ τὴν τῶν κυμάτων βίαν, μὴ τὸ τεῖχος βλάπτοντο: & adjungit causam, παρὰ τὸ ἐοικέναι χηλῇ βοὸς. Ego aliam malo, quod muri pedem firmet, & fluctus retundat, ne labefactetur subeuntibus & cachinnantibus undis. Cæterum pilæ topho exstructæ sub arcuationum magno & prægravi onere labuntur: nimirum, qui fundus est cavernosus, & ipse tophus πῶρος λίθος, qui facilè in arenam resolvitur.

Eam partem æstatis, quæ nimis caloribus incandescit] Vel *nimiis*, ut alii legerunt. Refici quæ circa alveos sunt rivorum, fervidissimo anni tempore non debent, ne materiæ præcipiantur, & nimia siccitate minus corroborentur. Eleganter autem de illis mensibus loquitur, *qui nimiis caloribus incandescunt.* Solinus: *Quum ortus Solis incanduerit.* Et Orosius lib. I. *Gravis æstus incanduit, ut Sol per devia transvectus universum orbem igne terruisse dicatur.* Ita Græci usurpant suum πεπυρῶσθαι, & πυρακτούμενον. In Sophoclis Ajace, φαὸς λευκὸν, & πυρὸς λευκάμπυκος αὐγὴ, apud Oppianum.

Non minus autem Sol acrior quam gelatio præcipit materiam] Venustè *præcipit*, ut apud Poëtam: *Si lac præceperit æstas.* Quod sequitur, *obstaturum*, ad Strategemata notavimus.

SI. QVIS. ADVERSVS. EA. COMMISERIT] Sequenti Scto. QUI. ADVERSUS. EA. QUID. FECERIT. In aliis: QUI. ALITER. FAXIT. CAPITALE. ESTO. In Regiis Numæ Legibus: SI. QUIS. ALIUTA. FAXIT. IPSUS. JOVI. SACER. ESTO. Ἐὰν ἁλῷ, ἐὰν ἄλλως ποιήσῃ τὶς τῷ νόμῳ ἔνοχος ἔστω, solenne est apud Demosthenem.

POPVLVM. IVRE. ROGAVIT. POPVLVSQVE. IVRE. SCIVIT.] Compendio literarum hæc prius scripta

ſcripta fuerunt, ut ſolennia verba referuntur à Valerio Probo: P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A D. P. Ex eorum imperita interpretatione, nata ſunt hæc monſtra verborum: ÆDIS. D. JULII. POPULI. ROM. JULII. Scriptum fuit in lege, ANTE. DIEM. PRIDIE. Cicero ad Atticum lib. II. Ep. 14. *Ni te in Formiano commodiſſimè exſpectari viderem, duntaxat A. D. prid. Non. Maji.* Livius libro XLV. *Latina edicta ſunt in A. IV. & III. & prid. Eid. Novembr.* Idem Cicero de Formulâ, primâ in Antonium: *Cedo illa legitima, COSS. Populum jure rogavit (hoc enim à majoribus accepimus jus rogandi) populusque jure ſcivit.* In Legis Thoriæ Fragmento, (lubet hoc etiam inſerere ob Thorii antiquitatem, cujus iterata mihi mentio fuit cum conjunctiſſimo & Conſultiſſimo Dn. Eylio) SP. THORIUS .... F. TR. PL. PLEBEM. JURE. ROGAVIT. PLEBESQUE. JURE. SCIVIT. TRIBUS .... PRINCIPIUM. FUIT. PRO. TRIBU. Q. FABIUS. Q. F. PRIMUS. SCIVIT. QUEI. AGER. POPLICUS. POPULI. ROMANEI. IN. TERRAM. ITALIAM. P. MUCIO. L. QUEI. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. H. VETERE. POSSESSORE. POSSESSUS. SIT.

TRIBVI. SERGIA. PRINCIPIVM. FVIT.] Alii libri: TRIBU. SERGIA. PRINCIPIUM. FUIT. Omnino legendum: TRIBUS. SERGIA. PRINCIPUM. FUIT. Legum initiis adſcribi ſolita tribus, quæ prima ad ſuffragium ferendum vocata erat, cui exinde Principis nomen impoſitum. Hæc optimè docuit incomparabilis Briſſonius in elegantiſſimo & eruditiſſimo Formularum libro.

IRE. CADERE. FLVI.] Lege: FLUERE. Varro: *Stillicidia, fluvia, quæ ut ita fluant cadantque.*

VT. QVISCVNQVE. CVRATOR. AQVARVM. EST. VEL. ERIT.] Nonnulli plenius exhibent & concinnius: UT. QUISCUNQUE. CURATOR. AQUARUM. EST. ERIT. AUT. SI. CURATOR. AQUARUM. NEMO. ERIT.

QVI. ADVERSVS. EA. QVID. FECERIT. ET. ADVERSVS. EA. REPSERIT.] Aliter notante Scriverio: ADVERSUS. EUM. SIREMPS. LEX. ET. JUS. CAUSAQUE. OMNIUM. RERUM. OMNIBUS. ESTO. UTIQUE. ESSET. Valerius Probus. S. L. E. I. C. Q. O. R. E. Illud SIREMPS, optimo Grammatico Chariſio Soſipatro notatum Lib. I. Inſtitut. *Alia nominativum & ablativum habent, ut Tabes, Pluris, Siremps; facit ab hac tabe, plure, Siremplſe. Cnæa autem in Smyrna dixit, hujus Tabis, nullo auctore Siremplſe legitur.* Errant igitur, qui legere malunt in Scto: *Similiter Lex Eſto.* Nam ita locus valde corruptus reſtitui poſſe videtur. Lex Thoria: DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO.

SENTES. VEPRES. CAPRIFICOS.] Ora libri nostri Scriveriani: SENTICES. VIPRES. Glossæ: *Sentes*, ἄκανθαι. *Senticetum*, ἀκανθιὼν. emendo, ἀκανθὼν. Immo VIPRES sunt & ipsi *vepres*, ῥῶπις. Quod indicium est antiquæ notæ. Sic infrà: VITES. VIPRES. SENTICES. ubi VITES notabis ἀντὶ συκῆς ἀγρίας.

FINIS NOTARUM, IN FRONTINUM De AQUÆDUCTIBUS.

AD

AD SEXTI JULII FRONTINI, V. C. DE RE AGRARIA, LIBRUM.

Celse, penes te] Nusquam securius grassata est librariorum audacia, quam in propriis virorum & fœminarum nominibus depravandis. Nec difficile esset, aliquot centuriis exemptorum id ostendere, nisi & res ipsa pervulgata, & mihi alio quodam loco dicendum foret. Ecquid magis absurdum est illo, quod in Basiliensi legitur, quam ad annum CIↃ IↃ XXVII. Videas ab H. Petr. typis editam: *Notum est omnibus, Celse Penesse, studiorum nostrorum manere summam.* Unde discere licet, quam imperitus ille literio fuerit, qui mendosissimæ editioni corrigendæ præfuit.

Iudiciis tuis] *Iudicio tuo*, in eadem typis editur.

Et si in parvo in aliqua cessasse videamur parte] Melius est: *& si in parvo aut aliquâ cessasse*, &c.

Statim celsi Cæsaris nostri opera] Quam iniquè scriptum in aliis: *Statim cœlestia Cæsaris nostri opera?* Ex quo forte quisquis conjectarat: *Statim cœlesti A. Cæsaris.* Proculdubio puto scriptum: *Statim Celse, Cæsaris nostri opera.* Solenne est optimis auctoribus eodem alloquio quod præstruunt nomen repetere.

Duo rigores ordinati] In Fragmento quodam anonymi Geodetæ hæc verba leguntur, quæ appositè huic loco interpretando conducunt: *Signum ponis, deinde figis perpensum ferramentum ad signum quod dividit duas partes, quas divisisti ex fixo ferramento & perpenso comprehenso rigore ad umbilicum solis emissum perpendiculum, cum super signum ceciderit, percutis gromam, donec comprehenderis signum, quod posueras trans flumen: quum diligenter comprehenderis, transis ex alia parte ferramenti, & manente gromâ dictabis rigorem.* Ubi vides aliud esse ferramentum, aliud gro-

mam. Ferramentuum quippe figebatur, cui imponebatur groma. Hyginus in Gromatico apertè hoc indicat: *Sive in dictatione metarum posito ferramento groma superponatur, ut portæ castrorum in conspectu rigoris stellam efficiant.* Groma, ut apparet, fixo in terram ferramento superimponebatur, & super ipsum ferramentum quancunque in partem movebatur percussa; ad dictandum rigorem & lineas dirigendas.

Ex proxima ripa poteramus] Nec opus erat trajectu, quod *varare* dicebant agrimensores. Aliud Fragmentum: *Si tibi in agri quadratura dictanti flumen occurrerit, quod necesse sit variari.* Perperam *variari* scriptum *αὐτὶ varari*, quod est διαβαίνειν, unde *travarare* dixerunt posteriores. In alio Fragmento quod ex libris Magonis & Bygore, laudatur, idem verbum occurrit: *Nam sunt & alii pontes in vicinalibus & privatis viis, quorum alvei varantur:* ubi *variantur* eodem errore scriptum, quem hoc loco castigamus. Inde *varas* appellarunt ponticulos ex tabulis factos, quibus alvei fluminum varantur sive trajiciuntur.

Nam mensura non tantum ista, de quâ loquimur] Confer Isidorum libro XIV. cap. vigesimo quinto, qui ipsissima hæc verba citat.

Vt pes per uncias] Hoc obiter annotandum est, pedem principio in palmos quatuor, id est, digitos sedecim divisum fuisse: quod fatentur præter Frontinum Vitruvius, Columella, Isidorus & alii: quæ ratio cum paullo difficilior ant minus expedita videretur, qui secuti sunt, pedem pro asse habentes, eum, quemadmodum omne aliud integrum, quod assem nominaverunt, in duodecim æquas partes diviserunt: Unam portionem unciam dixerunt, duas sextantem, tres quadrantem: & sic porro; quemadmodum de hæredibus instituendis ex jure nostro constat. Eas uncias cum viderent posteriores pollicibus quadrare, non amplius uncias, sed pollices nominarunt; & certè si componas, tres pollices quatuor digitos efficient.

Per decempedam actus] Festus: *Actus modo inter vicinos quatuor pedum latum, modo in Geometria minorem partem jugeri, id est, centum viginti pedum significat.* Per actum passus: Glossæ Vet. *Passus*, διάστημα μεταπονυπαθὼν. Corrigo: μετὰ ποσὶ παθὼν. Item: *Passus spatium*, βῆμα· βῆμα ἐν τῷ ποδὶ. Sex autem passuum discrimina notant doctissimi geodetæ, quorum unum vestigia tria cum totidem intervallis, pedes senos, Græci vocant ὀργηὰν. Id genus exprimitur expansis bracchiis inter longissimos digitos.

Per stadium miliarium] Stadium, inquit Plinius, centum viginti quinque nostros efficit passus: quod si rectum est, sequitur, miliare unum stadia efficere octo. Plutarchus in Gracchis: τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ. Sic τὸ μίλιον ὀκτοστάδιον Strabo dicit ex recepto usu. Atqui hac dimensione usi sunt Plinius & Livius. Polybius quoque libro III. Ταῦτα, inquit, βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ρωμαίων ἐπιμελῶς.

In

In pede constrato semipedes quatuor] *Pes constratus* est pes magnus. Ita vocabant ἐπίπεδον τὸ ἐπὶ μῆκος ἐπλάτος. In libris de limitibus Agrorum: *Planum est, quod Graeci* ἐπίπεδον *appellant, nos constratos pedes: in quo longitudinem & latitudinem habeamus, per quem etiam agros, ædificiorum sola, & quibus altitudo & crassitudo ponitur; & opera tectoria, inauraturas tabularum intelligimus.* Inde Græcis οἰκόπεδα, ædificia quæ planitus adeuntur, ut loquitur Tertullianus.

Palmus habet digitos quatuor, uncias tres] Ita Vitruvius & alii veterum, ἕπος πρὸς ἕπος. At indemnis tamen ista lectio est, quàm vidimus in optimo Crusetiano; *Palma habet digitos quatuor, uncias tres.* In Glossis antiquis παλαιστὴς χθρὸς, *palmus, palma.* Aliis: *Palmus*, παλαιστὴ, ἀπιδαμὴ *palma.* Paria sunt ejusdem mensuræ Græcorum vocabula, παλαιστὴ, παλαιστὴς & παλαισὶς. Et Hesychius παλαιστὴν interpretatur ἀπιδαμὴν. Philander ad Vitruvium: *Palmus duplex esse traditur; minor*, (de quo Frontinus hoc loco) *digitorum quatuor, qui Graecè* παλαιστὴ *dicitur*, παλαιστὴς *feminino genere*, δεχμὴ & δακτυλοδέχμη, *id est, coherentes quatuor digiti, referente Polluce* ὀνομαστικῶν *libro secundo: & major duodecim digitorum* (quem *sextantem* vocat Frontinus) *à Graecis* ἀπιδαμὴ *vocatus.* Plinius libro VII. cap. II. dodrantem transfert, id est, quantum est spatii inter expassos, summum pollicem & extremum auricularem. Sed & alibi de tripodio loquens, *palmum alto caule* vocat, quem Dioscorides κυλὸν ἀπιδαμιαῖον, id est, dodrantem. D. Hieronymus ad Ezechielem aliam differentiam notans, tradit ἀπιδαμὴν dici palmam, παλαιστὴν verò palmum. Quod rarius à Græcis & Græcensibus aliis observatum. Aëtius libro XIII. capite primo supra vicesimum, notat viperam esse magnitudinis cubitalis, longissimam verò παλαιστῶν τριῶν, ubi παλαιστῶ loco ἀπιδαμῆς posuit, cum aliàs minus scripsisset. Dioscorides chamædryn θαμνίζον ἀπιδαμαῖον esse dicit: quod vir doctus, fruticem quatuor digitorum altitudine exponit. Sed hæc obiter ad promiscuum usum ἀπιδαμῆς καὶ παλαιστῆς.

Ideoque monemus, ut unus quis suos fines teneat] Addunt enclíticam quidam librorum, & habent, *unusquisque.* Sequens versus Virgilianus est duodecimo libro Æneidos, ante quem legitur iste:

Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat.

Ubi Donatus: Vitiosum putatur, quod honesta locutione mirabile est. Non ideo saxum positum dixit, ut faceret per genera solœcismum, sed saxum jacebat tam grandi magnitudine, ut infinitis sęculis immotum permansisset: ad hoc enim inter dominia fuit, ut lites possidentibus tolleret, & esset limes. Ordinandus enim est sensus sic, ut calumniam removeamus: Limes agro positus fuerat, saxum ingens, ad hoc, ut litem discerneret arvis. Hunc locum pronunciantes cum dicimus, *campo qui forte jacebat*, & moram inter-

ponere debemus & separare, *Limes agro positus*: ne malè jungendo nos faciamus vitium, quod Poëta non fecit. Vide doctissimum Aggeni Urbici Commentarium, quem ut necessarium appendicem Frontinianum adjunximus: qui limitem exponit, *quodcunque in agro operâ manuum factum est ad observationem finium.*

Nam ante Iovem limites non parebant, qui dividerent agros] *Parebant*, id est apparebant, elegantissimæ vetustatis. Veteres enim dicebant, *si paret*, teste Festo, quod posteriores, *si apparet*. Appulejus V. Miles: *Quamvis hominum nemo pareret.* Glossarium: *Paret*, πείθεται, &c. φαίνεται. Cato: *Temporibus peccata latent, sed tempore parent.* Melius. Hyginus: *Antiquâ mensurâ actus in diversum, novis limitibus inciditur. Nam Tetrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campaniâ finibus Minturnensium.* Siculus Flaccus: *Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, interciderunt: & limites ipsi, id est, rigores, non parentibus lapidibus difficile inveniuntur.* Expressit autem Frontinus hæc ab eodem Poëta, qui libro primo Georgicorum hisce versibus hæc eadem complexus est:

Ante Iovem nulli subigebant arva coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Nam ideo ager pedibus mensuratur] Antiquiores limitanei pedum tantum meminêre, quibus ager mensurabatur. Tot pedes jugerum habere, tot pedum esse centuriam, tot pedibus inter se distare terminos. Agri pedaturam passim vocant, τὸ ποδισμόν. Inde *ager podismatus*, & *podismare* apud Junium Nipsum, quod est, agri modum podismis suis adærare.

Hic habet conditiones duas] Qualitates: Sed non novè conditio pro qualitate ponitur. Sequitur statim: *Quicquid autem secundum hanc conditionem in longitudinem est delimatum, per strigas appellatur.* Prius repono veterem lectionem, quæ est, *delimitatum*, quod perperam in *delimatum* corruptum est & inversum. Cicero III. Famil. epistolâ octavâ: *Si de tuâ prolixâ beneficâque naturâ limavit aliquid posterior annus*; id est detraxit aut diminuit: ubi *limitabit* in uno scripto libro exaratum fuisse testatur Manutius, & ad hunc modum explicat: Limitare, de alicujus prolixâ naturâ fortassis est, quod aliquis prolixè & liberaliter facere consueverit, id quasi intra limites reducere, quos largiendo transire non liceat. Sed illud *limitabili* ex vestigiis vet. libri. Giffanius ad Lucretium, quasi ὑποθετικῶς in *libitavit* mutandum censet, quod planè probare non possum. Est autem *delimitatum* apud Frontinum, limitibus suis circumdatum sive restrictum, pro quo malè *delimatum* reposuerunt correctores. *Limitare* est ἀφορίζειν, non *limare*. Ager divisus, inquit, sive assignatus habet conditiones sive qualitates duas; unam,

nam, quâ plerunque limitibus continetur: alteram, quâ per proximos possessionum rigores assignatus est, id est, limite naturali & immobili limitatus: quicquid autem secundum hanc conditionem, in longitudinem est delimitatum, illud per strigas appellatur; quicin altitudinem, per scamna. Strigatus ager est, qui à Septentrione in longitudinem, in meridianum decurrit: scamnatus autem, qui ab occidente in orientem eodem modo crescit: & altitudinem hanc secundum idioma artis voluit Frontinus in Orientem intelligi. Papias: *Scamnatum, ager qui per scamnam ab Occidente in Orientem crescit.* Ita ad morem Italicum videtur locutus, ut nobis emendandus: *Scamnatus ager, qui per scamna ab Occidente in Orientem crescit.* Sed de his plenius in commentario suo Vir optimus ὃς πᾶσι τὰ πάντα, Aggenus Urbicus.

Sicut in Campaniâ Suessa Arunca] Sic legendum & interpungendum vidit accuratissimus Scriverius. Sed ego nullus addubito, quin *Arunca* transpositum sit, & *Aurunca* restituendum. *Suessa Auruncorum* etiam apud Livium occurrit, libro XXXII. unde fuit Lucillius, cujus Satyræ dicuntur propterea Camœnæ Suessæ ab Ausonio in Tetradium: Vetus Glossarium: *Aurunci, οἰκήτορες Ἰταλίας.* Idem in aliis authoribus est castigandum.

Ager ergo limitatus hac similitudine decumanis & Cardinibus continetur] In agris assignandis olim geodetæ primam cardinis rationem habuerunt. Agricolæ quoque, docente Plinio, cum posituram agri concipere vellent, primam investigationem cardinis consideraverunt: qui ideo cardo appellatus est, quoniam in eo, tanquam in cardine, omnis demetiendi, assignandique agri, seu podismi constituendi rationem decempedatores constituêre. Hinc in libello de Coloniis, qui Balbo adscribitur, ubique notatur, *assignatas centurias per cardines & decumanos.* Quin & Plinius omnem limitandi rationem in cardinis inventione ponit, in cujus medio puncto umbilicus notetur, ad quem dirigatur decumanus: quibus lineis constitutis reliquos limites pari intervallo deducere docet. Angelus Politianus, ut decumanum fluctum eum dici vult, qui maximus esset; ita decumanum limitem, qui longissimus maximusque; quod cardo jam dimidiatus decumano anticipante consideretur. Sed egregiè in hac opinione fallitur. Non enim semper decumanus limes maximus est, sed, ut in strigatis cardo, ita in scamnatis decumanus longitudinis prærogativam tenet. Melius, quod Hermolaus Barbarus voluit, à nota numeri denarii X maximus dictus est decumanus: ut in *decussare* etiam obtinet, quod est, lineam per medium aliâ lineâ dividere, ad formam notæ denarii: In constitutione Tiberiana, Frontino & Junio Nipso laudata hoc ita declaratur: *Est aliud monumentum, quod non longè ab ædibus vel itinere publico constitutum est, id est, juxta legem Semproniam & Iuliam, quod cardinibus & decumanis constitu-*

ſtitutum eſſe monſtratur, quod rationem finium recipere videtur: id eſt, concurrentium atque ſecantium ſeſe invicem linearum. Unde conjicis, has ſolas formas agrorum dici *per cardines & decumanos diſpoſitas*, quæ ſe invicem ſecent in decuſſis formam. Sed nemo evidentius hoc Iſidoro oſtendit, cujus heic verba non pigrabor adſcribere. *Limites*, inquit, *in agris maximi ſunt duo, Cardo & decumanus. Cardo, qui à Septentrione directus in cardine cœli eſt. Nam ſine dubio cœlum vertitur in ſeptentrionali Orbe. Decumanus eſt, qui ab Oriente in Occidentem per tranſverſum dirigitur, qui pro eo, quod X formam faciat, decumanus eſt appellatus: Ager enim bis diviſus, figuram denarii numeri efficit.*

Centuriâ expleri non potuit] Illud obiter hoc loco notandum, vacuas centurias diverſas eſſe à ſubſicivis. Nam ſubſicivum minus eſt quam centuria. Centuriæ vacuæ vel vacantes ſunt, integer modus, qui ſub aſſignationem non cecidit, ſed privatis ſi forte conceſſus eſt. Subſicivum igitur dicebatur, quod diviſum aſſignatumque non eſſet, vel propter maciem ſoli, etiamſi in mediis centuriis interveniret, vel quod centuriæ modum non expleret, ſi in extremis aſſignationis finibus id incideret. De priori genere auctor incertus: *Subſicivi agri quos in perticâ diviſos recuſant, quaſi ſteriles aut paluſtres.* Relicta ideo & ſoluta dicebantur ejuſmodi loca, quæ propter ſterilitatem relinquebantur nec aſſignabantur; non menſuris vel limitibus obligabantur.

Lineæ claudatur & ſubſecetur] *Cludatur* pro *claudatur*, melius & antiquius. Sic paſſim ſolet, ut infra: *Quia ultra limites finitimâ lineâ cluditur*: δεχαϊκῶς. *Inde cluſæ & cluſuræ*, τῷ ἐχυρώματῳ, termini limitum & interpoſitiones.

Nam & reliquarum menſuarum actus, quicquid inter normalem lineam & extremitatem intereſt, ſubſicivum appellatur] Aggenus *normalem* lineam, interpretatur *menſuralem*. Inde & *normales limites*, qui normali linea cluſi. Normalis linea ea propriè dicebatur, quæ, cum alia recta rectos angulos facit, ſive ex mediâ erigatur, ſive ex fine. Vitruvius: *deſcribatur linea in planitia, & ex ea media* πρὸς ὀρθὰς *erigatur uti ſit ad normam, quæ dicitur gnomon.* Linea ad normam erigitur, quæ πρὸς ὀρθὰς, id eſt, rectos angulos ex aliæ medio emittitur. Itaque ὀρθὴ γωνία Quintiliano rectè dicitur *normalis angulus*, ἡ κάθετος. Sed malè faciunt, qui non diſtinguunt τὴν ὀρθὴν ἀπὸ τῆς εὐθείας.

De poſitione terminorum] *Poſitio*, θέμα τῶν ὁρίων, & ὁρισμῶν λίθων, exponitur in vett. gloſſis: in aliis, λίθος ἐπὶ τοῖς ὅροις. Sic de poſitione architectonicâ Iſidorus, *poſitiones, ædificia.* Hinc ἀκρεπικὰ θέματα, limitaneæ provinciæ. Gloſſæ: ὅρος, *terminus, finis limitum, hoc terminatum.* Corruptè; lego: *limes* vel *limitatum.*

Trifinium faciat an quadrifinium] Τριοφίαν, trium finium concurſum. Idem Iſidorus: *Trifinium dictum eò, quod trium poſſeſſionum fines adſtringit. Hinc &*

quæ-

quadrifinium, *quod quatuor*. Restitue ex Papia : *quod trium possessionum finem attingat.*

De rigore controversia est] Εὐθυωρία. Aggenus : *Rigor suæ rectitudinis naturalis nomen accepit.* Vide *l. Si expressum.* D. de Appellat. & relationibus.

Quam supercilium appellant] Pollux : καὶ ὀφρύας καλοῦσι τὰ τῆς ὀνύχος.

Vt si L. Titius dextra Decumanum tertium] Jurisconsultorum more utitur nomine, quod exempli causa infert. Hoc eo notamus, ut Plutarchi locus adducatur ἐν Αἰτίοις, suo fundo restituendus: τίς δ' ὀνόμασι τύποις ἄλλως (ita rectè vet. Codex habet) κεχρῆνται κοινοῖς ἔσιν, ὥσπερ οἱ Νομικοὶ Γαΐον, Σήϊον, καὶ Λέκιον Τίτιον, καὶ οἱ φιλόσοφοι Δίωνα καὶ Θέωνα παραλαμβάνουσι.

De possessione controversia est, de quâ ad interdictum, hoc est, jure ordinario litigatur] Hæc verba Aggenus explicans : *De possessione*, ait, *fit controversia, quoties de totius fundi statu per interdictum, hoc est, jure ordinario litigatur. Hoc non est disciplinæ nostræ judicium : sed apud Præsidem provinciæ agitur, & ex lege restituitur possessio, cui poterit adtinere.* Prætor autem in Interdicto, UTI POSSIDETIS, his utebatur verbis, ut est apud authorem Festum : UTI NUNC POSSIDETIS EUM FUNDUM Q. D.A. QUOD NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, ALTER AB ALTERO POSSIDETIS, ITA POSSIDEATIS; ADVERSUS EA VIM FIERI VETO. Ulpianus lege prima D. uti possidetis : UT EAS ÆDES Q. D.A. NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, A.A.A. POSSIDETIS, QUOMINUS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI VETO. Ex quibus utrumque vides, Frontinum & Aggenum, ex Interdictorum formula, sua verba concepisse. Ordinario enim jure Interdicta à Prætore reddebantur; ut ex Oratione Ciceronis pro Cæcina patet. Ulpianus in lege prima D. Si ventr.nom. mul. in poss. mittatur : *Coget autem eum discedere non Prætoria potestate, vel manu ministrorum; sed melius & civilius faciet, si eum per interdictum ad jus ordinarium remiserit.*

D. Augustus] Perperam *Augustinus*, in mendosissimo Basiliensi.

Inter montium Præcutianorum] Geminæ literæ sunt *c* & *g*, quas facilè videas in scriptis & editis invicem transpositas, & variantium lectionum speciem referentes, ut hoc loco, quo *Præcuttianorum* & *Præguttianorum* diversi libri præferunt. *Præguttiani* Livio quoque vocantur. Sed *Prægutii* verum populi nomen, πραιγουτίοι, secundum Ptolemæum. In illo Basiliensi legitur : *inter montium Prætutianorum.* Non malè : nam *Prætutianus* ager, vicinus Piceno occurrit apud Livium & Plinium.

Hoc conciliabulum fuisse fertur, & postea in municipii jus relatum] Municipia coloniis, coloniæ præfecturis, præfecturæ foris, fora conciliabulis præferebantur. Nam conciliabula cum loca essent, in quibus jus diceretur, & in conci-

lium

lium conveniretur; tamen foris inferiora erant. Interdum tamen in municipii jus ascendebant, ut hoc loco subindicat Frontinus. Cum autem dicit, *conciliabulum* fuisse, secundũ Aggenum intelligit quandam coloniæ partem, ubi conventiculum esset juridicum. Ejus verba sunt: *Sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuêre conciliabula, & postea sunt in municipii jus relata.* Cæterum in illis jus dictum fuisse, ostendit antiqua lex Mamilia, quam emendatissimam subjunximus.

Ex veteribus instrumentis cognoscimus] Publicis literis, instrumentis probationis. Glossæ: *Instrumentum*, ἐξάρτησις γραμματίς, παντὸς πράγματος ἐφοδιαστικός. Infra: *Quibus secundum instrumentum fines restituuntur.*

In monte Mutelâ] Perperam *Mutilâ*, nonnullis editur. Qui sequuntur *Augustini*, sunt *Augustani* Plinio, ut putat vir eruditissimus.

Habeant enim & Mœsilea juris sui hortorum modos circumjacentes, aut præscriptum agri finem] In Basilienſi: *Habent enim & Mœsilia.* Quæsitum est, quænam essent *Mœsilea*? ait Turnebus lib. XIX. capite eodem Adversariorum. Ego (subjungit vir doctus) significari censeo sepulchra, quæ à scriptoribus aliis *Mausolea* sunt appellata; atque *Mausolea*, non *Mœsilea* scribendum esse puto. Cum enim Frontinus de religiosis locis loquatur, facile est conjectu Mausolea significari, hoc nomine non tantum principum sepulchris vindicato, sed etiam aliorum tumulis communicato. Hactenus ille vir doctus. Cujus sententiæ non alium calculum subdere possum, quam meum diversum dissensum. Quæ in horto constituta, certum habebant horti modum circumjacentem, aut præscriptum agri finem. Aggenus ad ea Frontini verba hæc notavit: *Nam locos frequenter in trisinio ac quadrifinio invenimus. Locos* vocat aut monumenta ipsa, aut spatia monumentis deputata. Atque monumenta in agris aut in hortis vulgo constitui solebant, cum certo spatio præscripto, quod monumento serviebat & sacrum habebatur. Cæterum hæc ex ipsis titulis & monumentorum legibus etiamnum apparent, in quibus inscribi solebat: IN. FRONTE. PEDES. TOT. IN AGRUM. PEDES. TOT. pro præscripto fine monumenta occupare. Quam formulam ad verbum fere Horatius expressit Satyrâ octavâ, libro I. Sermonum:

Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti,
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat: hæredes monumentum ne sequeretur.

Non *sequerentur*, ut aliter malè lectum. Vetus interpres, *in fronte*, explicat in latitudine: *in agrum*; in longitudinem. Dein ait: *Solebat autem privatis monumentis præponi cippus, eique inscribi:* HOC. MONUMENTUM. HEREDES. NON. SEQUITUR: *hi characteres* H. M. H. N. S. Ibidemque *cippum*, interpretatur *lapidem in agro erectum, in quo voluntas testatoris*

statoris & ea essent incisa, quæ agri modum & fines ex utroque spatio designabant. In quadam Inscriptione Romanâ invenio: IN. FR. P. XVI. S. IN. AGR. P. XVIII. ET. ANTE. FRONTEM. LAT. P. X. In aliâ totam monumentorum formulam:

INFERENDI. IN. AREA. HUMANDI. SEPELIENDIQUE. IUS. POTESTASQUE. ESTO. UT. HUIC. AREÆ. QUAM. EGO. DEFINII. ET. A. FRONTE. MACERIAM. DUXI. ET. TITULUM. POSUI. ULTRA. EAM. AREAM. ET. MACERIAM. IN. FRONTE. IN. AGRO. VERSUS. LATE. P. X. RETRO. USQUE. AD. CANABETUM. HUIC. AREÆ. CEDET. IN. QUA. PEDATURA. NEQUE. HUMARI. NEQUE. TUMULUM. FIERI. VOLO. UT. HABEAT. EA. AREA. ET. A. TERGO. ET. A. LATERE. ACCESSUM. SUUM.

Inter affines movent disputationem] Qui finibus conjuncti sunt vi primæ originis. Nam affines olim erant, quorum paries intergerinus. Glossis *affinis* ἀγχιτέρμων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. Supra: *attigui*, contigui: *diversas attiguis possessionibus faciunt controversias*: ut *attubernalis* κοιτηλογείτων: In Glossis est perperam *atturubernalis*.

Solum autem, quodcunque coloniæ est assignatum, id universum pertica appellatur] Hæc cujusdam interpretationis egent. Sciendum omnino est, totius coloniæ territorium divisum, dictum proprè fuisse perticam. Si ager coloniæ non sufficeret, vel novi coloni deducendi essent, sumebatur ex territorio vicinorum ager, qui aliis limitibus continebatur, & præfectura dicebatur. Siculus Flaccus eadem de re loquens: *ergo præfectura illa dicitur, cujus territorio ager sumptus finierit perticam illam, tanquam coloniam illam, ubi civis deductus fuerit.* Quod enim vett. possessoribus proprietas tantum adimeretur, non etiam jurisdictio transferretur, sed in eodem jure, quo prius fuerant, relinqueretur, quorum prius jurisdictio fuerat in illis agris, præfectos eò mittebant juri dicundo, unde & præfecturæ appellatæ sunt. Inde perticam & præfecturas ita distinguit Hyginus Gromatico de limitibus constituendis: *Quibusdam deinde coloniis pertica fines, hoc est, primæ assignationis, aliis limitibus, aliis præfecturæ continentur.* Egregius locus, nec aliter legendus. *Perticam* interpretatur primam assignationem: *Præfecturas* secundam, vel novis colonis deductis, vel quia ager coloniæ defecerat, ideoque sumendus fuit ex vicinis territoriis. Quod igitur perticæ adjungebatur, hoc est, primæ assignationi, dicebatur præfectura, & aliis limitibus continebatur.

Sive solidum sive cultellatum fuerit] Suppositicium est illud *cultellatum*, & ideo forsan ab interpolatore inductum, quod statim de cultellandi ratione sequeretur. Magnus Salmasius primus veram lectionem restituit: *sive solidum, sive mutilatum fuerit.* Cujus

jus vestigium supererat in Arcevianis membranis, in quibus exaratum: *sive solidum, sive uti latum fecerit.* Prima tantum litera verbo deerat. *Mutilatum*, id est, quod solidum non est. Nihil verius.

Cujus præmensi soli spatium consummamus] Rescribo conjectura τοῦ πανσόφου, ejusdem Salmasii; *Cujus eminens soli spatium consummamus*: nam & paulo post, *eminentiorem agrum* eodem sensu vocat: *cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus inæqualitatem. Hoc nobis ipsa seminum natura monstravit.* Tam concinnam & verissimam lectionem ignorant vetustissimi codices. Quod autem sequitur: *& mensuræ lateribus inservimus:* planè mendosum est, & ita corrigendum: *& mensuratoribus inservimus.* Error ortus est ex vitiosa & inepta scriptura, quæ conjungenda divisit, aliena supposuit, & pro arbitrio mutavit. *Mensuratores*, ipsi mensores: ut *mensuratio jugeri* in veteri Fragmento. Velius: *metiri, mensurare.* Supra Frontinus περὶ τοῦ ποδισμοῦ: *Nam ideo ager pedibus mensuratur, ut veritas declaretur.* Scriptum erat ineptè: *& mensulatoribus inservimus*; unde factum, *mensuræ lateribus.*

Nisi quod de terra quicquid nascitur in aërem rectum exit, & illam terræ obliquitatem crescendo atterit] Indubiè verum est, quod eidem Salmasio legitur & interstinguitur ad hunc modum: *nisi quod de terrâ quicquid nascitur in aërem, rectum existit, & illam terræ obliquitatem crescendo atterit.* Cujus optimam hujus loci expositionem, ne, per quos passim profecerim, quod ingenui pudoris est, heic revelem, dignabor adscribere. Ex his tenemus, quid sit agrum inæqualem & clivosum cultellare, eum nempe ad planitiem redigere & exæquare. Quod faciebant, ut commoditati mensorum inservirent. Videntur autem existimasse Veteres illi, non plus spatii occupasse agrum clivis assurgentem aut vallibus depressum, quàm planum & æqualem: idque argumento naturæ seminum probasse. Quicquid enim è terra in aërem surgit ac nascitur, id rectum existit & exit. Si quis ergo animo fingat, semina illa, quæ in clivo vel in declivi nascuntur, ad eandem altitudinem omnia surgere, ita ut quæ in imo clivo enata sunt, cacumen æquent earum frugum, quæ in summo prodierunt, reperientur non majorem agri modum occupare, quàm si ex plano nata essent. In mensuris itaque agendis tam depressiora loca, quàm eminentiora cultellabant & ad exæquatam planitiem redigebant, ut mensuram accipere possent. Cum linea extensa & perpendiculis id faciebant. Lineam illam sive funiculum ad capitulum perticæ applicari vult Frontinus, ubi pertica non est lignum mensorium, sed regula gromæ. Nam aliquando & solo ferramento absque linea sive funiculo cultellabant, metis dictatis & rigoribus cōspectis ac perpensis.

Finis Notarum in Frontinum de Re Agraria.

AD

AD SEXTI JULII FRONTINI, V. C.

Fragmentum DE LIMITIBUS.

Limitum prima origo] Quale sit Fragmentum hoc Limitaneum, quod non unius quidem auctoris, passim eruditi suspicantur; non tam ipse me nescire profiteor, quàm aliis hoc ipsum profitentibus adsentiri me debere sentio. Ad illud illustrandum, nos opellam quoque, tenuem licet, haud ingratam tamen contulimus, neque omnino nisi fallor inutilem. Quod si quis judicio nostro tribuendum censet, is multum fallitur. Majoris operis est, ex laceris variorum segmentis integrum auctorē consuere. Quippe passim collectanea sunt & sparsa Sybillæ folia. Sed extremam partem, quæ de metatione per ferramentum & gromam explicanda tractat, Julio Frontino, sive Frontoni tribuunt Arcerianæ membranæ. In eodem fragmento decempedæ fit mentio, quod ex alio adtextum est, & pro centone in vulgus volgatum. Ne quis ineptè Frontinianum censeat, sed ex magno geodetarum naufragio parvas quorundam tabellas. Tu mecum judica Lector; &, quod istis adagio dictum, ἄφροις σημειῶσαι τὴν ὁδὸν, id me voluisse cogita.

Ad disciplinam rusticam] Malè: *Etruscam* legendum vidit acutissimus Scriverius.

Delubra in occidentem rectè spectare scripserunt] Improbat illorum opinionem, qui secus ac in orientem templa fundanda credebant. Vitruvius libro quarto, capite quinto: Ædes autem sacræ Deorum immortalium ad regiones, quas spectare debent, sic erunt constituendæ, uti, si nulla ratio impedierit, liberaque fuerit potestas, ædis signum, quod erit in cella collocatum, spectet ad vespertinam cœli regionem: ut qui adierint ad aram immolantes aut sacrificia facientes, spectent ad partem

cœli orientis, & simulacrum quod erit in æde. Et ita vota suscipientes contueantur ædem & orientem cœli. Ubi disciplinam cæremoniæ attingit, quâ in orientem spectabant, qui precabantur. Tertullianus Apologetico: *Sed & plerisque vestrûm affectatione aliquando & cœlestia adorandi, ad Solis ortum labia vibratis.* Prochoius monachus quidam in historia B. Joannis: *οἱ ὑ ἀναστάντες ὁ καθέντες κ᾽ ἀνατολὰς ἠτήσαντο Ιακωβὸν τ᾽ ἀδελφὸν Κυρίε δόχλω ποιῆσαι.* Apulejus de quodam Ægyptio sacerdote libro secundo Milesiorum: *Tunc orientem adversus, & incrementa Solis augusti tacitè veneratus.* Latinus Pacatus Panegyrico; *Nam ut divinis rebus operantes, in eam cœli plagam ora convertimus à quâ lucis exordium est: sic ego vota verborum, quæ olim nuncupaveram, soluturus, id ratione tempus adspiciam, quo Romana lux cœpit.* Vide Clement. Alex. lib. VII. Στρωματ. & Plutarch. in Numâ.

Et à meridiano ultrà Antica; citrà, Postica nominaverunt] Festus: *Anticum & Posticum opponuntur.* Glossis *antica linea*, ἀμέτρω. Philoxen. *antiqua*, μεσημβρία. δρχαϊκῶς. Perperam vir doctus *antica* restituit, qui veterem scribendi modum non intellexit. Varro: *In cœlo templum dicitur, & ejus templi partes quatuor; sinistrà ab oriente, dextra ab occasu, antiqua ad meridiem, postica ad septentrionem.*

Decumanus autem dividit agrum dextrà & sinistrà: Cardo, citrà & ultrà] Hinc exponendus ager dextratus & sinistratus, citratus & ultratus: quorum nominum frequens mentio occurrit apud agrimensores. Siculus Flaccus: *inscriptiones itaque in centuriis sunt tales, dextrà aut sinistrà Decumanum totum; ultrà citraq; cardinem totum, assignatum illi tantum.* Sic autem loquebantur: *dextra* & *sinistra limitem*: pro, à dextra & sinistra limitis. Vide Vittuvium.

Et ut duopondium & duoviginti, quod dicebant antiqui, nunc dicitur dupondium & deviginti] Quidam veteres: *nunc dicitur dupondium & viginti.* Puto scribendum: *nunc dicitur dupondium & duiginti.* Duiginti pro viginti, ut duis pro bis, duellum pro bellum, & alia veterum Latinorum. Sed impar ratio est in *duodecumano* & *decumano.* Ab horâ duodecimâ limitem duodecumanum appellarunt, ut qui ab ortu Solis ad occasum pergeret: nam illa hora diei est suprema, quâ Sol occidit. Sic sextam horam pro meridie posuerunt; sextaneos limites, qui ad meridiem spectarent. Quod non intellexisse videtur auctor, sive is Frontinus fuerit, sive Hyginus, qui ad verbum eadem expressa refert. Quemadmodum autem duodecumanum vocarunt eum limitem qui ab oriente ad horam duodecimam, id est, occasum dirigebatur: ita alterum, qui ex transverso currebat, à meridie ad septentrionem, nominaverunt cardinem, quia cardo mundi in septentrione est. Exinde patet, cur *duodecimanus* factus sit *decumanus.* In *dupondio* tamen hæc aliquatenus disparent. Nec enim *duocumanum*

manum antiqui dixerunt pro *decumanum*, & *duocem* pro *decem*; ut *duopondium* pro *dupondium*. *Duopondium* vocarunt, quod duo pondo, hoc est, duas libras penderet; secundum Varronem & Plinium. Postea dictum est *dipondium*. Glossæ: *depondium*, δινούμμιον, pro *dipondium*. Græcus anonymus habet διπουνδιον. Καὶ τὸ διπουνδιον ὁμοίως ἄγει δραχμὰς τέσσαρας. Nulla igitur ratio similitudinis est inter *duopondium*, *duoviginti*, & inter *duodecumanum*, ut inepte putarunt isti veteres agrimensores.

Vt in agro Campano, qui est circa Capuam] Infra de Coloniis: *Ager Campanus limitibus Gracchanis in jugera N. CC. Cardo in orientem, Decumanus in meridiem.* Hoc etiam notavit Hyginus; & de Vibonensi agro & Beneventano Frontinus.

Quæ est in agro Vritano] Sic meliùs quàm *Vretino*, quod in aliquo offendimus. *Vritanus* est in veteri Inscripto, & Οὐρίτανος apud Appianum.

A quo dicunt Poëtæ limos oculos] Donatus: *Cum limi dicuntur obliqui generaliter; hoc tamen propriè de oculis dicitur.* Inde Græcis παραβάλλειν vel παραβάλλεσθαι τῷ ὀφθαλμῷ: quod absolutè dicebant Latini, *limis*, *limibus*, & *limulis* aspicere. Quintilianus libro secundo, capite tertio: *Quadam voluptate suffusi, aut limi, & ut sic dicam Venerei.* Apulejus Milesiorum secundo de Photide: *ad me conversa limis & morsicantibus oculis.* Adamantius libro I. cap. ultimo: ἔνιοι δὲ τὰ μέσα τῶν βλεφάρων καθέλκουσε, τὰ δὲ ἑκατερώθεν ἀνασπῶσι, καὶ ἅμα ἰλλώπτουσιν, οὓς καὶ αὐτοὺς μοιχικοὺς λέγων, οὖν ἂν ἁμάρτης. Varro apud Nonium: *multi enim qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti; habet quiddam* ἑλκυστικὸν *provincialis formosula uxor.*

Item limum cinctum, quod purpuram transversam habeat] Habebat enim in extremo purpuram limam. Isidorus: *Limus, cingulum, quo servi publici cingebantur, obliquâ purpurâ.*

Quod Græci Plectron appellant] Non *plectron*, sed πλέθρον, ut in aliis membranis. Glossæ vett. *arpennia*, scribo *arpendia*, πλέθρα. Nam *arpendium* pro *arvipendium* dicebant, quod est, σχοῖνος γεωμετρικός. Suidas: πλέθρον τὸ τοῦ σταθίου ἕκτον μέρος, ὅπερ ἐστὶ πηχῶν ξή. Hero: τὸ πλέθρον ἔχει ἀκένας δέκα, πόδας φιλεταιρίους μὲν ἑκατὸν Ιταλικοὺς δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. Est autem ἄνεκα vel ἄκαινα μέτρον δεκάπουν Θεσσαλῶν εὕρημα, ut notat Apollonii Scholiastes.

Principium artis mensuræ in agendis positum est experimentis] Quis non videt inquinatissimam MSStorum γραφτὼ? Optimus Scriverius primus restituit: *Principium artis mensoriæ in agendis positum est experimentis.* Scriptum fuit in Arceriano: *in agendis positum est experimento.* Legendum mutandâ literâ: *in agentis positum est experimento.* Infra: *Si fuerit ergo vallis, quæ conspectum agentis exsuperet. Agens* est agrimensor, qui limites ducit & recturam agit, ut apud Hyginum: *Plurimum enim agentibus*

præstat actuarii perpetua rectura.

Et incertam jugera rerum enunciationem] Ille Scriverius, & Salmasius: *& incertam jugerum enunciationem.* Eodem modo parile mendum suprà notavimus: *& mensuræ lateribus inservimus*: pro, *mensuratoribus inservimus.*

Modum autem intra lineas clusum rectorum angulorum ratione subducimus: subjectas deinde in extremitatium parte areas, tangentibus nostrarum postulationum podismis; suis lateribus adhærere facimus, & adscriptis spatiis, suis finibus ipsam loci reddimus rationem] Arcerianus Salmasio inspectus: *subjectas deinde extremitatium partes ad rectam gentium nostrarum postulantium podismis suis adæramus.* Ex quo illi rescribere visum: *subjectas deinde extremitatium partes, ad rectum angulum, nostra postulatione podismis suis adæramus.* Indubiè vera sunt: *podismis suis adæramus*, reliqua etiam minus adsecta. Podismis suis adæratur area, cujus mensura per æra & calculos colligitur, sicut veteres consueverant agrimensores & geodetæ, hodieque etiam quidam faciunt arithmeticæ imperitiores. In Gromatico Hygini: *areæ pedes ad sedem sic quæro: æra inter se deduco, partem tertiam deduco per æs tertium.* Inde apud Epaphroditum & Vitruvium Rufum, hæc æra semper sumitur pro numero dato. Quod semper correxit nec intellexit vir doctus, cujus illę membranæ fuêre.

Et debet nominatim, quæ pars agri in potestatem mensoris est abitura, rectorum angulorum ratione constringi] Legitur in aliis membranis: *debet enim numina quæque pars agri in potestate esse mensoris, & habitura rectorum angulorum rationem suâ postulatione constringi.* Utræque contaminatissimam habent scripturam. Rectè feceris, si reposueris: *& debet minima quæque pars agri in potestate mensoris esse, & habitæ rectorum angulorum ratione constringi.* Hoc groma præstabat, hodieque squadra mensorum, quæ ὀρθόχρημα groma est, ad exquadrandum agrum, rectisque lineis demetiendum, & rectis quantum potest angulis comprehendendum. In Glossis *Gruma* exponitur γνώμων, βασιλικὴ γνόμη. Malè legit auctor Glossarum, *gauma* ὄρμια τεκτονική. Omnino *gruma* legendum, vel *groma*, ὄπτερα τεκτονική. In aliis: *gruma*, διόπτερα, ἡ τῶν μέτρων. Inde *grumari.* Lucillius:

——— *viamque* (*cit olim.*
Vis degrumari, ut castris mensor fa-
Grumat, μετρεῖ, ἐξισῶ, exponitur in illo Glossario.

Quæ potius actus incensitæ imitationis effectum lateris longitudine æquet, & ferramento primo mutato, omnia indomita perpenso dirigere] Vellem reponeres certissimâ nostrâ conjecturâ: *Quæ proprius actu inaccessæ imitationis effectu lateris longitudinem æquet, & ferramento primo mutato, omnia indomita perpendiculo dirigere.* Quæ sequuntur *cornicula*, capitula sunt, ut vocat vetus agrimensor, ex quibus perpendebant fila ponderibus expensa, id est, perpendicula. Vitruvio sunt *capita extrema chorobatis.*

Et inter se comparata fila tenuere

viam,

vias, ita perspicere] Melius editur in aliis impressis: *& inter se comparata fila seu nervia sita perspicere.* Pronum est τὸ s suo fundo restituere, & ita corrigere, *fila seu nervias ita perspicere.* Nerviæ sunt funiculi ex nervis, ex quibus rodus plumbi pendebat ad faciendum perpendiculum. Sed & *nervia* tertio genere usus est Varro apud Nonium.

Et ad omnes angulos signa ponere, quæ normaliter ex rigore agantur] Nescio cur illud *agantur*, in *cogantur* eruditissimi viri mutaverint. Quasi non tam *anguli normaliter agi*, quam *cogi* dicerentur, qui recti sunt, & ad normam perpendiculares. *Signa* illa manu ponebantur, eadem cum metis, quarum alibi meminit: *conspectum metarum sæpe excedimus, & ex eo loco iterum rigorem conspicimus.* Signi positi frequens mentio est apud Hyginum Gromatico. Hero τὸ λαμβανόμενον σημεῖον· Σκόπελος, inquit, τὸ λαμβανόμενον σημεῖον. Ubi σκόπελος est illa meta, quam πέτραν ὀξεῖαν Græci vel ἀκρώρειαν interpretantur. Nam ex quatuor rebus spectandis primò τὰ κλίματα ponit, ortum, occasum, septentrionem, & meridiem; deinde τὸ σκόπελον in metæ acumen subjectum.

Posito deinde & perpenso ferramento, rigorem obsequendum maximo lateri dictare, & collocatis metis in alteram partem rigorem mittere, qui cum ad extremum pervenerit parallelon, primi rigoris exeat] Hæc inquinatissima sunt, nec in aliis exaratis aut impressis sincerius concepta. Totum igitur locum ex libris partim, partim conjecturâ sic emendandum jubet vir incomparabilis: *posito deinde & perpenso ferramento maximo lateri dictare metas, & conlocatis perticis in alteram partem rigorem secundum mittere, qui cum ad extremum pervenerit, parallelon primi rigoris excipiat.* Libri viliores hactenus exhibuerunt: *maximo lateri dictare & conlocatis metis*, nullo sensu: Paulo meliores: *maximo lateri dictare metas, & conlocatis respectis:* quod ultimum corruptum erat ex *perticis.* Eas perticas intelligit, de quibus paulo post: *nam quotiens sine linea cultellamus, conspectum metarum excedimus, & festinantes ex eo loco iterum rigorem conspicimus, tunc in illâ quamvis exiguâ perticarum conversione non minus fit distensio.*

Per ipsam metis ad ferramentum appositis erit descendendum] Veteres editi, *dicendum*, pro *descendendum.* Optimè *dictandum* dictat ὁ θαυμασιώτατος ille Salmasius. In alio fragmento agrario: *Si tibi in agri quadratura dictanti flumen occurrerit, quod necesse sit varari:* Dictat metas agrimensor, qui rigorem positis metis dictat per ipsam vallem. Sequentia sic idem emendat: *cujus rigoris incessus, ut sis in contrario; aquè applicitâ ante lineâ ad capitulum perticæ, æqualiter ad perpendiculum cultellare debemus. Incessus rigoris*, ut *incessus limitationis, definitionis*, apud Aggenum. *Incedere limites* aut *rigores* dicuntur, qui recturâ suâ pergunt *rigoris incessus*; linea, quæ applicatur ad capitulum perticæ, sive fumiculus, quo rigor perpenditur, & ad perpendiculum cultellatur.

Conspectum iterum sæpe excedimus] *Conspectum metarum*, libri meliores.

In illam perticarum, quamvis exiguam conversionem non minus sit distensio] Lego veteri lectione: *in illa perticarum quamvis exiguâ conversione.* Fallitur vir eruditus, qui *perticas* hoc loco, ut in illo Propertii, putat accipiendas pro decempedis:

Abstulit excultas pertica tristis opes.

De mensoriis Poëta loquitur, quibus in Italiâ metabantur agros. Talem, *lineam* passim vocant Frontinus & agrimensores. Inde χοινίῳ μετρήσαι. Posteriores Romani *arvipendium* nominarunt, quod in glossis exponitur, χοῖνος γεωμετρικός. Noster autem *perticas* de groma, quæ est chorobates sive αὐτόχρημα numero multitudinis dixisse videtur. Glossæ: *Pertica κανών. Et conlocatis perticis in alteram partem rigorem mittere:* quæ de mensorum decempedis non sunt intelligenda. Nec enim earum operâ rigores mittuntur. Eas igitur intelligit regulas sive normas, ex quibus groma componitur. Eæ perticæ supra ferramentum conlocantur, & in omnem partem convertuntur. Sic gromam ferramento superponi dixit Hyginus, quæ super ferramentum movebatur. Sic *regulam collocari* περὶ αὐτοχρήματος Vitruvius & alii dixerunt.

FINIS NOTARUM,
IN FRONTINUM DE LIMITIBUS.

AD

AD SEXTI JULII FRONTINI, V. C. Secundum Fragmentum DE LIMITIBUS.

Ex Libro Frontini Secundo.

NAm *& locorum dationes, & trivia, & colliculi finem faciunt*] *Locorum dationes* aut ipsa monumenta sunt, aut spatia monumentis consecrata. Aggenus: *Locos frequenter in trifinio ac quadrifinio invenimus. Colliculi* sunt χώμαΐα, τύμβοι καὶ σωροὶ γῆς, aggestus terræ sive tumuli defunctorum.

Termini autem si transversi positi fuerint, gammam faciunt, sed non statim trifinium ostendunt] Sacrificales & monumentales, memoriæ in finem constitutæ gammam faciunt, id est, trigonum ad formam literæ Γ. Hesychius: τρίβων, πολὺ ἔχουσι σημεῖα ὡς γάμμα. Suidas: τριβωνοδέφορος ὁ φορῶν πολὺν ἔχουσιν σημεῖα ὡς γαμμάτα. ubi vulgo malè γραμμάτα lectum: nam ex Hesychio Suidas emendandus, quod miror eruditissimo Porto non occurrisse. Infrà Coloniâ Nepensi: *Sicut artifices agros censuerunt, id est, fecerunt gammatos & scamnatos*; quæ corruptissima aliàs leguntur.

AD SEXTI JULII FRONTINI, V. C. DE COLONIIS, LIBELLUM.

A *Triumviris deducta*] In aliis: *lege Triumvirali deducta*. Ante coloniam à Triumviris deductam, municipium erat lege Julia factum. Vide Ciceronem Orat. pro Planc. Plinius libro tertio, cap. quinto: *In regione prima Italiæ colonia Capua, Aquinum, Suessa*, &c.

Iter populo debitur pedibus XXX.] Ita Scriverianus. Melius antiquiores editi: *P. LXXX.* vel, *XXC.* Quæ sequuntur, variè in diversis exhibentur: *Ager ejus perennis limitibus est assignatus*, in eodem Scriveriano. Legit Onuphrius: *Ager ejus perennis militibus est assignatus.* Nihil frequentius apud Frontinum, quam mutatio horum nominum invicem Et ineptus est Vertranius, qui apud Varronem putat legendum: *Fines, agrorum termini, quod hæ partes propter militare iter maximè terantur.* Omnino *limitare iter*, legendum est, eodem errore dempto, quem hic castigabimus. Nam *iter militare*, non est via militaris: ἡ λεωφόρος, sed semita tantum quinque pedum latitudinis inter duo confinia. Sed melius ad interpretationem Frontinianam: Soli agri assignati limitibus continebantur, qui non solum mensuræ, sed & publici itineris causâ latitudines acceperunt. Omnes autem limites per quos iter populo præbebatur, totidem publicæ viæ fuere. Sed nec unum genus earum, nec una latitudo Aliæ pedes octoginta, aliæ sexaginta, quadraginta vel triginta aliæ, nonnullæ viginti, duodecim & octo latitudinis habuêre. Ut perperam sit vir doctus, qui octuaginta pedum non putat viæ latitudinem fuisse antiquis scriptoribus memoratum.

Antium populus deduxit] In nummo Neronis: COL. ANTIAT. LEG. IIII. ITALICA. Sed supputanda tempora sunt & interstinguenda pro deductis, deductisque coloniis.

Ager ejus in laciniis est assignatus] Id est, non per universitatem, sed viritim per portiunculas. Paulus mutilator Festi: *Viritanus ager dicitur, qui viritim populo distribuitur.* Talis assignatio limitibus intercisivis & proportionalibus peragebatur: nam *intercisuris* assignatus ager idem est, qui *laciniis*, sive proportionalibus terminis finitus. Hoc in coloniis & coloniarum fragmentis est usitatissimum. Sic alibi, *in laciniis & strigis*; & *in laciniis intercisivis* agri leguntur assignati. Propriè *laciniæ* sunt πεζίδες, περίπεζαι & ἀποσπάσματα, margines.

gines & fimbriæ veſtimentorum. Heſychius: λάκη, ῥάκη. Item, λακὶς, ῥαφὴ σχίσμα, σπάραγμα ἱματίων. In lege Salica titulo XXXIII. *lacinam viam facere*, eſt impedire viam, & eunti moram facere. Græca interpretatio vetus ὁδοστατοῦν vertit. Sic *laciniosa veſtis*, ὁδοστατοῦσα: & *laciniosæ ſarcinæ* Valerio, non expeditæ nec ſuccinctæ. Peloponneſi ſinus *craſpedites* vocantur à Plinio & Græcis, quod laciniatim receſſibus & prominentiis alluantur. Κράσπεδον, *lacinia, fimbriæ*, docentibus Gloſſis.

Alatrum muro ducta colonia] Scribo: *Alatrium muro ducta colonia*. Vel, *Aletrium*. *Alatrum* mendoſum eſt in libro Nanſiano. Ἀλάτριον Græcis, inde *Aletrium*. Utrumque videas in aliis editis. Vel Ἀλέτρινον: Inde *Alatrintes* & *Aletrinates*. Illud habes apud Livium extremo IX. hoc in veteri lapide:

EX. DECRETO. DECUR. MUNICIPIL. ALETRIN. In alio: Q. MINUCIUS. Q. L. ANTEROS. VI. V. AUGUSTAL. HIC. SEVIRIS. AUGUSTAL. ALETRIN. Plinio ſunt *Aletrini*. libro V. cap. XI.

Arina oppidum lege Sullana eſt munitum] *Aricia* rectum eſt, exhibentibus libris aliis. Epitomator Livii LXXX. *Marius Antium & Ariciam & Latinium colonias devaſtavit*. Emendo: *Ariciam & Lanuvium*. In utroque ſcriptore literæ coaleſcentes exhibuerunt errorem. Sequente colonia: *Arretium*, non *Arrhetium*. Græcis eſt Ἀῤῥητίον, Plinio Aretinum.

Allife oppidum muro ductum] Nanzianus: *Allia oppidum muro ductum*. Sed illud opinor retinendum.

Beneventum muro ducta, colonia, Concordia] Melius & concinnius: *Beneventum muro ducta colonia, Concordia dicta*. Sic quidam exaratorum. *Beneventum, colonia cum deduceretur, appellari cœptum eſt melioris ominis cauſa. Namque eam urbem antea Græci incolentes* Μαλόεντον *appellarunt*. Quæ depravata aliàs apud Feſti mutilatorem leguntur. Vulgo enim *Maleton* aut *Malenton* exhibuerunt, & ineptè Μαλοίτιον. Stephanus: Βενεβεντὸς χαρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ. οἱ δὲ ὅτι κτίσμα Διομήδους, ἢ καὶ Μαλόεντος ἐλέγετο. *Beneventum quod olim Maleventum*, inquit Plinius: Βενεούεντον & Ουενέβεντος apud Ptolemæum. Veteres autem planè nominum δυσφημίαν vitarunt: Sic Epidamnum in Dyrrachium mutarunt, ut Maleventum in Beneventum. Quâ de re vide præclarum Dionis locum libro XLI.

Bovianum oppidum] Aut *Bobianum*: ut *Bovilla* & *Bobile* in aliis membranis. Quæ tranſpoſitio literarum vulgo nota. Sic *bovicidia* & *bobicidia*, θυσίαι ἐγκύμονος βοός apud auctores leguntur: de quibus nos aliquando ad Arnobium.

Agrum ejus ex occupatione milites veterani tenuerunt in ſortem] Hæc obſcura ſunt, & interpretatione illuminanda. Aliud eſt, *ex occupatione tenere in ſortem*: aliud, *occupare ſorte*, vel *ſortem*; τῷ κλήρῳ προλαμβάνειν. *Sortem occupare*, apud optimos auctores eſt, ſorte primatum obtinere, quemadmodum

dum ſtadii curſores & agitatores circi, penes quos qui ſorte occupabat, id eſt, qui primo loco exibat à limine, licet plurimâ victoriæ præſumptione fretus, ſæpe tamen victoriam ſequentibus tradebat, qui præmium ipſi auferebant. Hoc Græcis eſt προλαβεῖν, vel τῷ κλήρῳ προλαμβάνειν. De quo Pliniusalibi intelligendushiſce verbis: *Occupantes, primatum obtinentes.* Et antiqua inſcriptio: OCCUPAVIT. ET. VICIT. Hecuba apud Senecam:

Sorte occupavi, præmium eripiant mihi.

Τῷ κλήρῳ προέλαβον, αὐτοὶ δ' τὸ βραβεῖον ἀφαιρῶσιν. Vulgo malè lectum: *Sortem occupavi, præmium eripuit mihi.* Vel: *præmium eripui mihi*, quomodo correxit illuſtris Scaliger. κλήρον βαλεῖν, quod propriè eſt, *ex occupatione tenere in ſortem*, de ſortitione dicitur, quâ milites agros ſibi aſſignatos ſortiebantur. Illorum nomina in pittaciis ſcribebantur, quæ in vas aliquod conjecta, & inde ſublata, ſingulis ſortientium diſtribuebantur, ut conſtat ex Hygino de Limitibus conſtituendis. Buxeæ erant illæ ſortes, ſive pittacia pro ſortibus in ſitellam conjecta; quia buxum non ſupernatat, ſed fundum petit. *Sorticula buxea* fit mentio in veteri tabulâ æneâ, quâ milites uſi ſunt in aſſignatione agrorum. Apud Homerum ſortitio fit militaris, in galeam conjectis ſortibus, ſine aquâ, ut videtur: κληρὸς δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἐλόντες. Inde πάλος pro ſorte. Sic diſtinguenda ſunt, *occupare ſortem*, & *ex occupatione tenere in ſortem*: ut Græcis τῷ κλήρῳ προλαμβάνειν, & κλήρον βαλεῖν.

Caſentinum] Veteres quidam *Caſuentinum*: quod fortaſſe verius eſt, & Ortolio animadverſum. Scribo tamen *Conſentinum*. De Capua vide Suetonium extremo fere Julio. Legendum autem & interſtinguendum: *Capua muro ducta colonia Iulia. Felix iuſſu Imperatoris Cæſaris à XX viris eſt deducta.* Hæc aperta ſunt ex ſequente *Calatia*. Sic enim vel *Galatia* ſcriptum; non *Calatium*, ut perperam habuit Onuphrius.

Coloniæ Capuenſi à Sylla Felicè cum territorio ſuo adjudicatum olim ob hoſticam pugnam] Quod ad oram legitur, haud æquè placet. *Felix* eſt ἐπαφρόδιτος, L. Sullæ cognomentum. Auctor libri de Fortuna Romanorum hanc habet rationem: τὸν δ' Ἀφρόδιτος ὑνὴξ κῷ Μένανδρον ἀλλὰ τύχη μεθέτηκεν. Nos aliam notabimus ad Serenum Sammonicum, capite de Phthiriaſi, ſequenti verſiculo:

Sylla quoque infelix tali languore peresus
Corruit. ——

Cereate Marina] *Ceretium* libri: veteriores *Cerretium*. Degeneres: *Cernere Mariana*. Scriptum opinor, ut edidimus. κερεατῶν eſt apud Strabonem. In ſequenti colonia, non minus expreſſi variant: *Cadatia*, *Cœdicia*, *Catium* & *Collatia*, quæ folia ſunt Sibyllina.

Forum populi] Vel Popilii. Sed diverſa ſunt *Forum populi* & ἀγόρα Ποπιλία.

Fraba-

Frabateria] Sic perperam scriptum pro *Fabrateria*, ἀντὶ φαβρατερίας. Vide Vellejum libro primo.

Ager ejus in absoluto resedit] Id est, nullis mensuris comprehensus est, vel limitibus obligatus. Hic & *in soluto* resedisse dicebatur, idemque est in libris coloniarum *solutum* & *absolutum*. Malè legitur apud Aggenum: *hæc autem loca quæ insoluta dicuntur*. Pro, *in soluto*. Sic paullo ante apud eundem idem error occurrit: *aut ubi insoluta loca remanserunt*. Scribe: *aut ubi in soluto*. Ut *in ambiguo* dicitur & *in ancipiti*, quod anceps est & ambiguum; Sic *in soluto*, vel *absoluto*, quod absolutum. Hinc illa passim in coloniis: *Cæterum in absoluto resedit*, vel *remansit*: hoc est, assignatum vel limitatum non est.

Finitur terminis siliceis & Tiburtinis] Quales *silicei*? An λίθοι θερμαῖοι lapides ex saxo silice terminales? Sic verum puto. Infra Provinciâ Tusciâ: *Terminos lapideos ponito ex saxo silice aut molari*. Nisi *Ciliciis* legendum, quod libri ferunt. Alio fragmento quod infrà producitur: *Terminatio autem ejus facta est VI. Id. Octobr. per Silicium* (lego *Cilicium*) *Saturnium centurionem cohortis VII. & XX. mensoribus interventientibus, & termino à Cilicio Cilicii nuncupantur*.

Interamne oppidum] Vel *Interamna*: quomodo Livio, Vellejo & aliis dictum oppidum. Sed *Interamnum oppidum* scio lectum à plerisque, ut esset τὸ μεσοποτάμον. Nihil ineptius. Nam hæc illorum sententia est, qui *Interamnam Nahartis* à *Lirinâ* non distinxerunt; ut Leander, Rob. Titius & alii doctissimorum erronum.

Lavinium] In membranis *Lanuvium*, & *Lanubium*. Magna confusio est horum nominum invicem tam apud Græcos quàm Latinos. Stephanus: Λαουίνιον, μετροπόλις τῶν Λατίνων· Ubi malè scriptum, Λαύνιον.

Sed ager ejus Syriæ Palæstinæ à Græcis est in jugeribus assignatus] Hæc apertè vitiosa sunt. In melioribus edebatur: *Ager ejus ut Syriæ & Palæstinæ à Græcis est in jugeribus assignatus*. Expuncta copula suadeo legendum: *ut Syriæ Palæstinæ*. Nam eadem Syria, quæ Palæstina. Συρία Παλαιστίνη in tabulis Provinciarum antiquis. Tres Syriæ memorabiles illis, Συρία κοίλη, Συρία Φοινίκη, & Συρία Παλαιστίνη. In recentioribus Græcorum Notitiis appellantur, ἐπαρχία Φοινίκης παραλίας, ἐπαρχία Φοινίκης λιβανησίας, ἐπαρχία τρίτης Παλαιστίνης. Sic puto verissimè scriptum.

Nuceria Constantia] Vel *Constantina*, ex veteri inscriptione. NUCERIÆ. COLONIÆ. CONSTANTINÆ. Sic aliàs editur.

Puteolis colonia Augusta. Augustus deduxit] Sin melius ac *Puteoli*. Quod in diversis coloniis observandum. Sed ad tempus & historiam. Inter decem Campaniæ præfecturas, in quas præfecti juri dicundo quotannis à populo R. delegabantur, Puteolos numerat Sextus Pompejus. Hoc evidentissimum; Nam in potestatem Romanorum venisse constat Annibalico bello, Capua obsidione capta, gra-

graviſſimèque multata propter perfidiam & ingratitudinem. Cui jus magiſtratuum atque libertas omnis adempta eſt; impoſituſque quotannis à populo Romano præfectus, qui jus diceret, anno conditæ urbis, quingenteſimo quadrageſimo ſecundo. Quo plura Campanorum oppida, ſicut à Livio docemur, quod Annibalem armis defendiſſent, eandem fortunæ conditionem ſubiêre. Dein lege Acilia poſt annos XVII eò colonia civium Romanorum deduci cœpit inter quinque maritumas, quæ lege eâdem tribunitiâ tum deductæ fuerant, anno U.C. DLIX. P. Scipione Africano II. & Tib. Sempronio COSS. Vellejus tribus amplius luſtris tardius deductam ex quorundam opinione tradit, additque, non hoc planè liquere. Sed à Livio ſtant antiqua monumenta Neapolitana, & marmorea tabula, quâ publicorum operum in eadem colonia faciundorum lex architectonica ſecunda legebatur, quæ Publ. Rutilio Rufo, Cn. Mallio Maximo COSS. lata fuerat, urbis anno DCLXIIX. exhibentibus faſtis Capitolinis. Atque is fuit annus deductæ coloniæ Puleolanæ decimus ultra centeſimum, ut in ipſo capite legis oſtendunt hæc verba:

AB. COLONIA. DEDUCTA.
ANNO. CX. N. FUFIDIO. N. F. M. DULLIO. DUO. VIR.
P. RUTILIO. CN. MALLIO. COS. OPERUM. LEX. II.

Primus igitur annus deductæ coloniæ patet V. DLVIII. M. Porcio Catone, & L. Flacco COSS. quam Livius in alterum DLIX. deductam rejicit. Auguſtus denique bellis civilibus victor, cum pace parta Janum cluſiſſet, veteraniſque præmia daret, inter duodetriginta colonias quibus auctore Tranquillo, Italam frequentanti, Puteolos coloniam militarem fecit. Hoc eſt, quod Frontinus addit, coloniam ab Auguſto deductam, & coloniam Auguſtam tum demum fuiſſe appellatam. Nam & antea ſæpius in eandem deducti vel adſcripti fuêre coloni, & ipſa Puteolana non ab Auguſto colonia facta, ſed deducente illuc colonos Auguſto, Auguſta nuncupata. Hoc ex variis Auguſtis manifeſtum. Sed & poſtmodum Auguſtæ cognomen in Neronianum mutatum. Tacitus ad annum urbis DCCCXI. Nerone Auguſto IV. & Coſſo Lentulo COSS. *At in Italia vetus oppidum Puteoli jus coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiſcuntur.* Nimirum, jus coloniæ Neronianæ; nam & antea jus coloniæ Auguſtalis habuit; & vetus coloniæ oppidum fuit ante annos CCXL. Sic Taciti verba ſunt explananda, quæ doctiſſimum Lipſium, alioſque commentatores tranſverſos egerunt ob acutam & nimis conciſam brevitatem.

Præneſte] Non *Preneſte*. Πραίνεστον γοῦν πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον, apud Strabonem. Ubi πολυστέφανον, explicabis valdè munitum: nam στέφανοι ſunt urbium muri vel mœnia. Anacreon: νῦν δ' ἀπὸ μὲν πόλεως στέφανος ὄλωλεν. Inde κρότων ἐϋστέφανος Dionyſio.

Ob conſecrationem Nervæ] Ridiculum mendum in iſto Scriveriano,

no, & quod omnium historiarum fidem prævertit. Reliqui melius & verius: *ob consecrationem Minervæ.* Plinius libro tertio cap. quinto: *Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sedes:* ubi juxta Plinium sedes Sirenarum in ipso promontorio Minervæ, quod & τῶν Σειρηνουσῶν propterea dicebatur. Nam Σειρηνοῦσαι ἐπ' αὐτῆς ἄκρας κείμεναι. Strabo libro VI. τοῦ νήσου κεῖται τὸ ἀκρωτήριον τῶν Σειρηνουσῶν, ἣ ποιεῖ τὸν Ποσειδωνιάτιον κόλπον. Sic verba Strabonis sunt emendanda: Nam in editis malè legitur, τὸ ἀκρωτήριον τῆς Σειρηνούσας. Idem libro V. συνεχὴς δὲ ἐστὶ τῇ Πομπαίᾳ τὸ Σύραιον τῶν καμπανῶν. ὅθεν κεῖται τὸ Αθήναιον, ὃ νῆσος Σειρηνουσῶν ἄκρωτήριον καλοῦσιν. ἐστὶ δὲ ἐπ' ἄκρῳ μὲν Αθηνᾶς ἱερὸν, ἵδρυμα Οδυσσέως. Vide etiam Aristotelem in libro de Admirandis.

Sed & circa montes Syrenianos] *Surrentinos* libri degeneres, ἀντὶ Σειρηνίδων. At longè diversi sunt *Syreniani à Surrentinis.* Sireniani montes sunt πέτραι Σειρηνίδες. Marcianus Heracleota: μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον αἱ τε περὶ ποτὲ Σειρηνίδες, κίρκης τε νῆσοι λεγόμεναι. At Surrentini circa Surrentum. Epigramma Macedonii:

Συρρέντον τρηχεῖα μυρίπνοε χαῖρε κονίη,
Καὶ πολυεντίνων γαῖα μελιχροπίτη.

Quos igitur Frontinus intelligit, tres parvæ insulæ sunt vel scopuli deserti, πετρώδεις Σειρηνοῦσαι. Illud *circa* rectè Scriverius inseruit ex suis membranis.

Vòi Syrenæ] Immo scribendum, *Sirenæ*; Nam & Græci vocant τὰς Σειρηνίδας.

Suessa Arunca] *Aruncæ*, suprà restituimus.

Teanum Sidicinum] Mendosè *Syricinum*, priores editi. *Sidicinum*, quod in Scriveriano fuit, vestigium est optimæ lectionis, quam, nisi fallor, *Sindicinum*, Σινδικινὸν agnosco. Sed & perperam *Sindicenum* legit Pintianus à Sindicenis populis. Infra etiam *Turricina*, Frontino scriptum. Ita in correctis inscriptionibus antiquis semper invenitur.

Verule oppidum] Idem cum Verulano putat Ortelius.

Potentina, Athenas] *Atinas* rectum est, non *Athenas.*

PROVINCIA BRITINORVM. *Bruttium* regio *Bruttiorum:* hoc ex membranis aliis exhibitum. Sed & antiquiores *Brittiorum*, τῶν Βεττίων, ἀρχαϊκῶς. Scriptum in vett. Græcis Βρίττιοι & Βρέττιοι. Livio *Brutii* vocantur.

Ager Buxentinus Sextertianus est assignatus in cancellationem limitibus maritimis] In uno manuscripto hæc ita concepta legebantur: *Ager Puxentinus Sestertius est adsignatus in cancellatione limitibus maritumis.* Rectum ferè puto, nisi quod *cancellatione* perperam scriptum sit, pro *cancellationem. Sestertianus* & *Sextertianus* eadem sunt in diversis editis: *Sestertius*, ut apud Manilium *Sestertius gradus*, & in lege XII. Tab. *pes sestertius. Puxentinus* Græcâ formâ scriptum: πυξοῦς, *Buxentum*, ut πυξὸς *buxus*, πύρρος *byrrhus*, & alia. *Cancellatio* est χαράδρα vel χάραξις & ἐδάφους, ipsa agrorum limitatio: Inde ager *cancellatus*, est delimitatus. Glossæ veteres: *Cancellus*, χαράδρα. Pro finibus & li-

& limitibus passim Latini usurpant. Cassiodorus: *intra Tusciæ cancellos.* Hesychio χαράδραι αἱ χαράξεις τοῦ ἐδάφους, καὶ οἱ κοῖλοι τόποι. Inde in Cilicia χάραδρος λιμνὴν καὶ ἐπίνειον.

Ager Constantinus] Melius *Consentinus.* Consentia Brutiorum in Italia urbs est, apud optimos geographos. Deinde *Vibonensis*, ἱππονιάτης, legendum. Quidam ineptè *Vibiensis.* Vibo etiam Brattiorum fuit, quàm Græci ἱππώνιον, Latini Vebonem Velentiam dixêre, deducta colonia. Stephanus obiterita corrigendus: ἱππώνιον πόλις βρεττίων ἀπὸ ἥρωος, ἣ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Ουιβουαλεντία. Malè Xylander edidit divisim: Ουίβων καὶ Ουαλεντία. Mela: *Hippo nunc Vibo.* Plinius magis accuratè: *Hippo quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.*

Item Eberdona, Auscelinus] Lectio quorundam librorum: *Hordona, Ausculinus.* Hordonienses Apuliæ populi sunt apud Plinium. Quod & rectum est in optimo manuscripto, sed parum variante: *Hordona, Osculinus. Osculinus* ἀρχαϊκῶς, pro *Ausculinus*, ut alia apud Frontinum. Sic *Osculana* pugna, pro *Ausculana*: & è converso dicebant *ausculari* pro *osculari.* Titinnius:

Hæc quidem quasi Osculana pugna est, non secus.

Pro æstimo ubertatis sunt præcisa] *Æstimio* legendum docet Hyginus, & ipsa Latinitas: *Nam & possessiones pro æstimio ubertatis angustiores sunt assignatæ.* Festus in XII. Tabb. *Æris æstimiam judicatui præstato. Æstimium & æstimia* dicebant pro æstimatione. Illud solenne sed passim corruptum est in libris coloniarum. Paullo post *occupavit*, rectum est, non *occubuit.*

Nam eadem provincia habet muros, macerias, corrosiones, congerias, &c] Amplius in aliis exaratis est & impressis: *corofiones, scorosiones, scorpiones.* Puto legendum: *corrosiones, congerias, scoropiones. Scoropiones* apud auctores de Limitibus sunt *scorpiones*, termini ex congerie lapidum. Siculus Flaccus: *alii congeries lapidum pro terminis observant, & scorpiones appellant*: ubi *scorpiones* scio repositum ab illis, qui antiquam lectionem ignorabant. Σκορπίος Græcis est omne in metum & conum fastigiatum. Inde in pueris & puellis crinium tutulus eleganter & peculiariter appellatur σκόρπιος, in viris κρωβύλος, in mulieribus κοσύμβη & κόρυμβος. Isti monticelli, qui pro terminis ex congerie lapidum erigebantur, in metam & conum desinebant, & *scorpiones* nuncupabantur, antiquioribus *scoropiones.* Quibus pares erant ἕρμακες in quadriviis & triviis, hermulæ vel Mercurii quadrati. Isidorus in Glossis: *Mercurii, lapidum congeries in cacumine collium.* De quibus Sibylla:

Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης.
Κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα. ταῦτα σέβεσθε.

Nam sunt & cippi oleagini, qui loco termini observantur] Infra colonia Vejensi *stipites oleaginos* vocat, quos heic *cippos.* Termes propriè ramus est olearum, puta à τέρμα, nam & τέρμα Græcis terminus. Talis termes est *cippus oleaginus*, sive stipes, qui pro terminis observabatur. In vet. Fragmento, quod infra producitur, *spathulæ* vocantur.

tur. Immo *spathula*, termes, σπαθάλιον. Hesychius: κάλλυντρα σπάθαι φοινίκων, σκόλοπες, χάρακες, σταυροί. Nos alibi plura observamus.

Nam sunt termini proportionales] Corrigendum, *portionales*. Portionales & comportionales, quod militum portiones disterminent. Vulgo male lectum, *proportionales* & *comproportionales*. Infra: *Comproportionales termini intercisivos limites servant, quos veterani pro observatione partium statutos custodiunt*. Ubi *comportionales* moneo rescribendum, eodem more, quem hoc loco notamus. Sequitur: *& custodiunt lineas consortales*, id est, limites inter consortia militum. Sequentia mutila sunt & corrupta.

Variat autem legiones] *Variæ*. Qui sequuntur subruncivi limites, octonos pedes patebant. Per eos aditus præbebatur vicinis ad subruncandos agros. Alii *lineares* appellant, & *intercisivos*.

Colonia Fida Tuder] Etiam corruptum est hujus coloniæ nomen in illo Scriveriano. *Fœdatura*, restitutum delemus Onuphrio, quod & in Nansii lib. MS legebatur. Sequitur: *in centuriis singulis jugera CC. termini lapidei, alii saxei, alii molares*. Apud eundem Onuphrium: *in centuriatis singulis jugera CC. termini lapidei, & alii sextales, & alii molares*. In aliis: *in centuriis singulis habens jugera*.

Colonia Iunonia, quæ appellatur Faliscos] Onuph. *Falisca*. Junonia dicta, quod Junonem impendio colerent illi Falisci: Ovidius:

Ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos.

Hi sunt Falisci Tusciæ, quorum Colonia Falisca cognomine Etruscorum.

Colonia Nepis] *Nepet*, *Nepis*, *Nepensis*, *Nepetensis*, tot modis rectum legitur in libris Coloniarum. Vossius ille ad Vellejum constanter *Nepet* legendum jubet auctoritate duorum Grammaticorum, Charisii & Prisciani. Sic & Onuphrius in suis coloniarum collectaneis. Nec aliter apud Plinium, aut Livium legas; & tam verum est, quam illorum veterum sunt testimonia. Ptolemæo est Νέπετα, Νέπα Procopio, ut idem Vossius monuit. In Nansii Frontino *Nepensem coloniam* putat optimus Ortelius, idemque Vossius. Ut igitur à *Nepe Nepensis*, sic à *Nepet Nepetensis*: & hoc ultimum quidam codices agnoscunt. *Nepis* autem à *Nepe* est, quomodo ferè placet legendum. Antiqui enim nomina urbium sexto casu plerunque proferebant. Quod ætate Frontini tam solenne fuit, ut nihil magis. Sic igitur dicebant, *Colonia Nepis*, *Vejis*, *Puteolis*, & alia. Sic apud Frontonem notant grammatici in epistula ad Adrian. scriptum fuisse, DUROCORTORO. ATHENÆ. VESTRÆ.

Id est, fecerunt gannatos & scamnatos] *Gammatos* supra observamus.

Colonia Tarquinius] *Tarquinii* legit Onuphrius: *Tarquinia* Ortelius. Sed hæc omnia contaminatissima sunt & intricatissima.

Delimatio est per rationem arcarum, vel canalabula vel noverca] Paulo aliter heic libri meliores, ad hunc nempe modum: *delimitatio est per rationem arcarum, vel canabula*.

bularum, *vel novercarum*. Scribo *deliniatio*, quod & aliàs retinendum. Nos terminum posituri sumus emendandis terminis, & coloniis, si τὸ *canabularum* ex Hygino receperint ambigui lectores. Idem de *novercis* libro XXX. laudante Volaterrano: *Iniqua loca*, *quæ à prioribus nobiria appellantur*, *omni modo vitari debent*. *Nobiria* quid sint, nondum, fateor, ab auctoribus didici. Sed videtur usus corruptissimo codice Bobiano iste Volaterranus, in quo *nobiria* scriptum pro *noberca*, quod in aliis legitur, unde *noverca*, testante Scriverio. Quod autem ad delimitationem attinet, *quæ per rationem arcarum* fiebat, hoc ita intelligendum est. Apud agrimensores passim invenias in trifinio vel quadrifinio constitutas *arcas* vel *arcellas*, quæ nihil aliud notant quàm terminos in modum arcarum constructos, quæ exinde dicebantur *instructuræ*. In Foronovano: *variis autem locis per instructuras*, *arcas*; &c. Instructura est ἡ ἐπίκτισις, lapidum nempe structura ad muri vicem pro termino, quod genus *terminus epictiticus* & *epicticalis* passim iisdem appellatur. Sunt igitur *instructuræ*, termini epictitici, muri scilicet pro terminis ad finiendos agros constructi; quos *finitimos muros* alibi noster appellat. Supra de limitibus agrorum: *In campis verò statuerunt terminos quadratos cursorios*, *& interjectis locis arcas*, *& monumenta vel alia testimonia*: ubi vitiosè quibusdam legitur *arcus*. *Arca*, κιβωτὸς, σωρὸς, κάμπτρα, λάρναξ, in optimis Glossis exponitur; ubi κάμψα restituendum, norunt qui Græcè sciunt. Frontinus alibi: *per instructas arcas & monumenta finitur*. Puto melius fore: *per instructuras*, *arcas & monumenta finitur*, quanquam & illud lectionis sit incorruptum. Sed eadem sunt hic *arcæ* cum *monumentis*, ut suprà cum *instructuris*. Eæ arcæ finales ut plurimum sepulchrales erant, & condendis mortuis serviebant, aliquando ad finiendos tantum agros ponebantur. Cassiodorus *arcaturas* vocat ejusmodi arcarum structuras, quæ pro terminis ædificabantur. Hinc in eodem Glossario *arcæ*, ἄκρα κτημάτων fines possessionum exponuntur. Innocentius: *Arca examine*, *id est*, *legibus constituta*. Hæ arcæ finales tantum fuêre, non etiam sepulchrales. Aliquando & monumentales erant, & finium vicem præbebant, ut & ipsa monumenta finalia pro terminis plerunq; observari solita. Unde & *sepulturæ finales*, & *monumentales termini*, & *memoriæ ad finem constitutæ* in libris Agrimensorum. Atque hæc ἀποσπασμάτια quædam sunt Castigationum & expositionum Sexto Julio Frontino devotarum. Quem qui ex emendatione nostra legerit, tantum abest, ut ex illo aliquid boni expiscari possit, ut secundum illum Terentianum incertior multò discedat, quam prius. Nihil enim aliud præstare potui: Quod tamen ęquos lectores, quicquid laboris est, boni consulant, etiam atque etiam rogo: μὴ δεῖν ἐκ μέρους τὰ συγγράμματα κρίνειν, μηδ' ἀποσπάσματά τινα λαμβάνοντας διὰ τούτων τὴν ὅλην τοῦ γράφοντος ἐνδιαβάλλειν διάνοιον.

FINIS.

IN-

FRONTINUS

Libro I. Cap. XII. Versu redditus.

Exemplum I.

OPPRESSA tellus; victa, miles, Africa est;
Prostratus hostis: Quid times? salvi sumus:
Si lapsus hospes, captus hostis: Scipio
Non scipionis, hostis indigens, valet.

II. Stat Roma, vivit Cæsar & vivus valet:
Cadente Cæsare, non cadit Romæ Salus.

III. Consternet omnes omen, in Sempronio
Dum Roma restat, & pari Picens solo
Formidolosus occubat: vano metu
Succumbit hostis: Animus arma contudit.

IV. Hoc fata spondent. Ite milites, cruor
Scutis & armis eminens fidem facit:
Monitu Deorum Roma salva sic manet,
Et sarta tecta, Laus manet Sertorium.

V. Thebæ dolentes, & cupido Thebarum
Resurge victrix: Insulæ bonum nomen
Cadens sepulchro spem facit; meam spartam
Exornat armis hostium Deus Spartam.

VI. Cur astra terrent arma? Quo cadens lumen
Descendit, illuc numen agmen ostendit.

VII. Vicit sedendo Roma, non tamen Thebæ
Vicêre Spartam: Nos sedile collapsum
Sedere jussu numinum vetat: Pergam
Ducente cœlo pro salute Thebarum.

VIII. Si Luna pallet, pellet hostium vires:
Non Gallus hoste pallet, at valens pollet.

IX. Moriente luna deficit minans hostis.

X. Fulmen tremendum, territans minus fulmen
Pericle stante vincet: ignis afflictu
Excussus uret impetus: cadam surgens
Nullum bidental. Sparta militans igne
Inardet, & vis æstuans Athenarum.

XI. Sternutet omen mille militum miles
Fatale quamvis; hoc minus timet Constans
Bellator: Ira vis & ardor hostilis
Franget frementem prævalendo Corcyram.

XII. Monet coruscum dimicare nos fulmen:
Tentanda pugna est: Numinum suos numen
Ostendit ignes, & Juvans Pater suadet.

KEUCHENIUS.

AUCTORES
Qui passim laudantur, aut emendantur.

A.

Achilles Statius Arati interpres. 61
Achilles Tatius. 27
Acron Horatii interpres. 398
Acta Apostolorum. 12
Adamantius. 403
Ælianus. 1. 2. 159. 188. 369
Ælianus apud Suidam. 18
Æneas Poliorcet. 30. 158
Æschines. 187
Æthicus. 383
Aëtius. 393
Afranius. 385
Africanus. 82. 386
Agathias. 11
Agellius. 12. 14. 20. 32. 34. 35. 43. 57. 65. 73. 114. 185. 191.
Aggenus Vrbicus. 405. 407. 411. 394. 396. 397. 397. 398.
Agrimensores. 382. 391. 404. 405. 406. 414. 416.
Alexander Aphrodisæus. 62
D. Ambrosius. 79
Ammianus Marcellinus. 61. 85. 105. 157. 178
Anacreon. 412
Ancyranum marmor. 76
Antonini Itinerarium. 380
Apollonii Tyrii interpres. 138. 403
Appianus. 7. 12. 30. 30. 37. 38. 88. 89. 97. 129. 150. 164. 172
Apulejus. 11. 15. 61. 62. 63. 75. 93. 99. 107. 141. 145. 148. 171. 187. 394. 402. 403.
Aratus. 61
Aristænetus. 125
Aristides. 21. 44
Aristophanis Scholiastes. 13. 188. 190. 208.
Aristoteles. 14. 61. 63. 68. 157
Arnobius. 33. 123. 141. 383
Arrianus. 16. 84. 124. 172
Asconius Pedianus. 159
Athenæus. 65. 67. 188. 197
Auctor anonymus. 172. 396
Auctor anonymus Græcus. 403
Auctor apud Aristoph. Scholiast. 14
Auctor de Viris Illustribus. 7. 15. 18. 88. 373. 375
Auctor Etymologici. 30
Auctor de Limitibus. 179. 190. 393
Auctor libri de Fortuna Romanorum. 410
D. Augustinus. 123
Aurelius Victor. 61
Ausonius. 135. 184. 193. 395

B.

Albus de Coloniis. 395
Basilius. 170
Bygoras, agrimensor. 392

C.

Cæcinna apud Senecam. 63
Cælius. 185
Cæsar. 13. 16. 47. 53. 70. 72. 88. 109. 109. 110. 119. 130. 144. 159. 165
Callimachus. 372
Calphurnius. 20
Cassiodorus. 380. 414. 416
Cato. 72. 87. 394
Charisius. 14. 55. 155. 204. 389
Cicero. 4. 11. 21. 23. 28. 66. 82. 99. 124. 190. 211. 377. 385. 386. 389. 394
Cincius de re militari. 174
Clemens Alexandrinus. 59. 65
Codex Theodosianus. 140. 381. 382
Columella. 20. 387
Constantini Tactica. 67
Cornelius Celsus. 156. 378
Cornelius Nepos. 13. 14. 21. 24. 40. 82. 102. 121. 150. 211. 375

Cor-

Cornificius. 184
Curtius. 20. 85. 88. 123. 124. 125. 145. 199. 210
Cyrillus. 19. 20. 28. 67. 76

D.

Demosthenes. 21. 388
Dictys Cretensis. 66
Digesta. 9. 87. 174. 206. 372. 378. 382. 382. 397. 397
Diodorus Siculus. 14. 14. 24. 31. 97. 98. 104. 119
Diogenes Laërtius. 372
Dion. 2. 62. 88. 159. 376. 379.
Dionysius Alexandrinus. 190
Dionysius Halicarnass. 10. 68. 178. 376
Dioscorides. 145. 382. 393
Donatus. 11. 116. 393. 403

E.

Ennius. 20. 29. 148. 172. 204. 378
Ennodius. 387
Epaphroditus. 404
Epigrammata Græca. 63. 373. 383. 413
Epiphanius. 382
Epitome Liviana. 38. 108. 409
Erinna Poëtria. 383
Etymologicum magnum. 30
Eunapius. 383
Euripides. 188. 190. 372. 373
Eusebius. 25. 119
Eustathius. 372. 378
Eutropius. 35. 169

F.

Fasti Capitolini. 374. 379
Festus. 28. 61. 67. 174. 184. 184. 187. 209. 211. 372. 373. 378. 381. 383. 384. 385. 388. 392. 394. 397. 402
Florus. 9. 12. 16. 17. 30. 31. 35. 38. 44. 55. 69. 76. 85. 102. 103. 107. 141. 148. 157. 175
Formula vetus de Ædificiis. 384
Fulgentius. 67

G.

Glossæ Latinæ. 33
Græcæ. 38. 43. 387
Latino-Græcæ. 9. 10. 10. 11. 14. 56. 61. 67. 72. 77. 93. 117. 141. 149. 155. 160. 174. 179. 188. 189. 201. 207. 210. 372. 374. 377. 380. 384. 385. 387. 388. 392. 394. 395. 398. 399. 402. 403. 404. 406. 413. 416
Græco-Latinæ. 10. 19. 29. 39. 40. 76. 77. 96. 116. 145. 156. 174. 179. 380. 384. 387. 393. 396
Cyrilli. 19. 20. 28. 67. 76. 378
Philoxeni. 107. 378. 383. 402
Græci Magistri. 8
Gregorius Nazianzenus. 129

H.

Heliodorus. 12
Helladius. 199
Hero Alexandrinus. 61
Hero Geodætes. 403. 405
Herodotus. 21. 190. 382
Heron Ctesibius. 44
Hesychius. 30. 43. 56. 99. 104. 131. 145. 160. 161. 173. 199. 211. 378. 381. 384. 388. 393. 407. 409. 414. 415.
D. Hieronymus. 393
Hippocrates. 191
Hirtius. 159. 206
Homerus. 66. 70. 85. 106. 150. 196. 410.
Horatius. 50. 209. 374. 398
Hyginus. 28. 32. 79. 207. 392. 394. 399. 403. 404. 405. 406. 410. 414. 416.

I.

D. Iacobus. 12
Iavolenus. 372
Index vocum militarium. 207
Innocentius, agrimensor. 190. 416

Inscriptio Ancyrana. 76
Appiana. 385
Carpensis. 130
Eboracensis. 375
Hispaniensis. 17
Misenensis. 1
Romana. 379.379
Suessana. 382
Trajana. 2
Inscriptiones antiquæ. 52.370.373. 374.380.385.386.387.399.403. 409.410.411.412.
Isidorus. 8.44.67.67.123.392.396. 396.403.414
Iulius Firmicus. 169
Iunius Nipsus. 394.395
Iustiniani Leges Militar. 172
Iustinus. 12.14.14.17.68.101.106. 135.145.185.210.211
Iuvenalis. 86.200.209
Iuvenalis Interpres. 62

L.

Lampridius. 387.387
Latinus Pacatus. 13.402
Leo Imperator. 5.12.172
Livius. 13.13.16.17.18.23.25.30. 34.37.40.42.45.46.48.53.54. 61.76.80.80.81.91.91.94.94. 95.97.112.119.156.160.170. 171.176.178.183.189.194.206. 376.386.389.395.397.409.
Longinus. 3
Lucanus. 43.86.208
Lucianus. 25.71
Lucilius. 188.209.404
Lucretius. 8.11.22.70.73.82.378.382
Licophron - - - -

M.

Macrobius. 44.69.114.201. 376.
Maimonides. 71
Manilius. 10.413
Marcellus Empiricus. 53
Marcianus Heracleota. 413
Martialis. 1.87.114.155.383
Mauritius de Militiâ Romanâ. 117

N.

Nonius. 23.23.67.194.382. 384.385.
Nonnus. 99
Notitia imperii. 411
Nubiensis Geographus. 145
Numæ Leges Regiæ. 388
Numismata. 86.87.129.135.157

O.

Onamasticum vetus. 19.90. 145.179.210.
Orosander. 77.83.97
Oppianus. 388
Orosius. 35.91.169.178.388
Orpheus. 60.155
Orus Apollo. 378
Ovidius. 94.160.415

P.

Palladius. 381
Papias. 188.378.383.395
Paulinus. 374
D. Paulus. 9
Paulus abbreviator Festi. 44.77. 408.409.
Paulus Diaconus. 41.196
Paulus Ictus. 372
Pausanias. 71.145
Persius. 146.385
Petronius. 27.28.43.175
Phædrus. 23
Pherecrates. 158
Philo Iudæus. 44
Philostratus. 99
Phlegon. 376
Phrynichus. 178
Pindarus. 128
Plautus. 44.128.187.188.203
Plinius avunculus. 9.17.17.24.25. 43.60.63.87.95.114.146.158. 159.179.187.198.372.372.373. 376.377.379.380.382.393.409. 410.413.414.

Pli-

Plinius nepos. 2. 31. 62. 385.
Plutarchus. 12. 14. 25. 38. 38. 38. 52. 56. 62. 70. 72. 86. 91. 91. 92. 94. 108. 120. 123. 125. 126. 164. 172. 174. 176. 179. 183. 184. 187. 190. 203. 376. 392. 397.
Pollux. 21
Polyænus. 8. 14. 48. 98. 104. 116. 117. 136. 145. 177.
Polybius. 7. 14. 40. 46. 61. 80. 81. 84. 98. 145. 163. 172. 172. 181. 392.
Pomponius. 385
Pomponius Lætus. 379
Pomponius Mela. 414
Porphyrius. 153
Priscianus. 35. 72 73. 153. 155
Prochorius Monachus. 402
Proclus Episcopus. 53
Procopius. 124. 415.
Propertius. 406
Prudentius. 99. 128
Ptolemæus. 16. 26. 89. 145. 409. 415

Q.

QVadrigarius. 35. 191
Quintilianus. 53. 96. 114. 131. 161. 396. 403.

R.

RVtilius Numantianus. 371. 383

S.

SAbinus. 19
Salica Lex. 409
Sallustius. 11. 13. 23. 31. 92. 106. 129. 148. 205.
Seneca. 29. 38. 98. 114. 137. 173. 174. 372. 380. 385.
Seneca Trag. 410
Serenus Sammonicus. 410
Servius. 16. 17. 99. 133. 151. 208
Sextius Philosophus. 83
Sibyllina Oracula. 414
Siculus Flaccus. 394. 399. 402. 414
Silius Italicus. 96
Sisenna. 99
Solinus. 12. 137. 373. 388
Sophocles. 378. 388
Statius Papinius. 37
Stephanus. 10. 10. 45. 89. 145. 176 409. 411. 414
Strabo. 26. 29. 31. 36. 53. 85. 93. 94. 145. 153. 198. 371. 373. 373. 388. 410. 412. 413
Suetonius. 53. 59. 65. 87. 173. 179. 201. 377. 379. 379. 380. 410
Suidas. 15. 33. 66. 68. 171. 206. 403. 407
Symphosianus. 125
Synesius. 18

T.

TAbulæ XII. 209. 413. 414
Tacitus. 2. 2. 9. 12. 16. 18. 37. 69. 70. 75. 76. 121. 129. 135. 146. 177. 181. 190. 194. 210. 370. 379. 412.
Terentius. 72
Tertullianus. 53. 156. 205. 211. 402
Theodorus Prodromus. 66
Theophrastus. 15. 145
Theophylactus Simocatta. 156. 206
Thoria Lex. 389
Thucydides. 14. 30. 129. 134
Thucydidis Scholiastes. 388
Titinnius. 414

V.

VAlerius Flaccus. 193
Valerius Maximus. 14. 181. 183. 184. 187. 188
Valerius Probus. 2. 386. 389
Varro. 12. 20. 61. 87. 88. 161. 184. 187. 188. 373. 374. 384. 389. 402. 403. 405. 408
Varus. 11. 191
Vegetius. 34. 41. 63. 67. 88. 97. 100 120. 155. 170. 172. 185. 200. 206. 208. 386
Velius. 400
Vellejanum SCtum. 386

Vellejus Paterculus. 9.209.411
Virgilius. 11.17.19.22.25.56.66.68 99.133.151.196.393.394
Vitruvius. 189.378.381.396.401 404.406
Vlpianus. 206.378.382.385.397
Vopiscus. 376

X.

Xenophon. 23.125.180

Z.

Zenobius. 382
Zonaras. 87.159

INDEX

Rerum & Verborum in NOTIS *maximè memorabilium.*

A.

Abietaria. 28
Abolere & obolere. 182
Absolutum & solutum, idem. 411
In soluto & absoluto resedisse, quid. 411
Accedere ad colles. 51
Accendones. 205
Accensi, qui. 385
Acceptorius modulus. 377
Acer vir. 17
Acervi. 152
Aciem committere. 11
Aciem perrumpere. 193
Acies in omnem partem spectans. 83
Acies versatilis. 83
Acilius. 89
Actus, fluxus. 382
Actus, quid agrimensoribus. 392
A. D. ante diem. 389
Ad Ilerdam reverti. 109
Ad internecionem cadere. 103
Ad lucem. 67
Ad lucis exortum. 126
Ad lumina. 67
Ad Macedonicum habitum ornatus. 137
Adire ad regem. 17
Adjacere mare. 149
Admodum adolescens. 210
Adolescens flamma. 40
Adornare, *armare.* 38
Adstruere, *instruere.* 2
Ædilium numero censebantur magistratus. 384
Ægospotamus & Ægospotami. 71
Ære diruti. 184
Ærumnula, furca militum. 174
Æstimium ubertatis. 414
Affines, qui. 399
Afraniani milites. 109
Agens, agrimensor. 403
Agentes. 32
Agere limitem. 32
Ἄγεται καὶ ἔγεται. 146
Agmen quadratum. 83
Agragantum & Agrigentum. 135
Ἀιγὸς λίμνη. 71
Ἀκόλουθος, *qualis servus.* 173
Alatriates & Aletrinates. 409
Alatrium, *vel* Aletrium. 409
Albudinus *fons, non* Albubinus. 379
Alexandria & Alexandrea. 22
Ambactus, quis. 385
Ambo, alterve Consulum. 386
Ἀμφίσημος φάλαγξ. 83
Ἀνάβρυτοι, *quid.* 378
Ἄναυρος *flumina.* 73

Anceps

Anceps discrimen. 20
Ancus Marcius primus aquam in urbem induxit. 372
Ἄνεκα, *quid.* 403
Angustiæ. 72
Angustias observabant in prælis 72
Anhelati, *anhelantes.* 68
Anheli equi. 68
Anio & Claudia conjunguntur. 373
Anio novus, aqua. 373
Anquirere. 120
Antesignani. 82
Antica & Postica quid Architectis. 402
Antiqua, *pro antica.* 402
Antium colonia deducta. 408
Ἄντλια *quæ.* 382
Appia via. 374
Appius Claudius an Anienem novum in urbem induxerit. 373
Ἀποτέλεσμα. 14
Aqua caduca. 384
Aqua elleboro corrupta. 145
Aqua sincera. 383
Aquæductus quando Romæ introducti. 372
Aquæductuum libellus, an Frontini. 369
Aquariæ libræ. 375
Aquarii, qui. 377
Aquarioli, qui. 387
Aquarum Curatores, qui. 370
Aquarum decidentium sonus. 148
Aquarum libratores. 375
Aquileges & Aquilices, *qui.* 377
Arbitrari παθητικῶς. 185
Arcadas *pro Arcades.* 55
Arcæ, quid apud agrimensores. 416
Arcaturæ 416
Arcuatum opus, quid. 374
Aricia, colonia. 409
Ariovistus Rex Germanorum. 70
Armamenta nautica ex sparto fiebant. 43
Arosini & Arusini *campi.* 175
Arpagones, *pro* harpagones. 87
Arpendia, quid. 403
Arpendium, *pro* arvipendium. 403 406
Artis militaris tria fundamenta. 3
Arubas, *non Arridas, Rex Molossorum.* 101
Ἄρυβας & Ἄρυμβας. 101
Asinii *unde.* 7
Ategua. 159
Atheas, Rex Schytarum. 94
Ἀθληταὶ & ἰδῶται, *Græcis opponuntur.* 68
Ἀθληταὶ πολέμων. 68
Attilius Calatinus. 35
Attubernalis, quis 399
Audendi auctor. 66
Augustus Curatores Aquarum fecit perpetuos. 386
Augustus Romæ omnium aquarum rivos refecit. 379
Aurunca *non* Arunca *Suessa.* 395
Ausculari *pro* osculari. 414
Ausculinus *pro* osculinus. 414
Autophradates Persa. 24
Ἀτόχρημα, *quid.* 404

B.

BArca & Barcas. 153
Belli caussa. 27
Bellum, *pro pugnâ.* 13
Βενέβενδον. 176
Beneventum. 176
Beneventum, primò Maleventum. 409
Bolones, *an pro* volones. 205
Bonus pugnator, fortis. 209
Bovianum & Bobianum *oppidum.* 409
Bracchia, munitiones. 165
Βραχιόλια *Græcorum posteriorum.* 165
Βρεντέσιον. 29
Βρίττιοι & Βρέττιοι. 413

Brundusium *pro* Brindisium. 29
Bruttii. 413
Buxentinus & Puxentinus. 413

C.

CAduca aqua, quæ. 384
Calamarcum Cathena. 91
Calamatius mons. 91
Calidissimus. 13
Callidissimus. 13
Καλῶνες. 67
Calones, militum servi. 67
Camertes Vmbri. 17
Καμέρτη. 17
Campestria. 11
Cancellatio agrorum, quæ. 413
Cancellatus ager. 413
Cancellus. 413
Cannicius dux Gallorum. 91
Capetolinus, *pro* Capitolinus. 119
Capua, colonia. 410
Casilinum. 159
Cassandria & Cassandrea. 22
Castella aquarum. 381
Castigare. 9
Castra metari. 117
Castra movere. 15
quando movebantur. 15
in Castro Cereris esse. 211
Casuentinum *pro* Casentinum. 410
Catanenses & Catinenses. 143
Catti. 87
Caudina clades. 35
Causa belli. 27
Causari ventos. 207
Καύμαλα. 65
Centuculus. 90
Centuria, quid agrimensoribus. 396
Centuriones & Tribuni. 16
Ceratis tabulis scribebant antiqui. 386
Ceratæ, Colonia. 410
Cereris sacra Eleusinia. 211
Θεσμοφόρια. 211
Cereris sacro operari. 211
Cervuli, κλάδων ἀγκαλίδες. 28
Κηρύβια, *pro* Κηρήβια. 32
Χάρακες. 30
Χαράκωμα, *ordo sudium erectorum.* 30
Χωρέρα, *quid.* 378
Celicet termini. 411
Cimbricum *bellum, non* Cymbricum. 18
Ciminia silva. 16. 17
Cinctum limum, quid. 403
Cinctus & cinctum. 179
Cippi oleagini. 414
Circare, quid. 155
Circatores, qui. 155
Circuitus, θέατρον. 11
Citura Numica. 149
Classicum personare. 15
Claudia aqua & Anio novus conjunguntur. 372
Claudius Pulcher. 38
Claustra portuum. 30
Κλείθρον λιμένος. 30
Κλεῖστις, *claustra portuum.* 30
Κλοπὴ & κλέμμα. 106
Cludi, *pro* claudi. 396
Clusæ & clusuræ. 396
Cneus & Gneus. 25
Collegæ, qui. 117
Collegium. 117
Colliculi, qui apud agrimensores. 407
Colonia, oppidum. 18
Coloratoria corpora. 20
Columbis literæ deferebantur. 158
Comites, dignitatis titulus. 138
Comius & Cominius *Atrebas.* 130
Commercio laborare, quid. 100
Commercium, *commeatus.* 100
Commetari & commetiri. 117
Commissa acies. 11
Committere aciem. 11
Committere, συμβάλλειν μάχην. 11
Communicare potuisset, *pro communicasset.* 44

Com-

Compendia, via breviores. 107
Comportionales *termini, non* comproportionales. 415
Conceptacula, quæ. 404
Conceptelæ, quæ. 380
Conciliæbulum quid. 397
Conditio, *qualitas.* 394
Conditiones, *de pace.* 36
Confusi animi. 53
Consentinus ager. 414
Consummare, in summam colligere. 189
Consummati milites, qui. 189
Contubernium, quid. 175
Cornicula, quæ. 404
Corniculum & corniculo merere, quid. 159
Corpus, cadaver. 123
Corpus historiarum σωμάτιον. 3
Corrigere militem, quid. 169
Corripere viam. 133
Corrupta, diluta. 146
Cost, *pro Consularis.* 2
Κώδια, *papaverum capita.* 9
Crinibus fœmininis pro funibus usi veteres. 44
Crisa & Crissa. 145
Crispare hastilia. 66
Cubæ, lecti militares. 188
Culta pinguia, quæ. 380
Cunei, quid. 84
Cupæ, quæ. 160
Curatores operum publicor. qui. 371
Cursus navis. 8
Κυβείαι, *quæ.* 160
Cyrrestes. 10

D.

Δακτύλιος & ὕδατος. 382
Dareus & Darius. 39
DATE VIAM CONSULI. 113. 203
De industria. 36
Δεκαδάρχη. 181
Δεκέλεα. 22
Decelia & Decelea. 21. 22
Decertare de summâ rerum. 142
Decimatio fiebat adhibitâ sorte. 181
Decucurrit. 11. 35. 72
Decumanus limes, quis. 402
Decursus aquæ. 11
Deficiebatur, *deficiebat.* 42. 99
Δεινός. 17
Delimitare, quid. 394
Delminium, oppidum. 142
Delubra in orientem rectè spectabant. 401
Demum, *denique.* 55
Depepulissent, *depulissent.* 51
Descendere, *quid.* 56
Descendidit, *pro descendit.* 35
Detrectare pugnam. 13
Deum ex machinâ adhibere. 56
Dextræ præcisæ in furto comprehensis. 176
Dictatores, imperatores. 66
Diem extrahere. 14
discindere. 14
Dies inclinatus. 67
Dies præstitutus. 18
Digitus, minima pars agrestium mensurarum. 382
Dipondium, quid. 403
Διπένδιον, *quid.* 403
Discincti & discalceati milites. 179
Dividicula aquarum. 381
Doga, quæ. 384
Dolabra, quid. 206
Dormio, onis. 188
Ducatores. 66
Ducere vallum. 28
fossas. 28
C. *Duill. manus ferreas invenit.* 87
Duillius, *non* Duillus. 30
Duopondium & duoviginti *dicebant antiqui pro* dupondium & duiginti. 402

E.

Ἔχω ἀντὶ τῆς δύναμαι. 23
ΕΧΩ ΣΕ, *vox amantium.* 59

Ἐκτροπὴ *in fluvio, quid.* 374
Ἕδραι & στάσεις ἄτιμοι, *inter leviores animadversiones.* 179
Elephantorum rectores. 96
Elephantorum usus. 93
Eliquare, quid. 380
Eliquia. 380
Elleboro aqua corrupta. 145
Eludere, *verbum gladiatorum.* 11
Emittere lacum, quid. 377
Enipeus, fl. 86
Epaminondas, *non Epaminundas.* 188
Ἐπαφρόδιτος, *Syllæ cognomentum.* 410
Ἐπιπλακὴ ἐγγεία. 54
Equitatu prævalere. 48
Equum in orbem flectere, quid. 193
Erigere animos. 55
Eriguare, quid. 384
Erogatio, quid. 377
Erogatorius modulus. 377
Error, *dolus compositus.* 134
Etruscus habitus. 16
Euripi, qui. 384
Exacta ætas, quæ. 201
Exercitus, *exercitatus.* 69. 86.
Extrahere censuram, quid. 374
Extrahere diem. 14
tempus. 14

F.

FAbrateria, *non* Frabateria. 411
Faces. 61
Facies castrorum. 13
urbis. 13
Falcatæ quadrigæ. 82
Falerii, *pro Falisci.* 93
Falissa, colonia Iunonia. 415
Familiæ, *servi antiquis.* 385
Fascicula sarmentorum. 39
Fax de cœlo lapsa. 61
Felix, L. Syllæ cognomentum. 410
Ferramentum, quid agrimensoribus. 391
Fervidissimum tempus anni. 65
Filiis, *pro filiabus.* 187
Flamma, Calpurnii cognomen. 35
Flumen liberare. 28
Flumina ἄναυρα. 73
Fluvo, *pro* fluo. 377
Fœdatura, colonia. 415
Fœminæ, pro filiabus. 187
Fontes antiquis sacri. 372
Fontinalia, fontium sacra. 373
Fontinalis. 373
Formæ *ductuum, quid.* 380
Fortis, bonus. 209
Fortissimi, *de legionariis.* 41
Fossam percutere. 31
Fossis complendis tria adhibita. 33
Fraxare, quid. 155
Fraxatores, qui. 155
Frontinus quando scripserit. 389
Frontinus quot libros Strategematum conscripserit. 3. 4
Fronto, *Frontinus.* 1
Φρόντων. 1. 2
Frustatim. 141
Fulmen fit ex collisione nubium. 62
Fulmen καταβάτης. 63
Furta bellorum. 106

G.

ΓΑΙΑ ΘΕΑ. 60
Germanorum superstitio non pugnandi decrescente Lunâ. 70
Γέῤῥαι & γέῤῥον, *viminea scuta.* 44
Gneus & Cneus. 25. 52
Greges armentorum. 99
Groma *vel* gruma, *quid.* 391. 404
Grumari, quid. 404
Gubernacula - - - -

H.

H*Abere transire.* 23
Habitare, *verbum eroticũ.* 175
Hamilcar Rhodanus. 17
Haustra, quæ. 382
Herculejus. 31
Hetrusci, iidem cum Tuscis. 16

Hetru-

Hetruſcus habitus. 16
Hiemem ſub tentoriis exigere. 178
Hiems anni. 65
Hiphicrates, *pro Iphicrates.* 39
Hippo & Vibo. 414
Hiſpani bellicoſi. 75
Hiſpanorum volocitas in bello. 106
Honuſtus prædâ. 23
Hordearii gladiatores. 179
Hordona. 414
Hoſtilia. 18
Hoſtis an invadendus, an exſpectandus ſit. 21

I.

IAcere *de temulentis dictum.* 99
Iacere in modum defunctorum. 99
Imbellis, quis. 94
IMP. CÆS. AVGVSTVS. GERMAN. 86
Impendium, quid. 387
In armis. 12
In ſuum convertere. 190
Inceſſus rigoris, quid apud agrimenſores. 405
Inclinatus dies. 67
Inexercitus, *inexercitatus.* 69
Infrequens, quis. 184
Infulæ, *quid.* 61
Infulis ornabantur ſupplices, non ſepulchra. 61
Innides aruſpex. 58
Inopinans. 8
Inopinanter. 8
Inopinatus. 8
Inſtaturi victores. 114
Inſtructura, quæ. 416
Inſtruere. 2
Inſtrumenta, quid. 398
Interamne & Interamna, *oppidum.* 411
Irrigatio Circi Maximi quando fieret. 384
Irrumpere hoſtes, vel in hoſtes. 193
Iſaura & Iſaurus, *oppidum.* 144
Iter militare. 408
Itiner. 10
Iulius Frontinus. 2

L.

LAcedæmoniorum religio non pugnandi decreſcente Lunâ. 71
Λάκη, *quid.* 409
Lacinam viam facere, quid. 409
Laciniæ, quæ. 408
in laciniis aſſignari, quid. 408
Lævinus, *pro* Levinus. 92
Lanuvium, *pro* Lavinium. 411
Lapides colliſi ad excutiendum ignem. 62
Latrones, qui conductimilitabant. 97
Legere oram maris. 25
Legio, fortiſſimi militum. 41. 77
Leotychidas, & Leotychides. 55
Leptines, *pro* Leptenes. 98
Liberare flumen. 28
Liberare flumen, quid. 206
Liberare ſacra. 28
Libra, altitudo. 375
Libra aquaria, quid. 375
Λιβυκὸν, *pro* Λυβιωνὸν. 32
Λιβυκὸν, *pro* Λυβικὸν. 32
Licentiora convivia. 10
Lignatio. 92
Limi oculi, qui. 403
Limis aſpicere. 403
Limitare iter. 408
Limitem agere. 32
Limum cinctum, quid. 403
Linea, *de perticâ.* 406
Linea normalis. 396
Liris Fl. 178
Liſymachus, *pro* Lyſimachus. 32
Literæ inſutæ jumento & pecoribus. 157
Lixæ, ſervi militum. 67
Lixiones. 67
Locorum dationes, quæ. 407
Luci Diti ſacri. 55
Ludificatio, quid. 96

Lunæ defectus pro ostento militibus exceptus. 62
Lunata acies. 77

M.

MÁχη, *quid.* 12
Μάλλιος & Μάλιος. 52
Manlius. 52
Manus ferreas quis invenerit. 87
Marcidus vigilia. 73
Materiæ, *ligna.* 28
Materiatio, *lignatio.* 28
Matrimonia *Cæsarum, uxores.* 53
Melior, *fortior.* 209
Membratim. 141
Mercurii quadrati. 414
Mero & oleo calefacti milites. 24
Metari castra. 117
Metatores & mensores, qui. 117
Mindarus, dux Lacedæmoniorũ. 111
Mithradates. 12
Modiolus, quid. 377
Modulus, quid. 377.382
Mœsilea, quæ. 398
Monychium, portus. 31
Μουνυχία. 31
Munera, *quid.* 371
Munychia. 31
Murus, *legio.* 41
Μυεῖσθαι, *quid.* 211
Μύσται. 211

N.

N*Aumachia, opus Augusti.* 379
Nepensis & Nepetensis. 415
Nepet & Nepis, *colonia..*
Neroniani arcus, unde. 382
Nervia & nerviæ. 405
Νερὼν, *quid.* 382
Νερώνιος λίθος. 382
Nisus, *nixus.* 2
Nobilis claræ operæ eques. 209
Normalis angulus. 396
Normalis linea, quæ. 396
Novercæ, quid. 416
Nubes cygnorum. 196
sagittarum. 196
Nuceria Constantia & Constantina. 411

O.

O*Bsidium.* 141
Occupare sortem, quid. 409
ex occupatione tenere in sortem, quid. 409
Ὀκτακίλιος *non* Ὀκτακοίλιος. 163
Officia funerum. 123
Officia, *officiales.* 53
Oleagini cippi. 414
Oleo & mero calefacti milites. 24
Oletare, quid. 385
Oletum. 385
Olo. 385
Omnia sua, *quæ.* 54
Onera *in bello.* 29
Onerare se cibo. 99
Onustus prædâ. 23
Opera *de ædificatione* ---
Operari sacro Cereris. 211
Optimus, *fortissimus.* 209
Ordo *unde.* 29
Orientem contuebantur precantes. 402
in Orientem spectabant delubra. 402
Ornamenta, *arma.* 38.137
Ornatus, *armatus.* 137
Ὀροκτὰ χαρακώματα. 29
Ὅρον δῶ. 29
Osculinus, *pro* Ausculinus. 414
Ovinii, unde. 7

P.

P*Abulari.* 12
Pacatio. 4
Pactio. 4
Palæopharsalus, & Palæpharsalus. 85
Παλαιστὴ & παλαιστὶς. 393
Palmus & palma, *quid.* 393
Papaverum capita decussit Tarquinius. 9
Παραστάδες. 388

Parere

Parere, *pro* apparere. 394
Parmula. 207
Passus, quid. 392
Πεδινὰ χωρία. 11
Percutere fossam. 31
Percutere, φονεύειν. 180
Perfrictio febris. 63
Perrumpere aciem. 193
Persarum regia sella. 199
Persequi, παθητικῶς. 112
Persica mulieres oculorum dolores. 126
Persidam, *pro* Persidem. 77
Perspectus. 10
Pertica & præfectura, ut differant. 399
Pertica, quid apud agrimensores. 406
Pervigilare, quid. 155
Pervigilium Veneri sacrum. 155
Pes castrorum. 189
Pes constratus, qui. 393
Pes in palmos quatuor divisus. 392
Pes mentis. 190
Petere, *verbum gladiatorium.* 208
Peticus, *nomen Sulpiciæ gentis.* 90
Petilini & Petellini. 197
Φιλοπάννυχος *Venus, unde.* 155
Phormio & Phormion. 153
Picantes *an pro* Picentes. 60
Πιεῖν φάρμακον, *quid.* 98
Pila, quid. 388
Piscina, quid. 380
Pisidia, non Pissidia. 24
Πλαίσιον, *quid* 83
Πλέθρον, *quid.* 403
Πλινθίον, *quid.* 83
Πεδεὼν *pro limite.* 190
Πόλεμος, *quid.* 12
Pondere pugnare, *quid.* 41
Porcius *non* Portius. 7
Portionales *termini, non* proportionales. 415
Positio terminorum. 396
Postica & antica, quid architectis. 402.
Præcipere, quid. 388
Præcuttiani & Præguttiani *montes.* 397.
Prædivinare, quid. 109
Præducere vallum. 28
Præneste *non* Preneste. 412
Præsignatæ literæ. 18
Præstitutus dies. 18
Prætendere. 79
Πρᾶξις & προαξιόπολις. 134
Primi ordines, qui. 52. 53
Principes, *civitatis.* 14
Principia, milites. 105
Principia, *principes castrorum.* 53
Pro mœnibus, *in mœnibus.* 30
Proclive, *proclivium.* 72
Προδοσία, *quid.* 134
Profligare victoriam. 76
Profunda silvarum. 22
Prolocutione morari. 131
Promittere barbam & capillum. 194
Pronuntiare. 8
Prosignari. 82
Protenus. 72
Pulverium. 73
Pulvis vasta. 204
Punicæ fabrifacturæ. 87
Puteolis colonia. 411
Πυρεκβολὸς λίθος. 62

R.

R*Amus in fluvio, quid.* 374
Rapacitas fluvii. 41
Rapiditas fluvii. 41
Recidere impedimenta. 173
Redemptores, qui. 384
Reges Thraciæ. 124
Religio, jusjurandum. 211
Reliqui, pro reliquis. 116
Rem gerere. 92
Repræsentare mercedes. 53
Repræsentanea potestas. 53
Rex Germanorum Ariovistus. 70
Rex Nitiobrigum. 70

Rex,

Rex, *Princeps.* 70
Ρῆγον à ῥήγνυμι. 26
Rhegium, *non* Regium. 26
Rhodanus *Hamilcar*, *non* Rhodonus. 17
Rigor, *quid apud agrimensores.* 397.
Rigua, *quæ.* 384
Rogari sacramento. 171
Rondier. 155
Rorarii unde dicti. 77

S.

S*Abbatorum observatio apud Iudæos in bello.* 71
Saburrati, *qui.* 100
Sacramenti militaris formulæ. 171. 172
Sacramentum, *juramentum.* 210
Sacramentum militare, *magnum mysterium rei Romanæ.* 171
Saga Scythia, *quomodo dictum.* 56
Sagulum. 188
Salientes, *qui.* 377
Samnium, *non* Saunium. 45
Sanii & Senii. 138
Sarcinæ *militares.* 29
Satrini, *pro* Sutrini. 95
Σχεδία. 206
Scifcitator. 116
Σκόδρα & Σκύδρα 89
Scodrifci, *Scordifci.* 89
Σκόπελος, *quid apud agrimensores.* 405
Scoropiones, *pro* Scorpiones. 414
Scorpiones, *tela.* 23
Σκόρπιος, *quid.* 414
Scrupulosa inquisitio. 383
Scuta militum ex vimine. 44
Sebum, sepum & sevum. 93
Segestria, *lecti castrenses.* 188
Segobrisenses & Secobrigenses. 152
Sentices. 390
Sequestres naves. 27
Servi *calones* ...
Servi publici, *qui.* 385
Sestertius, & Sextertius. 413
Σησαμοειδὲς, *ellebori genus.* 145
Sibyllini libri in Capitolio servati. 376
quando inspecti. 376
Sicilicus, *quid.* 383
Sidere dicuntur naves. 111
Sidus, *de Lunâ.* 62
Signa ferre in hostes. 119
Signa in hostem emissa. 118
SIGNIFER STATVE SIGNVM. 119
Signinum, *quid.* 378
Silani, *qui.* 378
Silicei termini. 411
Sincerum, *quid.* 383
Sindicinum Teanum. 413
SIREMPS, *quid.* 389
Siris fl. 178
Soleæ, *quid.* 387
Sopor, *medicamentum soporiferum.* 98
Sortem occupare, & *ex occupatione tenere in sortem, ut differant.* 409
Sorticulæ buxeæ, *quæ.* 410
Sortitio agrorum militaris. 410
Σωμάτιον Ἰλιάδος. 3
Σπάρτα. 43
Spartum, *quid.* 43
Spartus. 44
Spathula, *quid.* 415
Σπεῖρα, *quid significet.* 80
Stadium, *quid.* 392
Statio, *conditio.* 387
Statio, *quid.* 38
Statura, *commoda proceritas.* 201
Σπυρεοὶ, *pali lignei.* 30
Σπύρωσις. 30
Stegæ, *quid.* 38
Στέγαστρον, *quid.* 188
Στέμμαθα, *infulæ.* 61
Sternutantes ominis caussâ salutabant. 63
Sternutantium formulæ. 63

Stra-

Stragulum. 188
Strigmentum. 20
Strigosiores equi. 19
Strigosus habitus. 20
Subsessæ, *insidiæ.* 97
Successibus tumidus. 52
Supercilium, quid. 397
Supervenire. 10
Surrentini montes. 413
Surrentum. 413
Suspectus. 10
Συνεχέν τὴν ψυχὴν. 53
Σύφαξ. 8
Syphax. 8
Syreniani montes. 413
Syria Palæstina. 411

T.

TAbulata & tabulamenta. 43
Tamen, tantum. 9
Tamiris & Tamyris. 96
Τάφρευσις. 30
Tarantini, *pro Tarentini.* 85
Τάξις. 29
Tectoria, quæ. 140
Tectoriorum camera. 140
Τείχισις. 30
Τεῖχος, *legio.* 41
Telamon, oppidum. 18
Tempestas telorum. 196
Tempora. 14
Tenda. 33
Tendere, σκηνὴν πέξασθ. 33
Teneo Te, *vox amantium.* 59
Tenta, *tentoria.* 33
Termes, quid. 414
Termini silicei & Cilicii. 411
Terminorum positio. 396
Terra mater. 60
Teutones, *ac* Theutones. 18
Theatrum, quid apud Græcos. 135
Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. 51. 56
Thomices, *spartei funes.* 44
Thrasymenus, *non Thrasomenus.* 113
Tisamenes. 19
Tissaphernes. 48
Titus *Fl.* & Titius. 16
Tractus *regionis.* 25
Trajectus *Fluminis.* 25
Transfluvere *pro* transfluere. 377
Transnare amnem. 43
Τρίβων, *quid.* 407
Tribuni & Centuriones. 16
Trifinium, quid. 396
Trinassum & Trinessum. 146
Troezena, *pro* Troezenem. 21
Tueri παθητικῶς - - -
Tullii, quid. 378
Tum cum maximè. 122
Tumidus successibus. 52
Tumultuaria opera. 206
Turres navibus impositæ. 150
Tusci, Hetrusci. 16

V.

VArare, *quid.* 392
Vellere, *de pilis dictum.* 50
Venaison. 157
Venatio, caro venando capta. 156
Venatus, ipse venandi actus. 156
Venire in orbe. 193
Verbera ventorum. 70
Verberari nebulâ & imbribus. 70
Verruca collis. 33
Vesbius *pro* Vesuvius. 37
Vestigia frumenti. 161
Vesubus & Vesuvus. 37
Vibo, colonia. 414
Vibonensis ager. 414
Vibrare lanceas. 66
Victu, *pro* victui. 141
Viminea scuta. 44
Vipres, *pro* vepres. 390
Viriathus, *pro* Viriatus. 97
ex latrone Celtiberorum dux. 97
Virtutes, *legiones.* 41

Vis

Vis avium. 19
tempestatis. 8
venti. 8
Vitineæ catenæ. 38
Volones, *non* bolones. 205
Volones, qui. 205
Volturnus ventus. 73
Vortices, *pro* vertices. 73
Vortices pulveris & arenarum. 73
Vritanus ager. 403

Y.

Ὕπαιθρα. 178

Z.

ZEY ΣΩΣΟΝ, *vel* ΣΗΘΙ, *formulæ sternutamentorum.* 63
Ζεῦγμα, πόλις Συρίας. 10

IN NOTIS EMENDANDA.

PAg. 3. lin. 12. περὶ ὕψους. pag. 4. lin. 5. Scriverio. pag. 9. l. 17. Facit. pag. 10. l. 5. πολίτης. pag. 12. l. 13. Mithridates. l. 19. ΕΥΠΑΤΩΡΟΣ. pag. 18. l. 18. Scriptore. pag. 24. l. 7. confirmat. pag. 26. l. 12. ῥήγιον. pag. 35. l. 20. Quo loco. pag. 73. l. 11. pulverium. pag. 8. l. 21. triarii. pag. 81. l. 10. velitum. pag. 85. l. 22. videt. pag. 87. l. 33. moraretur. pag. 146. l. 25. Castellani. pag. 151. l. 12. lectionem. pag. 158. lin. 7. crurum guberna. pag. 197. lin. 11. Plinius. pag. 99. lin. 18. venustè.

Reliqua tu, Lector, corriges; & à me commissa, benigne condonabis.

HARDERVICI,

Ex Typographiâ PAULI vanden HOUTE,
ANNO M. DC. LXI.

Y

Z

IMENDANDA.

pag. 9. l. 17. Ex-
l. 19. Mikrokosm. l. 19. ΕΠΠΑ-
pag. 16. l.
pag. 8.
pag. 87. l. 33.
pag.
pag. 99. lin. 18.

RVICI,

HOUTE,





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Farbkarte #13 B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Grauskala #13 C Y M B.I.G.
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19